LEONARDI RICCII

JURECONSULTI NEAPOLITANI

PRAXIS FORMULARIA

Judiciorum omnium civilium in quatuor tomos distributa

CUM ADDITIONIBUS TAM EDITIS

PHILIPPI FERDINANDI DE CARO

JC. NEAPOLITANI BARONIS S. SEVERINI &c.

QUAM NOVIS, ET ADHUC INEDITIS

R. D. XAVERII GRATIANI


CLARISSIMO VIRO

D. FERDINANDO DATTILO

PATRITIO CONSENTINO, E MARCHIONIBUS S. CATHARINÆ &c.

DICATA.

TOMUS SECUNDUS.





NEAPOLI MDCCLXV.

EX TYPOGRAPHIA VINCENTII MAZZOLA-VOCOLA

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.

I N D E X
TITULORUM, ET CAPITUM,

Quæ in hac secunda parte continentur.

Prima species judiciorum, quæ fiunt per creditorem habentem instrumentum.

T I T U L U S   P R I M U S.

T I T U L U S   S E C U N D U S.

T I T U L U S   T E R T I U S.

T I T U L U S   Q U A R T U S.

T I T U L U S   Q U I N T U S.

TI-

TITULUS SEXTUS.

TITULUS SEPTIMUS.

Secunda species judiciorum, quæ fiunt per creditorem non habentem instrumentum, sed aliam scripturam.

TITULUS PRIMUS.

TITULUS SECUNDUS.

TITULUS TERTIUS.

TITULUS QUARTUS.

TITULUS QUINTUS.

TITULUS SEXTUS.

LLO-

LEONARDI RICCII
U. J. C. NEAPOLITANI
PRAXIS CIVILIS

Formularum super Judiciis omnibus, quæ fieri possunt tam per Actorem contra Reum debitorem, quam per Reum contra Actorem.

PRÆLUDIUM TOTIUS OPERIS.

SUMMARIUM.

Judicium dividitur in ordinarium, & extraordinarium, num. 1.

In Regno quamvis causa sit summaria, adhuc sit distinctio inter unam, & alteram, & quæ sit hæc distinctio, num. 2.

Causa quando requirit terminum, & sententiam.

Via executiva quando convertitur in ordinariam.

Vera distinctio in Regno est triplex, causa summaria, magis summaria, & summariissima, num. 3.

Practica cognoscendi, quando sit procedendum summarie, quando magis summarie, & quando summariissime, quatuor modis, num. 4.

Stylus hodiernus M.C.V. procedendi magis summarie infra summam duarum unciarum, ubi neque Appellatio admittitur, num. 5.

Magnificus Notarius Franciscus de Rugerio *laudatur.*

Infra summam carolenorum triginta proceditur viva voce sine scriptis, num. 6.

Debitor suspectus de fuga ducitur coram Judice.

Et quid servatur hodie in omnibus causis minimis infra summam ducat. duodecim.

Modus procedendi de plano, & sine strepitu, & sine figura Judicii, quis sit, num. 7.

Statuta locorum quando debent observari, num. 8.

In parvis Villis, quis potest exercere officium Judicis, & Actuarii simul, & procedere de plano, num. 9.

Baro committens causas summarie, & de plano quid importet, num. 10.

Judicia creditoris agentis contra debitorem dividuntur in tres species, vel agit vigore instrumenti, quæ est prima, vel aliarum scripturarum, quæ est secunda, vel sine ulla scriptura, quæ est tertia species, n. 11.

Quarta species Judiciorum, quando Reus persequitur Actorem, num. 12.

Divisio judiciorum primæ speciei, num. 13.

Praxim, & formulas Judiciorum, quæ fieri possunt sine Reo, jam explanavimus in nostra Praxi Actorum, quæ sine Reo fiunt, quæ proprie Judicia non sunt, sed acta præparatoria Judiciorum, nam Judicia propria esse non possunt sine Reo, Actore, & Judice, ut ibi diximus.

Restat igitur, ut nunc sequatur Praxis super propriis judiciis, quæ fiunt tam ab Actore, contra Reum coram Judice, quam per Reum contra Actorem.

1 Pro cujus faciliori modo assequendi dictam Praxim, præmittendum est, quod relictis aliis Judiciorum divisionibus, una divisio est ad nostrum propositum aptior, quod judicium est duplex, scilicet *ordinarium*, & *extraordinarium*.

Ordinarium est, quando proceditur juris ordine servato, & ideo ordinarium appellamus ab ordine Actorum, quæ ex jure civili introducta sunt.

Extraordinarium est, quando nullo juris ordine servato proceditur, & ideo extraordinarium dicitur, quia extra ordinem juris civilis expeditur summarie, idest breviter, & compendiose.

2 Et quamvis in Regno omnis causa dicatur summaria, per *Cap. detestantes* insertum in *Rit. M.C.V.* 288. & *in Ritu* 289. & *Pragm. 1. de ord. Judic. incip. Dispendia litium.*

Tamen adhuc fieri debet distinctio inter Judicium ordinarium, & summarium.

Nam in vero ordinario, quod de sui natura est ordinarium, licet in Regno summarie procedatur, idest breviter, breviato ordine proceditur, & potest omitti omnis solemnitas judiciaria, tam de substantia, quam de justitia, & omnis ordo, sive sit de substantia, sive sit de justitia, dummodo de veritate liqueat, ut tradit *Caravit. dict. rit.* 288. *num.* 22. & 37. veluti libellus, litis contestatio, & alia, quæ sunt acta substantialia, adeo quod si omitterentur, vel confunderentur prorsus de jure communi, ipso jure judicium esset nullum: sed in Regno nostro absque timore nullitatis omittuntur.

Tamen pro libello præcedi debet talis, qualis petitio, ex qua reus deliberare possit, an velit cedere, vel contendere, ut expresse sancitur in dicta *Pragm. 1. de ord. Jud.*, & circa probationes necessarias non intelligitur derogatum juris dispositioni, ac Constitutionum, & Capitulorum Regni, ut in eadem *Pragm.* sancitur.

Quo fit, ut circa probationes, eæ non solum omitti minime possunt, sed servanda erit forma a jure divino introducta, ibi: *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*, *Deut.* 19. & *Matt.* 18. Unde in judicio ordinario requiritur plena probatio, & admittuntur longiores dilationes, quæ in judicio summario admittendæ non sunt, *Carlev. de jud. execut. lib. 1. tit. 3. disp. 13. num. 4. & Lin hac actione 3. §. ibidem ff. ad exhibendum*, & aliis per eum adductis *Mans. de causa executiva ampliatione* 34. *num.* 16. & 18. Unde inolevit in nostris Tribunalibus Cantilena Procuratorum, dicentium; hæc est causa, quæ requirit terminum, & sententiam, & via ordinaria est procedendum.

Adeo hoc est verum, quod sæpissime in Regno via executiva convertitur in ordinariam, ut late *Carleval. lib. 1. tit. 2. disput. 8. num.* 36. & interponitur decretum, quod agatur ordinarie, *de Luca ad Franch. decis.* 366. *num.* 5. quod decretum *agatur ordinarie*,

nihil aliud importat, nisi quod impartiatur terminus ordinarius dictum tot, utrique parti ad deducendum, & probandum jura in judicio ordinario, juxta *decisionem Thor. in supplem. in verb. Pactum executivum, fol.462.* de qua meminit *Dom. Maradei in prax. cap. 2. num. 49.* Ecce quod in Regno licet omnes causæ dicantur summariæ, & in omnibus summarie sit procedendum; tamen fit decretum, quod procedatur ordinarie, quotiescumque natura negotii videtur expostere probationes hinc inde ad appurandum factum, quod esset impurum, illiquidum, aut aliquo modo offuscatum, ita quod appurato facto per probationes factas, vel non factas, compilato processu requiratur sententia condemnatoria, vel absolutoria, prout in singulis judiciis suo quoque loco explanabimus.

Secus in judicio summario, quod de sui natura est extraordinarium, ubi incipitur, vel ab executione, vel a præcepto de solvendo, vel licet aliquando sit necessaria petitio, & probatio cum sententia, tamen testes non citantur, sed a parte producuntur, & unica citatione citatus Reus super petitione, super decreto, quod capiatur informatio, & ad videndum jurare testes, & deinde conceditur facultas ad videndum testium depositiones, ad dicendum, & ad audiendam sententiam unico actu, loco publicationis, conclusionis, & monitionis ad sententiam, nec admittuntur exceptiones longiores, quas non patitur judicium summarium, *Carl. & Mansen. ubi sup.* & elapso termino dictæ monitionis, sive dictæ facultatis, fit decretum absolvendi, & condemnandi, *Musc. in glos. petit. p. 1. n. 33.*

3 Possumus itaque distinguere in Regno judicia per tres gradus, qui apud Grammaticos sunt, positivus, ut doctus, comparativus, ut doctior, & superlativus, ut doctissimus, & sic judicium summarium, magis summarium, & summariissimum in superlativo gradu.

Judicium *summarium* est, quando de jure communi esset ordinarium, & in Regno breviatur circa sollemnitates judiciarias, quæ non concernunt defensionem, nec probationem, quia quæ respiciunt defensionem, vel probationem omitti non possunt.

Judicium *magis summarium* est, quando de sui natura, & de jure est breviatum circa omnia, eget tamen petitione, probatione, & sententia, sed absque dilationibus per tres actus expeditur, v3. capiatur summaria informatio, fit facultas, & sententia.

Summariissimum est omne judicium executivum, in quo non præsentatur petitio, nec fit probatio, nec sententia, sed habetur pro probato, sententiato, & concernit solum executionem, & ideo *executivum* appellatur.

4 Et ad pleniorem cognitionem firmanda erit regula cognoscendi unum judicium ab alio, sive quando erit procedendum via ordinaria, sive ut in Regno dicimus, summarie simpliciter, quando via magis summaria, & quando via summariissima sive executiva, quod quatuor modis poterit cognosci.

Primo: Respectu scripturæ, sive contractuum, paratam executionem habentium, ut sunt instrumenta liquida, obligationes penes acta, apocæ banci, litteræ cambii protestatæ, & similia, quæ suo loco dicemus, & tunc erit judicium summariissimum, sive executivum.

Et è contra, instrumenta illiquida, sive invicem pactionata, obligationes factæ extra acta Curiæ; ut sunt alberana, & omnis scriptura privata, litteræ missivæ, & similes, quæ nullo privilegio sunt suffultæ, & propterea paratam executionem non habent, tunc erit judicio ordinario procedendum, idest in eo admittuntur omnes exceptiones, impartitur terminus ordinarius, & expeditur mediante sententia condemnatoria, vel absolutoria.

Secundo: Respectu personarum, ut in caussis viduarum, vel aliorum miserabilium, aut vilium, seu pauperum, ut *Doctores in Auth. de mandatis Principis, §. fit tibi, & Auth. nisi breviores, Cod. de sent. brev. recit. Caravit. Rit. 115. num. 2. Musc. gloss. petitionis part. 1. num. 29.* quæ personæ habent tale privilegium a jure, ut in suis caussis audiantur summarie, quia eis nimis miserendum est, & impotentibus, & miserabilibus semper jura favent.

Tertio: Respectu qualitatis articuli privilegiati de jure, ut in caussa piæ, vel gabellarum, vel parvi præjudicii, ut in assecuratione dotis ob vergentiam viri ad inopiam, ubi licet dos sit magna, dicitur lis parvi præjudicii, ubi semiplena est sufficiens probatio, & non requiritur plena probatio, prout requiritur in judicio ordinario; seu summario simplici, & propterea dicitur magis summarium, & in aliis ubicumque qualitas negotii venit a jure privilegiata, ut in caussis nauticis executive proceditur ob necessitatem commerciorum marinorum, *l. 1. ff. de naut. fœnor.* In probanda jactantia, in causis salarii, exactione Tributorum, & Gabellarum, in judicio extrafactionis contra conductorem, & similibus, ut suo quoque Titulo infra dicemus.

Quarto: Respectu quantitatis, circa quam *Doctores* variarunt de jure communi, *& glos. in auth. nisi breviores, C. de sent. ex brevi recitandis*, ponit multas opiniones, & demum, quod verius causa centum aureorum sit modica, sed *Bartolus* ibi *num. 7.* dicit, quod veritas sit, esse in Judicis arbitrio, an causa sit ordinaria, vel summaria, vel an sit modica, *Caravit. rit. 115. num. 4. Sanfel. in prax. fol. 28. num. 2. fol. 119. Mascatel. glos. petitur part. 1. num. 29. in fin.* & late exemplificat *Menoch. de arbitr. Judic. casu 72. lib. 2. num. 3. centur. 1. & Marant. part. 4. dist. 9. num. 189.* dicit, quod inter pauperes causa unius porcelli posset dici magna, & inter divites causa centum aureorum posset dici modica, & quod tunc sit brevis, quando plus expenditur in sportulis, quam sit valor caussæ.

5 Sed in M.C. Vic. & S. Reg. Cons. Praxis, & Stylus hodiernus est, ut infra summam 12. aureorum procedatur per summarias probationes, & ultra 12. aureos procedatur termino ordinario, si itaque in M. C. præsentatur chirographum, seu scriptura privata per creditorem, ultra summam dictorum duc. 12., tunc quia talis scriptura nullo privilegio est munita in nostro Regno impartitur terminus ordinarius, & admittuntur omnes exceptiones, quæ in judicio ordinario solent admitti, & servato juris ordine proceditur ad sententiam.

Si vero summa erit infra 12. aureos, tunc interponitur decretum: *Quod capiatur summaria informatio, & nihilominus debitor infra biduum recognoscat, vel statuatur terminus summarius dierum duorum ad verificandum, & probandum, & in eodem termino debitor recognoscat, & fit facultas ad dicendum*, & deinde fit sententia, prout suo loco clarius dabimus formulas.

Et sic per tres actus compilatur processus summatim, ut supra diximus.

Hæc Praxis, ut Magnificus Notarius *Franciscus de Ruggerio* magnus practicus, & in M.C.V. Actorum Magister in capite, qui telam judiciariam dict. M. C. in lucem docte, & eleganter dedit, mihi testatus est, habuit originem a quodam appunctamento post contagium in hoc Regno anno 1656. per Judices, & Actuarios dictæ M.C. facto, stabiliendo, ut in posterum dicta summa ducatorum duodecim servaretur, & sic servatum fuit, & hodie servatur, & hoc ad evitandum irregularum Judicis arbitrium, & dum M. C. in omnibus habet particulares ritus circa ordinem procedendi, in hoc quoque habet stabilitum ordinem quantitatis, in qua summarie sit procedendum.

Cui praxi confert *Ritus M.C.Vic. 157.* sanciens, quod in caussis duarum unciarum, idest 12. aureorum, non appel-

appellatur, quod intellige, ut non appelletur ad impediendam executionem, & sic quoad actum suspensivum, nam bene potest appellari, ut acta transmittantur, non impedita executione, & sic quoad actum devolutivum tantum admittitur appellatio infra dictam summam 12. aureorum.

Et rationem hujus Ritus assignat *Caravit. num.* 1. ibi. *Quia etiam de Jure communi civili appellatio non admittitur in modica summa, auth. nisi breviores, C. de sentent. ex brevi recit. & cap. anteriorum 2. quæst.*6. licet secus de jure Canon. ut notat *Caravit. ibid.*

At quia ex eodem jure non reperiebatur taxata quantitas, quæ minima dici deberet, sed Judicis arbitrio consistebat, ideo per hunc Ritum fuit taxata certa summa, quæ minima reputatur, ne vagetur sub incertitudine arbitrium Judicis, ut advertit *Caravit.* ibi: *Esse bene notandum, & dictus Ritus hodie est in viridi observantia, ut sententia M. C. infra duas uncias hodie exequatur absque cautione, appellatione non obstante, quæ admittitur, quo ad actum devolutivum tantum, teste Reg. Petr. dict. Rit. num.*3. *&* 8. & nos passim videmus sic servari.

6 Hoc tamen discrimine, quod infra duos augustales, idest infra carolenos 30. non porrigitur libellus in Regno, nec proceditur in scriptis, ut ex *Constitutione dilationes, in d. tit. de dilationibus, de Nigris in cap. Regni, ad hoc quod nostrum num.* 6. *Mansson. de causs. execut. præl ud.* 1. *num.* 32.

Sed voce summariissime Prætor Ministro mandat, ut faciat præceptum debitori de solvendo, vel ut accedat coram ipso Prætore, qui Actore, & Reo voce auditis facit præceptum, quod solvat, & aliquando quod non discedat, vel probet, quod dicit, prout negotii qualitas exposcit.

Et si erit suspectus de fuga ordinatur, ut ducatur coram ipso Prætore, *Sanfelic. in prax. sect.*28. *num.*2. *Caravit. & D. Reg. Petra in rit.*215.

„ Nostra tempestate, omni sublato abusu, per no-
„ vam supra citatam Regis nostri Constitutionem §.5. *n.* 1.
„ usu receptum est, quod in omnibus causis minimis ali-
„ mentorum, servitiorum, & similibus, non excedenti-
„ bus summam ducatorum duodecim, procedatur sine
„ ulla figura judicii, & oretenus; scriba causæ in scriptis
„ testificante, quod per Judicem decernitur, ipsoque Ju-
„ dice notam tantummodo apponente. Nec executio
„ impeditur per gravamen forsan ab aliqua Partium pro-
„ ductum; Judex vero illud voce etiam in Aula discu-
„ tiendum proponet, & Judicum dein statuta conclusio
„ ab aliis quoque duobus Judicibus nota signatur.

7 Et hic est proprius modus procedendi de plano sine figura Judicii, idest sine processu scripto, vel sine strepitu judiciali, quod est plusquam summarie in causa procedere sola verbali productione, auditis tantum partibus, & testibus, ut perpulchre declarat *Jodoc. in prax. civil. c.*24. *de procedend. sine figura Judicii*, & quod infra duos aureos sic proceditur de Jure communi, *text. in l. si oleum §. fin. cum l. sequenti, ff. de dolo, Marant. ubi sup.*

Et sic quoque proceditur in causa salarii, vel mercedis, & inter pauperes, & miserabiles personas, & similes causas, imo absque voto Assessoris, ut in *d. rit.* 215. sancitur, & *Jodoc.* docet ubi supra, verum ubi occurrit aliquid in Jure dubium, vel factum esset valde intricatum, tunc per Officialem idiotam causa ad Judicem remittitur, teste *Muscatell. in glos. petitur, par.* 1. *num.*34. & testatur idem *Caravit. in d. rit.* & nos hodie sic videmus continuo servari in M. C. per Dominum Regentem, & in aliis Curiis per Gubernatores, de qua praxi latius suo loco alia dicemus.

8 Et in aliquibus locis adest municipale Statutum circa summam, in qua procedi debet sine scripto, prout est in Statu Laurini, ubi usque ad ducatos quatuor proceditur oretenus sine actis scriptis, quæ Statuta vel sunt Regio Assensu vallata, vel Consuetudine observata, & ideo debent observari, nec de consensu partium poterit in scriptis procedi, dum tale Statutum non concernit privatum partium favorem, sed publicam utilitatem, cui partes renunciare non possunt, & ideo Judex nulliter procederet in scriptis contra formam Statuti, ut late *Muscatell. in part.* 1. *glos. petitur, num.* 27. & propterea in Syndicatu teneretur, quia juravit servare Statuta, &c.

9 Et in parvis, & rusticis villis procedi potest summarie, & de plano etiam in causis magnis, & quis potest esse Judex, & Actuarius simul, exercendo utrumque officium, ita *Ursill. ad Afflict. decis.*250. *in fin.* ex doctrina *Cottæ in verb. libellus*, secus in magnis Villis, ubi acta essent nulla, ut diximus *in cap.*4. *tit.*1. *de Patentib. official. par.*1. *n.*3.

10 Et Baro potest in Regno committere causas summarie, simpliciter, & de plano vigore dicti *cap. detestantes*. Quamvis jure communi nequeat, ut advertit doctiss. *D. Reg. Petra rit.*228. *num.*24. *fol.*181. ex *Tappia lib.*2. *Juræm Regni de officio, & auctoritate Baron. num.*4.

Sed hujusmodi rescriptum Baronis non potest plus juris dare, quod datur a *d. cap. detestantes, & rit.*288. *& Pragm.*1. *de ord. Judic.* & substantialia Judicii, quæ non potuerunt tollere *dict. Cap., Ritus & Pragmatica*, nec Baro poterit tollere, sed valebit, ut rescriptum excitatorium dictorum Jurium, *per text. in l. fin. §. dato, ff. a quibus appellare non licet, Muscatell. in dict. glos. petit. n.*9. sed melius *Caravit. rit.* 288. *n.*9.

Ex hac nostra breviloqua distinctione quilibet Juvenis sanæ mentis, licet mediocris intellectus, brevi concipiet omnes casus sparsim, & prolixius relatos, in quibus causis sine termino summarie, in quibus cum termino ordinario sit procedendum.

At si quis velit singulos casus perlegere, videat quæ tradit *Dom. Franciscus de Constantio* in eleganti *Comment. super Pragm.*2. *de negant. mutuum*, ubi collegit 72. casus, in quibus requiritur terminus, & alios 34. in quibus sine termino procedendum sit, & videat quos ponit *Dom. Franciscus Maradei in aurea sua praxi liquidationis instrumenti.*

Nos vero ne ingenia Juvenum multitudine rerum deterreantur, a facilioribus inchoabimus, singula Judicia dividendo, ut gradatim levi, & simplici via totius Praxis cognitionem facilius quisque assequatur, ideo CHRISTI Nomine invocato, divisionem hujus nostræ Praxis aggredimur, quam divisimus in quatuor species Judiciorum.

11 *Prima species Judiciorum*

Est, quæ fiunt vigore Publici instrumenti.

Secunda species

Est, quæ fiunt vigore variarum scripturarum.

Tertia species

Est, quæ fiunt sine scripturis.

Quarta species

Est Judiciorum omnium, quæ per Reum fiunt contra Actorem.

12 Ratio autem hujus divisionis est, quia omnia Judicia, quæ in Mundo fiunt, in has quatuor species reducuntur. Nam Actor vel habet instrumentum, & sic agit vigore instrumenti, & est Prima species agendi; Vel non habet instrumentum, sed agit vigore alterius scripturæ, & est secunda species agendi; Vel neque habet scripturam ullam, sed agit sine scripturis, & est tertia species agendi, & sic dantur tres species Judiciorum, quibus agere potest Actor contra Reum; nec reperitur alia species in Mundo, qua agi possit. Et demum Reus quandoque persequitur Actorem, & sic est quarta species Judiciorum; merito a nobis tota Praxis divisa est in quatuor has Species.

Prima Species Judiciorum vigore publici Instrumenti explicat Praxim, qua, vel modos, quibus Creditor instrumentarius potest agere contra debitorem. Et quia Creditor habet septem vias, sive septem remedia contra debitorem; ideo dicta Prima Species dividitur in VII. Titulos, v3.

PRIMA SPECIES

Judiciorum, quæ fiunt vigore publici Instrumenti.

PRIMUS TITULUS

De Praxi liquidandi Instrumenta.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

Judicium quod criminaliter fit via Ritus 166. *est magis privilegiatum pro Creditore instrumentario*, num. 1.
Cautus Advocatus, quod judicium instituere debet potius pro suo Cliente? num. 2.
Praxis præsentationis instrumentorum est vasta, & intricata, num. 3.
Dom. Franc. Maradei *laudatur*, num. 4.
In liquidatione instrumenti via Ritus *decem requisita sunt necessaria, sine quibus agi non potest* via Ritus, *& quæ sint dicta requisita?* num. 5.
Primus hic Tit. liquidandi instrumenta dividitur in 27. Capita, & quæ sint dicta Capita, distincte narrantur, num. 6.

1 IN hoc *Primo Tit.* ponitur *Praxis liquidandi Instrumenta*, quia nullum judicium est tam executivum, & privilegiatum pro Creditoribus Instrumentariis, nisi hoc judicium, quod criminaliter fit *via Ritus M. C. Vic.* 166. & proinde meruit hic in primo loco dictum Judicium collocari.

2 Cautus enim Advocatus bene perpensis prius scripturis, & juribus sui Clientis seligere debet viam agendi magis privilegiatam, & breviorem.

3 Praxis præsentationis Instrumentorum vigore *Ritus M. C. Vic.* 166. nimis vasta, & intricata est, & requirit Tomum absolutum, prout multi eximii Auctores fecerunt, & nuper *Dom. Franciscus Marader* in Juris-
4 prudentia consumatissimus, dictam Praxim novis decisionibus pleno calamo accuratissime more suo exornavit. At quia Institutum nostrum non est, nisi ad faciliorem instructionem Juvenum, breviùs, quam potero ad Praxim magis necessaria enucleare; Ideo eam restringo ad decem Requisita:

5 Quando itaque voluerit Creditor contra suum debitorem criminaliter agere, & præsentare Instrumentum via *Ritus M. C. Vic.* 166. infrascripta decem Requisita sunt necessaria distincta in decem Capita, qui-
6 bus junctis cum aliis Capitibus dividitur tota hæc Praxis liquidationis Instrumentorum in XXVII. Capita v3.

I. Caput explicat Primum Requisitum, ut Instrumentum sit originaliter præsentatum, in publica forma probante sumptum, & in charta pergamena scriptum.
II. Caput explicat secundum Requisitum, ut Instrumentum sit in Curia exhibitum, & penes Actuarium relictum, & per Judicem visum, & lectum, juxta *Pragm. 4. de instrum. liquid.*
III. Caput explicat Tertium Requisitum, ut Instrumentum sit stipulatum per Notarium Regium, & Judicem Regium ad contractus.
IV. Caput explicat Quartum Requisitum, ut Instrumentum sit ultra unciam.
V. Caput explicat Quintum Requisitum, ut Instrumentum sit quarantigia vallatum.
VI. Caput explicat Sextum Requisitum, ut Instrumentum sit purum, & liquidum, & contineat causam debiti.
VII. Caput explicat Septimum Requisitum, ut non sint transacti 20. anni a die nativitatis actionis.
VIII. Caput explicat Octavum Requisitum, ut citatio super tenore Instrumenti fiat cum termino peremptorio.
IX. Caput explicat Nonum Requisitum, ut Relatio citationis fiat ad præscriptum *Pragm. 9. de instrument. liquidatione.*
X. Caput explicat Decimum, & Ultimum Requisitum, ut in liquidatione interveniat Creditor, cum quo fuit stipulatum Instrumentum de facie ad faciem.
XI. Caput tractat De Personis, a quibus liquidari possit, & a quibus non.
XII. Caput, De Personis, contra quas fieri possit liquidatio.
XIII. Caput, De Modis, quibus impediri possit liquidatio

C A P. I.

De Primo Requisito præsentandi instrumentum originale.

S U M M A R I U M.

Instrumentum originale differt a protocollo, & a matrice, num. 1.
Instrumentum matrix quid sit, num. 2.
Protocollum quid sit, num. 3.
Copia a matrice, vel protocollo si fieret a Notario non conservatore, pœna Notarii erit ducat. centum, & non faceret fidem, num. 4.
Originale instrumentum quid sit? num. 5 & 7.
Practica reassumendi instrumenta, num. 6. & 8.
Libra auri quanta erat tempore antiquo, & quanta hodie, num. 9.
Valor auri, & omnium rerum variavit, & variat prout variarunt, & variant tempora, num. 10.
Subscriptio testium est necessaria in instrumento originali descripto, sive reassumpto, in charta coriacia tantum; Secus in libro Protocolli, vel matrice, ubi sufficit annotatio testium scripta per Notarium, n. 11.
Instrumentum scriptum in charta coriacia immunda, in qua de facili fieri posset abrasio, aut delitura, non potest præsentari ad formam Ritus, num. 12.
Pactum, quod possit liquidari instrumentum in charta bombacina, quando, & ubi valet? Et an in Curiis Ecclesiasticis reassumi possit in charta bombacina, num. 13.
Invocatio Divini nominis, & Regis regnantis, an sit necessaria in principio instrumenti? num. 14.
Annus, & dies an sit necessaria extendendus per extensum, & non per abacum.
Indictio an sit necessaria in instrumento? num. 15.
Instrumentum publicum quid sit, & quid non publicum, num. 16.
Copia in charta bombacina, in quibus judiciis admittitur, num. 17.

REquisita superius per nos tradita ad criminaliter agendum contra debitorem, ut facilius dignoscantur, operæ pretium duximus, singulis requisitis, separatim subjungere declarationes, ampliationes, & limitationes infrascriptas.

Primum Requisitum, quod tradidimus, est, ut originale in forma probante sumptum, non in charta bambacina, sive linea, nec in alia specie; sed in charta coriacia, sive pergamena præsentetur, ad cujus declarationem scias, quod

1 Instrumentum originale differt a protocollo, & a matrice; uam

2 Instrumentum matrix est prima imbreviatura, in qua breviter scribitur prima utriusque contrahentis intentio in fasciculo, sive filsa, aut schedula, quæ fit tempore celebrati contractus, & hæc matrix non dicitur originale instrumentum, sed est brevis adnotatio præambula, ex qua sequitur registrum in libro Notarii per extensum, & deinde ex dicto libro reassumitur, idest iterum sumitur, & scribitur originale in forma publica, & probante in pergameno, quod traditur parti, & ad cujus beneficium cantat.

3 Protocollum est prima collatio, quæ fit cum dicta matrice, sic dicta a *Protos* græce, quod latine significat prima, & *collum*, idest collatio, dum Notarius tenetur registrare matrices per extensum absque ulla breviloqua dictione in libro registri, seu protocolli, ut disponit *Pragm. 3. de Notariis*, *De Marin. lib. 1. resol. 196. num. 6. & de Luca ibidem in melior.*

Et hujusmodi liber dicitur liber protocolli, sive registri, qui perpetuo conservari debet apud Notarios, nec dicitur originale instrumentum, dum non est subscriptum a Judice, & testibus, sed in modum registri scribitur a solo Notario, ubi registrantur omnes contractus illius anni, & proinde copia, quæ ex dicto libro trahitur, non dicitur extracta ab originali instrumento, sed extracta ab originali protocollo, quasi ab originali registro, vel extracta ab actis Notarii, quæ penes Notarium conservantur.

4 Et copia, quæ fit ex matrice nondum registrata, neque dicitur extracta ab originali instrumento, sed extracta ex actis in fasciculo existentibus, vel ab originali filsa.

Et copia a dicta matrice, vel a dicto libro protocolli non potest fieri ab alio Notario, nisi ab eo, qui est Conservator dicti protocolli, alias nullam fidem facit, & Notarius incurrit in pœnam ducatorum centum, ut statuitur per *Pragm. 13. de Notariis §. 5. edita anno* 1649.

5 Originale Instrumentum est, quod vulgo dicitur instrumentum in publica forma redactum, sive reassumptum in forma probante in charta pergamena, quod fit hoc modo.

6 Per eundem Notarium, qui matricem in protocollo registravit, reassumitur, idest iterum scribitur in pergameno cum solito signo ejusdem Notarii cum subscriptione ejusdem Judicis ad contractus, cum subscriptione etiam testium præsentium tempore celebrati contractus, ut statuitur per Constitutionem Regni, *Instrumentorum Robur*.

Si vero testes, & Judex sint mortui, sed vivus Notarius, tunc partibus, & Notario auditis, constitoque de manu, & integritate dicti Notarii, & Judicis debet subscribi ab alio Judice, & ab aliis testibus, præcedente solo ordine Spectabilis Præsidis S.R.C., qui est Protonotarius in hoc Regno, *Pragm. 1. de fide instrumentorum*.

Et si Notarius, & omnes sint mortui, tunc partibus summarie auditis, constito de bona vita, & fama Notarii, prævia licentia Præsidis S. R. C. poterit instrumentum reassumi ab alio Notario, Judice, & Testibus in locum mortuorum, *Pragm. 2. eodem tit. de fide instrumentorum*, quæ licentia, seu decretum inseritur in eodem instrumento reassumendo.

Intellige ab alio Notario Conservatore illius protocol-

tocolli, nam qui non est conservator, non potest reassumere, nec etiam copiam simplicem extrahere, quia nullam fidem faceret, & tam Notarius, quam dictus dominus protocolli esset in pœna dictæ *Pragmaticæ 13. de Notariis*.

7 Instrumentum sic reassumptum, ut supra, dicitur verum originale, & dicitur publica scriptura adæquatam, & plenam fidem faciens, & est probatio probata, *DD. in rubr. C. de fide instrumentorum*.

Et postea si Notarius, Judex, & omnes Testes moriantur, absque alia solemnitate perpetuo valebit, *cap.* 2. ubi late *Decius cap. penult. & fin. de fide instrument.*, & hoc originale sic in pergameno scriptum non servatur per Notarium, sed datur Creditori, aut illi, ad cujus beneficium cantat.

8 Instrumenti reassumptio, ut valeat, de jure communi requiruntur duo testes, infra libram auri. At si instrumentum erit ultra libram auri, tunc si contrahentes ambo, vel unus illorum erit imperitus, requiruntur quinque testes.

Sed si contrahentes erunt litterati, tres sufficiunt, *l. ult. & Auth. sed novo jure*, ubi *DD. Cod. si certum petatur*.

Secus de jure Regni, ubi solum distinguitur, an summa sit infra, vel ultra libram; nam liquidari potest instrumentum, si duo testes subscripserunt, quando summa capitalis non excedit libram auri, idest ducatos 72. quæ est libra auri antiqua, & ultra dictam summam requiruntur saltem tres testes, qui se subscribant propriis manibus, ultra Notarii, & Judicis ad contractus subscriptionem, ita ex Constitut. *Instrumentorum robur*, & si in aliquo loco esset inopia litteratorum, tunc testes se subsignent signo Crucis, propriis manibus, & Notarius faciet mentionem, quod dicti testes scribere nesciunt, ita *Celima de liquid. instrum. recollect. 1. num. 22. & 24. & Andreas de Isernia, & glos. in Constit. Instrument. robur, verbo Assumat*, & aliis ibi citatis.

Intellige tamen, quod instrumentum subscriptum per testes illiteratos, facto per eos signo Crucis, tunc potest liquidari, quando certum est in loco celebrati contractus non adesse alios litteratos, qui saltem subscribere sciant, quod si non sit certum, sed fuerit dubium, tunc supersedetur, donec auditis partibus aliter providebitur, *D. Petra rit. 266. num. 36. post Caravit. eod. rit. num. 9. & 18. Galter. in prima part. primæ partis Rubr. in publica forma sumptum num. 27. fol. 45. & num. 30. rubr. audiantur excusatores num. 20. fol. 33.*

Etsi aliquis testis ex dicto numero requisito defecerit, tunc instrumentum non esset validum ad præsentandum in forma ritus, nec Reus citatus tenetur comparere, nec condemnari potest, si non comparet, *Caravit. rit. 166. n. 18. Galt. par. 1. primæ partis, rubr. in publica forma sumptum, n. 35. fol. 44.*

Ubi vero erit consuetudo, subscriptio duorum testium sufficit in pergameno, etiam pro magna summa, ut decisum refert *Thor. 2. par. 2. in compend. verb. instrum. & voto 84. num. 25. par. 1. Staib. senior cons. 13.* quos sequitur *D. Caravit. rit. 166. n. 36.*

Et sane intelligas, quod debent se subscribere saltem duo testes ex iis, qui in rogitu interfuerunt, *Galt. p. 2. primæ partis, rubr. vel reassumptum. num. 25. fol. 67.*

9 Libra auri inspecto tempore antiquo est ducatorum 72., nam quælibet uncia conficiebat sex aureos, qui cumulati per duodecim vices constabant ducatos 72. ut post multos firmat *Scaccia de commercio §. 2. glos. 3. q. 1. num. 28. Afflict. in Constitut. Regni: Pœnam novem unciarum, ex text. in l. quoties, C. de susceptis, & Ancharan. lib. 10. num. 5.*

Quia sic *Justiniani* tempore liquidabatur, & hæc liquidatio juris est attendenda ubicumque in jure loquitur de libra, vel uncia, *de Luca ad Franch. decis. 318.*

Et propterea instrumentum continens summam infra libram auri, ut liquidari possit, sufficit subscriptio duorum testium ad minus, etiam si respectu tertiarum excederet.

Sed ultra libram subscribuntur saltem tres testes, & libra ad hoc propositum computatur in summa duc. 72. ut ex *Afflict. in Constit. Instrumentorum robur num. 8.* tradit *Celima de liquidat. instrumentor. recollect. 1. num. 22.*

Non obstante, quod de jure Regni libra sit aureorum 96. secundum *Afflict. in Constit. Quicumque num. 2.*

Et non obstante, quod alii volunt hodie libram esse taxandam ad rationem ducatorum 144., ad quam summam ascendit hodie libra auri optimi, nam uncia valet ducatis duodecim circiter, qui cumulati per duodecim vices faciunt dictam summam ducatorum 144. ut narrat idem *de Luca* omni eruditione refertissimus, ex eodem *Molfesio*, & firmat *Verricella qu. 3. tract. 2. sing. opin. num. ult.* citatus per *Regentem de Marin. lib. 1. resol. 145.*

Et non obstante, quod hodie duo aurei Veneti, qui vulgo *Zecchini* appellantur, non pertingunt ad 16. partem unciæ; Ideoque libra auri ascendit ad valorem aureorum biscentum circiter, qui duo ultimi valores non attenduntur in liquidatione juris tempore *Justiniani*, ut *de Luca ubi supra*.

Et tempore *Vivii*, & *Galterii* centum, & septem aurei conficiebant libram, ut testatur *Vivius lib. 1. commun. opin. 76. num. 5.* relatus a *Galter. par. 1. primæ part. rubr. in publica forma sumptum n. 26. fol. 45.*

10 Et sic variavit, & variat valor auri, & omnium rerum, prout variarunt, & variant tempora, sed in jure liquidatio valoris attenditur ea, quæ erat tempore *Justiniani*, nempe uncia ducatorum sex, & libra ducatorum 72.

11 Et licet instrumentum valet sine subscriptione testium; nam eorum subscriptio necessaria non est, sed sufficit, ut Notarius illos describat, & annotet in calce instrumenti, *§. sed si instrum. Auth. de fid. instrum. de Marin. lib. 1. cap. 186. n. 13.*

Tamen intellige de matrice, & protocollo, secus de instrumento reassumpto in pergameno, ubi subscriptio est necessaria, alias non posset liquidari, nec fidem faceret, ut statuitur in *Constit. Regni instrum. robur*, & ita servamus in Regno, rejecta distinctione *Afflict.*, *Galt.*, & aliorum dubitantium de validitate instrumenti sine descriptione testium.

Concluditur itaque, quod in matrice, & in protocollo non est necessaria subscriptio, sed sufficit annotatio testium, quæ fit per Notarium, quæ descriptio introducta est de jure communi lo *l. fin. C. de testam. l. generali, ubi Glos.*

At in originali reassumpto in pergameno necessaria est descriptio, & subscriptio, alias sine subscriptione non potest ad formam Ritus præsentari, quæ subscriptio testium, ultra subscriptionem, signum Notarii, & Judicis, addita est per *Constit. Regni Instrum. robur*, & per *Constitutionem Bajulos*, ita advertit *Galt. in prima, primæ partis, rubr. in publ. forma sumptum num. 23.* ex *Freccia ibi citato*.

Alias si instrumentum non esset sic in pergameno solemnizatum, & subscriptione munitum cum signo Notarii, non haberet executionem ad formam *Ritus* 266. nec fidem faceret, ut sancitum est per *Constit. Regni, Consuetudinem, de instrumentis conficiend.*

12 Imo si charta pergamena esset immunda, in qua de facili abrasio, vel deletio fieri possit, neque admitteretur, ut late *Galt. 1. par. primæ part. rubr. in publica*

forma

forma sumptum num. 28. Imo etiam si pacto contrahentium esset conventum, ut instrumentum liquidari possit in charta bombacina, tale pactum non esset validum, *Galter. ubi supra*, post *Frecc. par.* 14. *qu.* 5.

13 Verum hæc conclusio limitatur in instrumento confecto extra Regnum, quia attenditur consuetudo illius loci extra Regnum, ubi confectum est dictum instrumentum; proinde fuit decisum in S.C., ut instrumentum confectum in Civitate Beneventi a Notario Apostolico absque testium subscriptione, cum legalitate tantum Vicarii ejusdem Civitatis admittatur ad formam *Ritus* 166. in M. C. V. ex eo, quia dicta Civitas est extra Regnum, & servata fuit dispositio juris communis, cum descriptione testium dumtaxat facta per Notarium absque subscriptione, & sic non servatur forma Constitutionis hujus Regni, ut refert *Aloysius de Leo in l.* 1. *num.* 7. *C. de nova C. faciendo*, *Thor.* 2. *p. verbo Instrumentum confectum*, & *voto* 84. *p.* 1. *n.* 248. & *in compend. decis. verbo Instrum.* §. 12. *Danza de pugna DD. tit. de instrum. cap.* 2. *num.* 15. quos citat, & sequitur solertissimus Rituum M.C.V. Commentator *D. Cons. & Reg. Petra in Rit.* 166. *num.* 25. Secus etiam, quando instrumentum esset liquidandum in Curia Ecclesiastica. Nam in multis Diœcesibus est ritus liquidandi instrumenta juxta *Ritum M. C. V.* 146. ut est in Curia Archiepisc. Neap. in Curia Capuaque, in Acerrenti, & aliis; ubicumque est talis *Ritus* ibi potest reassumi in charta bombacina. Ita decisum refert *Ricc. dec.* 188. *p.* 3. *de Marin. lib.* 1. *resol.* 186. *num.* 15. *Petr. Rit.* 166. *n.* 219. *fol.* 44.

14 Instrumentum insuper, ut valide dicatur reassumptum, ut possit ad formam Ritus præsentari in Curiis laicalibus, non solum requiritur dicta sollemnitas subscriptionis testium, ut supra, sed etiam, ut in principio adsit invocatio Divini Nominis, & Regis Regnantis in Regno; dies, ac mensis, quo instrumentum conficitur, & annus Domini nostri Jesu Christi per extensum, & non per numerum arithmeticum, sive abacum; & indictio, quæ currit in dicto anno; & locus, in quo celebratur instrumentum, de quibus sollemnitatibus late *Galterius in sua Prax. Instrumentaria rubr. in publ. formam sumptum prima primæ partis n.* 7. *fol.* 37.

Et licet invocatio Divini Nominis, & annus Domini Nostri Jesu Christi omissa per Notarium non vitiant instrumentum de jure; tamen ubi viget consuetudo apponendi in principio instrumenti, ut est in Regno nostro, si omittatur, contractus redditur nullus, & ad formam Ritus præsentari non potest, quia executionem paratam non habet, teste *Galt. ubi supra*, ex doctrina *Vivii lib.* 1. *commun. opin.* 382. *n.* 4. & ex *Bernard. Pau. Gravimens.* & *aliis*, ibi: *Verum in omnibus aliis judiciis servatur jus commune in nostro Regno, quo attento talis omissio non vitiat instrumenta, quia consuetudo servatur tantum in judicio criminali ad formam Rit.*

15 Indictio vero, licet requiratur tam de jure communi, ut est *Text. in auth. ut præponatur nomen Imper.*, quam de jure Regni per *Pragm.* 2. *de Notar.* ubi *Rovit.* Tamen ob hujusmodi indictionis omissionem non vitiari instrumentum, late, & doctissime firmat *D. Reg. Petr. in Rit.* 166. *a num.* 44. omnino videndus, quia pulchre loquitur, & medullitus gustavit articulum, & refert decisum contra debitores, ut pœna ponatur in libro inferni, nihil obstante defectu indictionis, & contrariis adæquate respondet.

16 Et tandem licet instrumentum sit nomen genericum, comprehendens omnem scripturam: tamen instrumenta publica dicuntur, quæ fiunt per Notarium publicum cum interventu Judicis Regii, seu Chartularii, & testium, *de Luc. ad Franch. obs.* 366. *n.* 5.

Et scriptura, quæ fit a Notario, & Testibus sine interventu Judicis chartularii, non dicitur instrumentum publicum, sive scriptura publica, sed dicitur scriptura privata cum autentica Notarii, *Auctores ubi supr.*

17 Ultimo adverte, quod in aliis quibuscumque judiciis, præter dictum judicium, in quo criminaliter agitur via *Ritus M.C.V.* 166. satis est, quod præsentetur copia in charta bombacina; in qua copia, nec testes per Notarium describuntur, nec ab illis fit subscriptio, sed tantum Notarius attestatur esse extractam copiam a libro protocolli, & suum signum in dicta copia apponit, *de Marin. lib.* 1. *resol.* 186. *num.* 16. *de Franch. decis.* 77. *Viscont.* ibi, & alii Addentes, & nos dicemus in *tit. de Assis.*

C A P. II.

De secundo Requisito juxta *Pragmaticam* 4. *de Instrument. liquid.*

S U M M A R I U M.

Citatio super tenore instrumenti expediri non potest, nisi prius instrumentum sit in Curia exhibitum, & penes Actuarium relictum, & per Judicem visum, & lectum, num. 1.

Exceptionem ex ventre instrumenti resultantem, necesse non habet Reus opponere, sed ex officio illam Judex animadvertere debet, num. 2.

Decretum, ut expediatur citatio super tenore instrumenti, quo casu, & quomodo interponitur; a quo non datur appellatio, num. 3.

Citatio expeditur absque dicto decreto, ubi assistit Assessor ordinarius, & datur formula voti Consultoris, & citationis per Capitaneum idiotam, num. 4.

Consultor eligitur, & requiritur pro voto in citatione super tenore instrumenti absque monitione partis, num. 5.

Citatio in M. C. V. super tenore instrumenti firmatur ab uno Judice civili domi, & ab uno Actorum Magistr. crim., num. 6.

1 Secundum requisitum est, ut citatio super tenore instrumenti per Officialem fieri non possit, nisi prius instrumento in Curia exhibito, & penes Actuarium relicto, & per Judicem viso, & lecto, ita sancitur per *Pragm.* 4. *de instrum. liquid.* editam die 14. Aprilis 1587. per Comitem de Miranda §. *mandamus*, quæ in antiquo volumine erat *Pragm.* 9. *de Offic. Mag. Just.* & antiquitus erat sancitum per *Rit.* 186. ita *Reg. Petr. Rit.* 166. *num.* 64.

Hoc secundum requisitum declara, quod Judex ideo debet prius instrumentum videre, & legere, juxta *Regiam Pragmaticam*, quia si videt esse illiquidum, aut ullo modo defectuosum, illud exequi non debet, adeo quod necesse non habet reus opponere exceptionem patentem, & resultantem ex ventre instrumenti,

2 quam Judex ex officio animadvertere obstringitur, *Petra Rit.* 166. *num.* 63. *fol.* 26. ex *Rot. Roman. dec.* 626. *num.* 10. *par.* 2. *divers. Prat. ad d. cap.* 28. *num.* 11. *lib.* 3. *discept. forens.* & ex aliis, quos ibi congerit, & verba *Pragm.* sunt clara, ibi: *Ne subditi ex instrumentis non liquidis, ut sæpe accidit, indebite molestentur*, & quæ sint istæ exceptiones, vide infra in *cap.* 6. & 7.

3 Et si Judex videt instrumentum esse liquidum, & cum omnibus undecim requisitis, tunc interponet interlocutoriam, ut expediatur citatio super tenore instrumenti, a qua interlocutoria non datur appellatio, *Thor. vot.* 84. *num.* 295. & *par.* 3. *compend. decis. verbo appellatio an detur*, & *par.* 2. *verbo instrumentum celebratum*, & *verbo appellatio a declaratoria liquidi*, *Amat. decis. Ancon.* 19. *num.* 46. relati per *D. Reg. Petra Rit.* 166. *num.* 64.

4 Sed in Curiis extra Neap. Assessor ordinarius expedit citationem, quam firmat ipse solus Assessor, & Actua-

Actuarius Curiæ; & in aliquibus Curiis firmat tam Assessor, quam Capitaneus secundum stylum Curiarum nulla præcedente interlocutoria.

Ubi vero non adest Assessor, sed proceditur cum voto Consultoris, ibi Consultor interponit votum v3.

Viso præsenti instrumento sum voti, quod expediatur citatio super tenore ipsius ad instantiam T. contra Talem, quia ita juris esse censeo.

T. Consultor ordinarius.
Vel T. Consultor requisitus.

Deinde Capitaneus idiota solus firmat citationem, in qua inseritur votum prædictum v3.

Servientibus, &c. noveritis qualiter præsentato instrumento per T. creditorem, illoque viso per Dominum Consultorem ordinarium, vel per T. Doctorem a nobis pro voto requisitum, fuit interpositum votum tenoris sequentis, & inseritur votum.

Ideo ad omnem instantiam dicti T. & sequitur tenor citationis secundum formulam, ut infra.

5 Hic advertant Tyrones, quod tunc dicitur per Dominum Consultorem ordinarium, quando Curia habet ordinarium Consultorem, & tunc dicitur per T. Doctorem a nobis requisitum, quando non habet ordinarium Consultorem, quia poterit tunc requirere quemlibet Doctorem pro voto absque requisitione partis in hoc casu.

6 In M.C.V. citatio firmatur ab uno Judice civili domi, & ab uno Actorum Magistro crimin. ut docet *D. Conf. Petra in Rit.166. num.64.*

C A P. III.

De tertio Requisito Notarii Regii.

S U M M A R I U M.

INstrumentum stipulatum per Notarium Apostolicum præsentari non potest ad formam Rit. M.C.V., *nec in aliis judiciis facit fidem in Curiis laicalibus Regni, etiamsi esset testamentum Clerici, secus quando est stipulatum in Civitate Beneventi, vel alibi extra Regnum,* num.1.

Instrumentum confectum per Notarium vassallum, vel incolam contra, vel in favorem sui Baronis, fidem non facit, nec reassumptio valet; ampliatur etiam in conductore jurisdictionis, num.2.

Decisio relata per Dom. Maradei ad Pragm. de Notar. annot.244. *declaratur,* num.3.

Capitulum Regis Ladislai *circa Notarium vassallum, an habeat locum in testamentis, & codicillis,* num.4.

Et quid in Barone criminali, num.5.

Praxis ad impediendam liquidationem instrumenti confecti per vassallum Notarium, num.6.

Notarius creatus ab Imper., vel ab alio Monarcha, vel Republica, non potest instrumentum facere in Regno Neapolitano, num.7.

Notarius Regius si fiat Clericus, non potest instrumentum conficere, sed an, & quando possit reassumere, num.8.

Instrumentum a Notario excommunicato factum non potest liquidari, & quomodo hoc intelligatur, & quid in suspenso, vel condemnato pœna falsi, & quid in Notario putativo, vel cum privilegio falso, num.9.

1 TErtium requisitum, ut sit instrumenetum stipulatum per Notarium Regium, & Jud. Reg. ad Contractum, nam si esset stipulatum per Notarium Apostolicum, præsentari non posset ad formam Ritus, *Carrab. singul.112.* qui citat *Masull. ad Capyc. dec.56. num.6. & dec.205. num.1. Galter. in 1. part. prima part. Rubr. curet creditor num.11. & 21. & de Marin. lib.2. resol. 228. num.3.*

Imo per *Pragm.2. de contract.* sancitur, ut in Regno nullam fidem faciant instrumenta, testamenta, & aliæ scripturæ, quæ fiunt per Notarios Apostolicos, unde etiam testamentum Clerici non admittitur in Curiis nostris laicalibus, quando est stipulatum per Notarium Apostolicum, sed super eo examinandi sunt testes, tanquam scriptum a persona privata.

In Curiis vero Ecclesiasticis valet, *de Marin. ubi supra.*

Hanc conclusionem limita in instrumento stipulato extra Regnum, & proinde instrumentum confectum in Civitate Beneventi, manu Notarii Apostolici absque subscriptione testium, & sic non servata forma Constitutionis hujus Regni, cum legalitate tantum Vicarii Generalis illius Civitatis, fuit admissum per Sac.Cons., ut tradit *D. Conf. Petr. Rit.166. num.25.* & nos diximus latius in declaratione primi requisiti, superius *num.13.*

2 In hoc tertio requisito est quoque advertendum, quod instrumentum confectum a Notario vassallo Baronis contrahentis, non solum liquidari, & præsentari non poterit ad formam Ritus, sed neque valet in aliis judiciis, dum in Regno expresse invalidatur per *Cap. Regis Ladislai,* incipiens *Non sine prudentis,* quod secundum ordinem *Nigri* est 289. Quæ sanctio est in viridi observantia; tam pro, quam contra ipsum Baronem, ut confutato *Molfes.* substinet Dominus colendæ memoriæ *Petra senior* semper laudandus ad *Capyc. decis.253. num.2.* quem citat, & sequitur *Dominus Conf. Petr. junior* nepos avitæ laudis hæres in *Rit.166. num.26.* ubi innumeros alios congerit, & post *Reg. de Marin. ad Revert. dec.386. num. 4. & lib.2. resol.180. num.2. & 149. num.3.* sequitur doctissimus *de Luc. ad Franch. obser.118. num.2.* reprobato *Novar.* qui in *qu. 156. num.12.* cum *Molfes.* concludit posse Notarium vassallum conficere instrumentum contra Baronem, quod erroneum est.

Ampliatur dispositio dicti *Cap. Regis Ladislai,* etiam in reassumptione instrumenti, licet enim esset instrumentum stipulatum per Notarium non vassallum, si postea reassumeretur per vassallum, reassumptio est invalida, & ad formam Ritus non admittitur, ut post *Affl. in Const. Bajulos num. 62. Scaglion. in Pragm. de instrum. infra octo dies n.1. fol.154.* quos citat *D.Conf. Petr. Rit.66. num.76.*

Ampliatur in Notario incola in Baronum oppidis, ut decisum refert meritissimus *D.Reg. Petr. in Rit.166. num.28.* & tenet *de Marin. lib.1. resol.280. & ad Revert. dec.387. n.4. Novar. p.2. quæst.156. n.1. Laganar. ad Rovit. in Pragm.1. de Notar. lit.D.*

3 Nec obstat decisio contraria relata per *Dom. Franciscum Maradei* doctissimum, & laudatissimum virum, quem veneror in *sua annot. ad Prag.1. de Not. ann.224. num.4.* de qua decisione testatur *D.Reg. Petr. rit.288. num. 20. tom. 4.* Quia fundamentum illius decisionis fuit, quod in clausura testamenti Notarius se subscripsit de Civitate Cutri, & constabat esse Cutri numeratum, & licet tempore aperturæ se subscripserit incola in Civitate Insulæ, cujus Civitatis erat Baro Testator; Tamen dicto tempore aperturæ anni 1672. erat Baro mortuus, & feudum uti devolutum Fisco erat sequestratum, & proinde visum fuit cessare dispositionem *d. c. Ladislai,* ut idem *D.Reg.Petr.,* qui dictæ decisioni interfuit, testatur.

Ampliatur etiam in conductore jurisdictionis, *Visconti. ad Franch. obs.218. Ricc. dec.153. num.5. p.2. & collect.2739.* quos sequitur, & approbat magnus ille vir litterarum pelagus *Dom. de Luc. ad Franch. obs.118. num.3. & melior.280. ad Reg. de Marin. in fin. Novar. par.2. q.45. num.7.,* quem citat, & sequitur *de Marin. ad Revert. dec.386. num.3.* licet ibi loquatur *de Pragm. 20. de Baron. prohibente, ne vassalli fidejubeant, pro*

Baro-

Barone, & de alia prohibente, ne gabellæ, aut defensæ conducantur per Baronem, quod procedit etiam in Affictatore; & hæc est vera opinio, quicquid ab istis dissentiat idem *de Marin.lib.1.resol.280.n.3.*

4 Et an dispositio dicti *Cap. Ladislai* habeat locum etiam in testamentis, & codicillis, late discutitur a *Reg. de Marin.lib.1.resol.280.* qui relatis hinc inde opin.concludit, ut testamentum factum a Barone manu Notarii vassalli subsistat, & non sit comprehensum sub dicto statuto, quia ibi cessat ratio timoris, cum in eo interesse aliquod ipsius Baronis considerari non possit, ex quo illud non scribitur, nisi ejusdem testatoris voluntas post mortem adimplenda.

Et in hunc sensum dicit esse intelligendum *Annam in addit. ad Patrem sing.244.* & probat contra *Ricc. collect.614. & 2739. & Novar. qu.156.lib.1. Amendol. & Viscon. ad Franch.dec.118. Capibl. de Baron.pragm.2. num.221. Gallup.par.2.c.22.num.11. Thor.compend.decis.verb. Instrumenta confecta fol.272. & verb. Testamentum*, & alios.

Qui parum degustato articulo constituerunt se super humeros *Fabii de Anna*, quos perfunctorie, & absque ratione locutos esse, dixit dictus *de Marin. ubi supr.* & dictus *Petr.Rit.166.n.28.*

Testamentum vero factum ab alio ad beneficium Baronis per Notarium, qui est subditus dicto Baroni, vel nativitate, vel habitatione, ex quo in eo tangitur interesse Baronis, & militat ratio timoris, & subornationis considerata per *Ladislaum* tunc nullo modo subsistit, quia esset factum contra expressum casum dicti *c. Ladislai*, in quo generaliter prohibetur, ne recipiantur scripturæ per Notarium vassallum confectæ, in quibus tangitur interesse Baronis, ibi:

Quatenus ex nunc in antea hujusmodi instrumenta, scripturas, & contractus publicos in judiciis, vel extra judicia non recipiant, audiant, vel admittant, & hanc distinctionem approbat *D.R.Petr.in rit.166.n.28.* Et decisum refert in testamento q. Portiæ de Castillis ad beneficium Fabritii Carrafæ Baronis Rosseti, stipulato manu Notarii incolæ in dicta Terra, esse dictum testamentum nullum, factum contra casum dicti *c.Ladislai*, ut late *D.Reg.Petr.d.rit.176.supr.cit.num.29.*ubi plura, & pulchra, more suo.

Sed idem *de Marin. resol. 230. lib.2. num. 4.* refert tandem decretum contra Baronem Rosseti, fuisse latum in modum legis condendæ, reprobato prorsus *Anna*, & in consequentiam, reprobatis omnibus *Anna* sequacibus, & fuisse determinatum, ut dispositio dicti *c. Ladislai* procedat in testamentis, tam quando Baro instituitur hæres, quam cum ipse Baro testamentum suum confici mandat, & concludit, intellectus infirmitate laborare Doctorem illum, qui de cætero in hoc Regno huic sententiæ contradiceret:

Unde reprobata distinctione superius tradita, concludo, quod indistincte Notarius vassallus non potest facere testamentum, nec codicillos, aut aliam qualemcumque scripturam, tam si alius ad favorem Baronis, quam si ipse Baro in ultimis disponat.

Et ratio est evidens, nec diverso jure unum ab alio censeri potest, nam mens dictæ legis ea fuit, ne vassallus aliquo timore, vel odio, aut spe gratificandi, vel alliciendi Baronem ductus, de facile subornetur ad falsitatem, pro, vel contra Baronem.

Nec placet ratio ex contraria parte adducta, quod Baro in ultimis constitutus, verisimiliter de salute animæ cogitat, & agitur de interesse, quod post mortem successuros non ipsum Baronem tangit, quia si cessat suspicio, & timor Baronis morientis, non cessat suspicio, & timor Baronis succedentis, dum Baro moriens necessario disponit pro, vel contra Baronem supervenientem, sive successurum, vel alios de domo Baronis, & aspirantes in dicta successione, & successor gravatus in testamento, potest vassallum inducere ad falsitatem, ut ex late consideratis per *Marant. tom.3. resol.90. & de Luca melior.230. ad Reg. de Marin. n.7.*

Verum testamentum Baronis inter liberos substinetur, licet sit factum a Notario vassallo, secundum *Alderis. in addit. ad Barbat. de assist. qu. 13. num. 18.* ex *auth. quod sine C. de testament.* quem citat, & sequitur *D.Maradei ann.244. ad Pragm.1. de Notar. num.3.* De qua re adhuc dubito, dum non cessat suspicio odii, vel amoris Notarii, aut timoris, & falsitatis, attento interesse filiorum feudatarii, ex traditis per *Ant. Merenda controv.12.lib.24.n.11. & D.Altim. ad Rovit. cons.92. lib.1. n.117.* & eadem difficultas est in uxore Baronis, *Card. de Luca de feud. disc.20.*

Et legatum factum Baroni in testamento condito per Notarium vassallum, in quo hæres extraneus fuit institutus, substinetur, ut decisum refert *D.Maradei ad Pragm.1. de Not. ann.244.n.5.* post *Dom.Reg.Petra rit. 288. n.25. tom.4.*

5 Et quid in Barone habente tantum jurisdictionem criminalem, discutit *Novar.qu.156.num.2.* & concludit affirmative cum *Afflict. in Constit.Regni in locis domanii num.4.*

Sed *D.Reg.Petr.d.rit.166.num.23.* concludit contrarium, quia Baro crimin. dicitur quasi non Baro, dum non jurat fidelitatem, nec assecuratur a vassallis, minusque adjutoria consequitur, & est Dominus in potentia, si crimina fiant.

Sed Baronem civilem proprium esse Dominum Terræ, & Territorii.

At ego non recederem ab opinione *Novarii*, quia *Ladislaus* indistincte sancivit ad evitandas falsitates, quæ oriri possent ex dispotico, & diabolico dominio per Barones usurpato, & parum refert, quod Baro criminalis non jurat fidelitatem, nec exigit adjutoria, cum non sint hæc media, per quæ Notarius vassallus eximatur a metu Baronis criminalis, sed quia ubi vassallus non gratificatur Baroni, facilius pati poterit persecutionem a Barone criminali, quam a Barone civili, faciliusque imposturæ fieri possunt per Baronem criminalem, quam civilem, & sic majus periculum persecutionis timetur in caussis criminalibus, quam civilibus, maxime hodie, dum Barones usurpaverunt potestatem dispoticam, & absolutam super vassallos, & adagium est in ore omnium vassallorum, *tanto avemo, quanto Iddio ci manda, ed il Barone ci lascia.*

Alia de Notariis, vide quæ diximus in *1. part. tit.6. cap.6.*

Et quia dispositio *c. Regis Ladislai* fundatur in præsumptione falsitatis, quæ faciliter committi potest per vassallum; ideo in judicio ordinario poterit probationes de veritate contentorum in instrumento producere ad finem obtinendi, quia contra dictam præsumptionem datur probatio in contrarium, *Reg. Marcian. disput.24. num. 32. Cardin. de Luc. de feud. disc.29.n.7.* citati a *D.Marad.cap.4.n.200.*

De quo dicto satis dubito, dum *Ladislaus* annullavit non solum instrumentum, sed omnes scripturas, & contractus, ut latius dicam in *Tit.seq. de oblig. penes acta cap.1.*

6 His omnibus sic enucleatis, restat dicendum, qua Praxi uti possimus ad impediendam liquidationem instrumenti confecti per Notarium vassallum, vel executionem obligationis penes acta per vassallum stipulatæ, tradit Dominus Regens nunquam satis laudatus *D. Carol. Petr. in d. rit. 166. num.32.* ut citatus præsentet in Curia pro Tribunali sedente fidem baptismatis, & Universitatis, ex qua plene probatur, Notarium esse vassallum, vel incolam Baronis, & per hanc promptuariam probationem impeditur liquidatio, quia obstat exceptio *d. c. Ladislai*, *Mascard. concl. 1087. num.7. Genua de script. privat. lib.5. qu.2. tit.*

*de libris plebanor. sive Curati, verf. & ut paucis, Capyc. Latr. dec.*166. *num.*35. *tom.*2. relati per ipsum *Petr.*

Cui ego addo, quod si ex lectura instrumenti ipsemet Notarius asseruerit se esse de vassallagio illius Baronis, Judex non debet expedire citationem super tenore, sed ex officio repellere agentem, alias expedita citatio erit nulla, nec tali casu opus erit extrinseca alia probatio.

Sed pulchrum, & novum est perquirere, an hæc probatio, quod Notarius sit vassallus, vel incola, possit probari per testes, sicuti probatur solutio allegata, juxta *rit.*175. & videtur negandum ex *dec.* tradita per Dominum *Reg. Petr. in d. rit.*175. *in fin.* ubi decisum refert, testes posse recipi super satisfactione tantum, Curia pro Tribunali sedente extra carceres, sed non super aliis exceptionibus, ne aperiatur via calumniis, & quia opponens satisfactionem, non impugnat, sed approbat instrumentum; sed opponens alias exceptiones, impugnat instrumentum, & uti perjurus extra carceres non auditur.

Debet itaque constitui in vinculis, & dato termino probare per testes fuisse Notarium vassallum ex origine, vel domicilio, quia statutum prohibens posse opponi exceptiones contra instrumentum publicum, non tollit exceptionem, quod illud non est instrumentum publicum, & consequenter potest opponi contra solemnitates instrumenti.

Et ratio hujus rationis est, quia exceptio nullitatis ex *c. Regis Ladislai* negat instrumentum adesse, & sic negatur actus gestus; & non entis nullæ sunt partes, ut colligitur ex traditis per *D. Altim. rubr.*6.*qu.*6.*n.*5. & 2. cum *Bart. in l.*1. *§. & parvi num.*3. *ff. quod vi, aut clam, Ant. de Canar. de exec. instr. quæst.*11.*nu.*22. *Crass. except.*19.

7 Ita pariter instrumentum confectum a Notario creato ab Imperatore, vel ab alio quocumque Monarcha, vel Respublica, quia hoc Regnum est liberum ab omni alia potestate; Ideo si non est Regia auctoritate creatus, non potest contractum aliquem facere in Regno, etiam cum Judice, & testibus; *Lagan. ad Rovit. Pragm.* 1. *de Notariis num.* 7. Prout quando instrumentum, licet factum per Notarium Regium, fuisset tamen factum extra territorium, & jurisdictionem nostri Invictissimi Regis, qui eum creavit, non valet uti publicum instrumentum, sed ut scriptura privata facta per personam privatam in illo territorio potestate carentem, *de Crassis except.*2.*num.*11.

8 Et si Notarius Regius fiat Clericus, neque potest instrumentum conficere, idem *Laganar. ad Rovit. in dict. Pragm.*1. *de Notar. num.*1.

Verum potest instrumenta per ipsum confecta ante Clericatum reassumere post Clericatum, secundum *Minad. in constit. In aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum num.* 50. ubi dicit, quod Notarius electus Doctor, vel Episcopus, non desinit esse Notarius, & quod ipse vidit instrumenta reassumpta per Episcopum Neritoni, vulgo Nardò; sed hoc intellige, quando ipse Doctor, vel Episcopus sponte vellet reassumptionem facere, dum invitus adstringi non potest in exercitio Notariatus, postquam in dignitate constitutus fuerit, *Laganar. ibid.* ex *Isernia*, & ex *d. Minad.*

9 Etsi instrumentum esset confectum a Notario Regio excommunicato, non potest præsentari ad formam *Rit.* 166. Immo est invalidum, *Borrell. tit.*18. *de fide instrum. in summa decision.* 296. *tom.*2. ex *tex. in c. nullus* 3. *q.*4. Limitatur, quando Notarius sit toleratus, vel saltem a contrahentibus nesciatur illius excommunicatio, *Rovit. Pragm.*1. *de Notar.*

Ita pariter, quando instrumentum sit confectum per Notarium suspensum, vel condemnatum in contumaciam pœna falsi, *Merend. controv.*12.*n.*57.*lib.*24.

Instrumentum vero confectum ab eo, qui non erat Notarius Regius, communiter tamen habebatur pro Notario, validum est, & præsentari potest ad formam *Rit.* per *text. in l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.* Dummodo a dicto Notario putativo sint confecta instrumenta semper vera, & fideliter, secus si fuissent plura instrumenta falsa conscripta, *de Franc. dec.*444.

Ampliatur dictus *Text. in l. Barbarius*, ut habeat locum, etiam ubi Notarius habuerit privilegium verum, non tamen in forma valida, aut non registratum, vel non munitum sigillo Regiæ Cancellariæ, juxta *Pragm.*5. & 6. *hoc tit.* tunc, putans esse validum privilegium, si conficit instrumenta, certe valent, *Lagan. ubi supr.* & rationem assignat, quia hodie Notarii non matriculantur, nec appenditur privilegium in valvis eorum Curiarum, ut olim; punitur tamen Notarius pœna *d. Prag.*5. & 6. *de Notar.*

Prout Notarius exercens cum privilegio falso non solum punitur pœna falsi, quæ est pœna mortis naturalis, sed tali casu instrumenta non subsistunt, *Lagan. ubi supr. ad verf. lib.*2.*n.*3.

C A P. IV.

De quarto Requisito, ut summa excedat unciam.

S U M M A R I U M.

INstrumentum *summæ ducatorum sex, vel infra præsentari non potest ad formam* Ritus, num. 1.

Uncia auri liquidatur juxta valorem tempore Imper. Justiniani *ad rationem ducat. sex, licet postea sit auctus valor*, num. 2.

Instrumentum infra unciam liquidatur viva voce sine scriptis, & traditur praxis, num. 3.

Convictus, & confessus ad appellandum non admittitur, num. 4.

Debitor quando detinetur de persona, num. 5.

Stylus præsentandi infra unciam, ubi esset, servari deberet, num. 6.

Dom. Marad. sing. 71. *declaratur*, num. 7.

Stylus Curiarum inferiorum quando valeat, num. 8.

1 QUartum Requisitum, ut instrumentum sit ultra unciam, idest ultra sex aureos, non infra unciam, quod ad formam *Ritus* præsentari non potest, ut statuitur in *Rit.*187. ubi *Caravit.* & *Gravin.p.*3.*dec.*4. *Prac. par.*15. *in princ. Robert. cons.*2.*num.*4. *Carrab. sing.*109. & 112.

Declara, quod si contineat unciam justam, non plus, nec minus, non potest liquidari, ex traditis per *Præsid. de Franchis dec.*703. & verba *Ritus* 187. sunt clara, ibi: *Unius unciæ inclusive.*

Item, quando quantitas infra unciam esset ex residuo majoris quantitatis, tunc posset pro dicto residuo liquidari, non obstante, quod sit minus uncia, *Carav. in d. rit. in princ. Borrell. ubi supr. n.*74.

2 Uncia auri, licet secundum valorem hujus nostræ ætatis valeat ducatis duodecim circiter; tamen liquidatur juxta valorem tempore *Justiniani Imperatoris*, ut sit ad rationem aureorum sex pro uncia, & ducatorum 72. pro libra, ut latius diximus in primo Requisito, ex *Dom. de Luc. ad Franch. dec.*318.

Verum si liquidatur pro ducatis sex, vel minori etiam summa, in parte tamen crediti majoris, sive ex residuo majoris summæ; tunc procedit liquidatio, ut ibidem, ex *Galter. in* 2.*p. secunda part. Rubr. adversus ad debita, fol.*21.*n.*37. *Caravit. rit.*187. *in princip.*

3 Infra enim unciam Judex summarie facit vocare debitorem, & ipsum interrogat, an solverit debitum, & si confitetur se debitorem, facit præceptum de solvendo,

vendo, & sic sine scriptis expeditur, *Carav. d. rit. 187. num. 3.*, nec appellatio admittitur, ut per *rit. 256. & 187.* tradit *Galter. ubi sup.* ubi ita quoque servari dicit in Curia Archiepiscopali Neapolitana per *Rit. d. Cur. 25.*

4 Et ratio assignatur a Domino *Reg. Petr. dict. Rit. 187. num. 4. fol. 165.*, quod stante instrumento liquido, debitor convictus, & proprio ore confessus, ad appellandum non admittitur, & potest addi alia ratio, quia per *rit. 257.* non admittitur appellatio infra summam duarum unciarum, ut in *Præludio num. 5.* diximus latius.

5 Quod præceptum de solvendo fit infra certos dies secundum qualitatem personarum, & quantitatem debiti, quando est possidens, & non suspectus de fuga, & auditur extra carceres; alias, vel cavet de solvendo, vel detinetur in defectum fidejussoris, ut clare *d. Rit. 187.* disponit, *Caravit. ibi num. 4.*

6 Verum licet stylus alicujus Curiæ esset in contrarium; nempe ut possit præsentari etiam infra unciam, tunc dictus *Ritus* esset servandus, ex rationibus ponderatis per *Frecc. part. 15.* qui sic decisum in S. C. refert, & sequitur *Galter. ubi sup. Borrell. in summa decis. tit. 19. de instrum. liquidat. num. 71.*

7 Et licet hæc conclusio impugnetur a *D. Marad. ad Sing. 71.* cujus scripta sunt aureis litteris cudenda, & ab omnibus semper præ manibus sunt habenda, tamen hac vice cum suo dicto non concurro, quia doctrina *Caravit. in rit. 160. num. 6. per eum allegata* loquitur, quod non omnis stylus Supremi Trib. sit amplectendus per Curias inferiores, quæ tanta potestate non præfulgent, multa enim sunt permissa Supremis Tribunalibus, quæ inferioribus sunt denegata; Quod verum est quoad litis decisionem.

8 Nemo enim dubitat, quin ad litis ordinationem unaquæque Curia, quantumvis inferior sit, suos habet *Ritus* diversos, & stylus cujusque Curiæ est servandus, *Troysint rit. 1. post Affl. in const. Nihil, Bart. in l. Jurisperitos in fin. ff. de execut. tutor.*

Alias frustratoria esset quæstio inter *Doctores*, an Judex appellationis debeat servare Ritus Curiæ a quo, vel Ritus Curiæ ad quem, ut *glos. & Doctores in c. licet Canon. de elect. in 6. & in l. sancimus, C. de Sacros. Eccl.*

Et idem *Caravit. rit. 1. num. 23.* concludit, quod licet non valeat stylus contra jus commune, si est Curiæ inferioris; tamen valet etiam contra jus, ubi stylus Curiæ inferioris esset præscriptus, seu consuetudine firmatus, quia valet, ut consuetudo, per *tex. in cap. fin. de consuet.*

C A P. V.

De quinto Requisito Guarantigiæ.

S V M M A R I V M.

Instrumentum, in quo non legitur, fuisse appositum juramentum, vel pœna, liquidari non potest criminaliter ad formam Ritus, num. 1.

Pactum, ut liquidetur instrumentum juxta Ritum *M. C. V. non est necessarium in Regno, quin sine dicto pacto liquidari potest vigore* Ritus, num. 2.

Guarantigia quid sit, ex quibus verbis oriatur in Regno? cum brevitate, & clarius dilucidatur, num. 3.

Clausulæ omnes de stylo censentur apposita in instrumento, licet sint omissæ a Notario, secus juramentum, & pœna, quæ si omittantur, non censentur apposita, num. 4.

Notarius pœna falsi punitur, si omiserit solemnitates a jure communi, vel municipali requisitas, num. 5.

1 Quintum Requisitum, ut in instrumento adsit, vel juramentum, vel pœna, vel utrumque, vel alterum eorum.

Amplia, vel potius declara.

Quod *Ritus 166.* dat exequutionem paratam instrumento, si contineat juramentum, vel pœnam, adeo quod adhuc si in instrumento non adsit pactum, ut possit liquidari, sine dicto pacto liquidatur, *de Franch. dec. 366. Prat. lib. 1. discept. 15. num. 60. Dam. tom. 3. de liquid. instrum. part. 3.* rejecto *Thor.* cui respondet *de Luca ad Franch. d. dec. 366. num. 5.*

2 Quia in Regno instrumentum habet executionem paratam etiam sine dicto pacto, ex *d. Rit. 166.* ex verbis *d. Ritus*, ibi: *Si instrumentis continentur pœna pecuniaria, vel juramentum, vel alterum eorundem, statim incarcerantur.* Ita *Merl. cent. 2. contr. 2. nu. 5.*

3 Et licet vera guarantigia oriatur ex præcepto, quod fit per Notarium partibus contrahentibus, & voluntarie ipsi Notario, & Judici chartulario in eadem Curia se submittentibus de observando omnia contenta in ipso instrumento. Quod præceptum in Regno Neapolitano nunquam videtur appositum in instrumentis, ut advertit post *Carleval. de judic. tit. 3. disput. 6. n. 7. tom. 2. Dom. Maradei in sua prax. cap. 1. num. 5.* ubi latissime de dicta Guarantigia loquitur; tamen ex verbis dicti *Ritus* in vim guarantigiæ, sive præcepti de observando Notarii apponunt in fine cujuslibet instrumenti illam clausulam: *Pro quibus omnibus observandis dictus T. de T. obligavit dicto T. de T. præsenti &c. se, suos hæredes &c. bona omnia &c. sub pœna, & ad pœnam dupli &c. & juravit &c.* Quæ verba important vim dicti præcepti de observando sub pœna, & juramento omnia contenta in instrumento, & debitor confitetur debitum in Curia coram Judice, & Notario, & in eorum manibus juravit solvere sub pœna, *De Luc. ad Franch. observ. 366. num. 5.* post *Galter. in 1. prima pars. Rubr. jurat creditor n. 8.*

Et quod ex promissione facta cum pœna, vel juramento oritur guarantigia in instrumento, & ejus parata exequutio indubitanter in Regno, per dispositionem dicti *Ritus 166.*, testatur *D. Consil. Roccus lib. 2. respons. 9. num. 11.*

Quo fit, ut non sit necessaria illa submissio, quam faciunt contrahentes *Ritui*, sed ea fit pro majori cautela. Si itaque in instrumento non adest pactum liquidandi juxta *Ritum M. C. V.* adhuc liquidari potest, ita *de Franch. decis. 366. num. 15.* ubi rationem assignat, quia isti *Ritus* sunt jus commune in Regno, & propterea non est necessarium in Regno pactum, ut juxta *Ritus* prædictos præsentetur instrumentum, quia absque pacto adest dictum jus, *de Luc. ad Franch. d. decis. 366. num. 5.* ubi non obstare dixit decisionem contrariam traditam a *Thor. verb. liquidari instrumentum an possit*, quia retulit pendere reclamationem, & hanc opinionem *de Franch.* sequitur *Pratus lib. 1. disput. 15. num. 60.*

4 Et in ore omnium est, quod dummodo adsit pœna, vel juramentum, cæteræ clausulæ, quæ de natura contractus, de stylo Notariorum apponi consueverunt, si Notarius omiserit apponere, non per hoc instrumentum vitiatur, per *Text. in cap. cum in Ferrariensi extra de constit.* ibi: *Vel fuerit, vel esse debuerit, (sicut consuevit) expressum*, ubi communiter *Doctores.*

Tamen juramentum, & pœna non præsumuntur, nisi probentur, *Galter. in d. rubric. in publ. forma sumptum num. 52.* post *Affl. in Const. Bajulorum num. 16. & Robert. consid. 2. num. 2.*

5 Et ubi Notarius omiserit solemnitates a jure communi, vel municipali requisitas in instrumento, punitur pœna falsi, *Alex. in l. jubemus num. 6. de testam. Mari nd Gram. decis. 27. num. 25. Latr. consult. 160. n. 31. lib. 1.* relati a Domino *Reg. Petra rit. 166. n. 65.*

CAP. VI.

De sexto Requisito liquiditatis.

S U M M A R I U M.

Debitum debet esse liquidum, certum, & non conditionale, alias liquidari non potest, num. 1.

Pactum non valet, quod pro liquido præsentari possit instrumentum, quod de per se liquidum non est, num. 2.

Instrumentum liquidum quid sit, & quid illiquidum? & cognoscitur pluribus modis ibi narratis, num. 3.

Illiquiditas ratione conditionis exemplificatur in promissione dotis, quæ intelligitur conditionaliter promissa, si sequatur matrimonium, num. 4.

Cautela pro liquidando instrumento dotis, num. 5.

Cautela pro liquidando instrumento dotis restituendæ post solutum matrimonium, num. 6.

Liquidatio instrumenti potest fieri per omne genus probationis, num. 7.

Et partita Banci debet præsentari cum instrumento, quando per Bancum fuerit solutum.

Rasura, vel cancellatura, an & quando impedit liquidationem instrumenti, num. 8.

Instrumentum scriptum litteris, quæ intelligi non possunt, vel scriptum partim latino, & partim vulgari sermone, an, & quando impedit liquidationem, n. 9.

Pacta ultro, citroque obligatoria reddant instrumentum illiquidum, num. 10.

Exceptio rei venditæ non liberæ, &

Exceptio quanto minoris, vel ex capite evictionis imminentis quomodo differant inter se, & quando impediunt liquidationem, num. 11.

Instrumentum venditionis feudi absque Regio Assensu præsentari non potest via Ritus, secus instrumentum venditionis census super fructibus feudi, num. 12.

Conditio etiam quod sit adimpleta, impedit liquidationem, nisi constet de adimplemento, vel per scripturam publicam, vel per testes citata parte receptos, num. 13.

Instrumentum debiti sine causa executionem paratam non habet, rejecto Galterio, *& aliis; Secus vero obligatio penes acta, quæ valore judicialis confessionis valet, etiam quod causa debiti non sit expressa*, num. 14.

Census constitutus ex debito antecedenti non valet, nisi constet de dicto debito, num. 15.

Debitum non dicitur liquidum, quando in loco destinatæ solutionis non habitat debitor, nec creditor, & traditur cautela, & praxis liquidandi, num. 16.

Debitor quando habitat in loco destinatæ solutionis, & creditor non, quæ cautela sit adhibenda, ut dicatur liquidum instrumentum, & præsentari possit ad formam Rit. 166. num. 17.

Instrumentum stipulatum extra Regnum non potest in Regno habere executionem, nisi adsit in calce instrumenti legalitas, sive littera testimoniales, & sit impetrata Regia licentia, num. 18.

Liquidum non retardatur per illiquidum, nec per depositum, neque per fidejussorem de solvendo, nec per exceptiones, quæ incontinenti non liquidantur, num. 19.

Liquidum si conjungatur cum illiquido, exemplificatur, & dilucidatur praxis, num. 20.

Debitum frumenti ad communem vocem, quomodo liquidatur, num. 21.

Alternativa promissio de solvendo in contantis, vel assignare nomen debitoris, vel dare fidejussorem, quando electio erit creditoris, & quando debitoris? num. 22.

Debitum frumenti, vini &c. aut alterius rei, quæ portari commode non poterit ad Curiam, quomodo citatus paratus solvere impediet liquidationem, num. 23.

1 SExtum Requisitum, ut debitum sit liquidum, & purum, idest, ut sit debitum certum, clarum, ac non conditionale, *Galter. de oblig. Camer. par. 3. c. de liqu. num. 1. Carrab. sing. 115.*

Immo non solum debet esse certa quantitas, sed certum pretium, *Carrab. ubi supr. ex decis. de Franch. num. 292.* & nos dicemus infra de illiquiditate instrumenti.

2 Amplia, quod nec per pactum potest conveniri, ut instrumentum pro liquido præsentari possit, quia vana efficitur dicta Notariorum clausula, ubi de per se instrumentum liquidum non est, *Galter. in 2. partis 1. rubr. advertat ad debita num. 2. fol. 97. Frecc. p. 8. q. 3. Dominus Consil. Petr. rit. 166. num. 63.* ubi alios citat.

3 Instrumentum liquidum illud dicitur, cum nullæ indiget probatione extrinseca facienda ad illud liquidandum, *Carav. rit. 167. num. 14. D. Petr. ibid. n. 9. fol. 163. tom. 2.*

Illiquidum è converso est, quod indiget extrinseca probatione, tamen sublata illiquiditate per alterum instrumentum, vel aliam sufficientem probationem potest quoque præsentari, per *Auctores ubi supr.* & nos latius infra.

Impurum, & illiquidum dicitur, & cognoscitur pluribus modis.

Vel ratione conditionis, ut quando est sub certæ conditione.

Vel certa die non adhuc adventa, debitor sit obligatus.

Vel ratione ipsius instrumenti, quod se ad aliud referat.

Vel quia rasum, & cancellatum.

Vel litteræ inlegibiles sint.

Vel si esset partim vulgari, & partim latino sermone, *Petr. d. rit. 166. num. 62. ex Amanell. sing. 54.*

Vel ratione pactorum, ut quando ultro, citroque est pactionatum.

Ut quando per creditorem fuisset promissum aliquod fieri, aut dari suo debitori tempore solutionis promissæ per debitorem.

Vel ratione personæ, ut quando quis est hæres creditoris, sed non habet præambulum.

Vel quando licet creditor principalis sit vivus, tamen non fuit cum eo celebratus de facie ad faciem contractus, sed mediante Procuratore, vel Notario, aut alio ejus nomine fuit stipulatus.

Vel quando est cessionarius, & similis, qui non contraxit de facie ad faciem.

Vel ratione ipsius debiti, ut si quis sine caussa appareat obligatus.

Vel ratione loci, ut quando quis apparet obligatus solvere in aliquo loco, ubi non moratur, nec domicilium habet debitor, nec creditor.

Vel quando instrumentum fuit stipulatum in locis extra nostrum Regnum.

Vel quando creditor præsentat instrumentum in foro ipsius creditoris, vel in alio foro, extra forum debitoris.

4 Illiquiditas ratione conditionis exemplificari potest in debito dotis, quia dos intelligitur promissa conditionaliter in capit. matrimon., si sequatur matrimonium; quo fit, ut liquidatio instrumenti dotis promissæ liquidari non possit, nisi prius constet de matrimonio secuto per confessionem partis, vel per fidem Parochi, quia secuta affida, tunc intelligitur purificata dicta conditio.

5 Ideo optima cautela est ad evadendas difficultates, ut actus affidæ, sive ingaudationis sit reassumptus, & præsentetur insimul cum instrumento dotis, *Novar. par. 2. q. for. 30. num. 3.*, ubi allegat *Vin. dec. 39. Thesaur. dec. 26. num. 3.* & idem *Novar. qu. for. 44. in fin.* ubi allegat *de Franch. dec. 366.* & alios. & *de Luca* ubi rejicit *Carav. in rit. 167. num. 29.* dicentem, unum instrumentum non posse liquidari, nisi per aliud instrumentum

tum quoque liquidum; Bene verum dictus *de Luca* dicit, fidem Parochi non sufficere, nisi sit de partita libri matrimonii integre extracta, subscripta a Parocho cum legalitate Notarii, ita quoque *Caval.dec.*444. *Gratian.discept.*653 *Thor.vot.*4.*num.*21. & in citatione debet fieri mentio de fide producta, *de Luca ibid. Galt. rubr. advertat ad debita num.*7. dicit posse liquidari etiam præcedente summaria informatione ante citationem, quod matrimonium sit contractum per verba de præsenti, & tales se habent uti conjuges.

Sed *Amendol. in d. dec. de Franch.* 366. *num.* 2. tradit cautelam, ut facta affida, fiat instrumentum mutui ex resta dotium eodem die, quo fit instrumentum receptionis aliarum dotium, & sic vidi servari in tota Provincia Salerni, & sic tradunt *Capyc. dec.*283. *Ursill. ad Afflict. dec.*323. *num.*1. *Latr. dec.*38. *num.*30.*lib.*1. *Dana.tom.*3.*de pugn.DD. c.*2.*de instrumentor.liquidat.* & ita est intelligendus Dominus *Reg. Petr.rit.*166.*n.*66. licet ibi dicat eodem die, quo fit promissio dotis, ubi debuit dicere eodem die, quo fit receptio, sive quietatio dotis receptæ; sed ibi est error Torcularii, nec aliter est credendum de tanto viro, quia tempore promissionis dotis non est secuta affida, & instrumentum mutui laboraret eodem defectu illiquiditatis, & conditionis matrimonii sequendi.

6 Adverte etiam, quod liquidatio instrumenti pro restitutione dotis ob dissolutum matrimonium per mortem mulieris, licet *Caravit.rit.*167.*num.*5. *& Tartagl. in prax. cap.*1. *num.*37. dicant non posse fieri, quia non videtur liquidum, sed conditionatum, quod restitutio non sit facienda, nisi sequuta conditione dissolutionis matrimonii; Tamen *Novar. p.*2. *q. for.*42. dat cautelam, quod prævia informatione capta de morte uxoris, possit tunc liquidari instrumentum, & sic pluries decisum refert, & allegat *Petr. ad Gram. dec.*54. *num.*7.*Galt. de liquidat.instrum.*2.*par.*2.*rubr.advertat ad debita n.*9. *&* 12.

Et liquidatio instrumenti dotalis soluto matrimonio constito de morte viri, potest liquidari contra fidejussorem viri, tradit *D. Reg. Petr. rit.*166. *num.*67. *fol.*78. & ita practicasse *Petr. Jann. Avum ad Gramat. ubi sup. dec.*58. *& ad Capyc.dec.*171.

7 Et generaliter ubicumque opus est aliqua probatione, ut in casu instrumenti dotis, prout supra dictum est, & in omni simili casu liquidatio instrumenti potest fieri per omne genus probationis, nempe per testes, per fides Parochi, & similia, *Gaitas in tract. de credito cap.*3.*tit.*1.*Viscont. in conclus.verbo Instrumentum Novar. p.*2.*q.for.*44.

Et ita quoque intelligendus est, quando instrumentum ad aliud refertur, non potest liquidari, nisi cum instrumento præsentetur illud aliud instrumentum, ad quod se refert, & ubi pecunia fuerit soluta per Bancum, non potest liquidari sine partita Banci; ex qua constet Bancum solvisse, *Dom.Scop.ad Nicol.num.*100. *fol.*88.

8 Illiquiditas, quæ oritur ex rasura, vel cancellatura apparente in instrumento, tunc impedit liquidationem, quando est in loco substantiali, & suspecto, in quo vertitur dubitatio, & quando in alia parte instrumenti illa rasura non comprehenderetur, alias secus, vel ubi ex præcedentibus, & subsequentibus veritas colligi possit, tunc non nocet illa rasura, vel cancellatio, vel quando Notarius in authentica testaretur id ex errore evenisse, ut late *Galt. in* 2.*primæ part. n.*60. *fol.*88. *Petra rit.*166.*n.*62.

9 Illiquiditas quoque ratione litterarum, quæ intelligi non possunt, impedit liquidationem, quia facti series scribi debet communibus litteris intelligibilibus, & non per cifras, aut signa, ut in Constitutione Regni, *Consuetudinem quam, Galter. in* 1. *prima part. n.* 32. ubi tamen concludit, quod abbreviaturæ, quæ possunt legi, non vitiant instrumentum, *Petr. ubi sup.* qui etiam dicit, quod si instrumentum esset partim latino, & partim vulgari sermone liquidari non posset, ex doctrina *Amanell. sing.*54.

Hanc tamen conclusionem ego intelligo in casu, quo permutatione sermonis offuscaretur sensus instrumenti, alias secus.

10 Illiquiditas ratione pactorum exemplificatur, quando instrumentum continet plura capita ultro, citroque obligatoria; ut si quis vendit rem pro libera, quæ postea reperitur hypothecis obnoxia, non poterit instrumentum liquidare contra emptorem pro pretio, nisi
prius adimpleverit ex parte sua rem liberando. Quia
11 exceptio rei non liberæ uti deducta ex natura contractus venditionis opponi potest a debitore ad impediendam instrumenti liquidationem, & sic potest opponi, quia est obligata pro dote uxoris, aut quia est obligata aliis creditoribus, *D.Reg.Petra rit.*166.*fol.*29. *n.*71. ex *Riccio dec.*105. *p.*1. *Staiban.cent.*2. *resol.*184. *a n.*13. *& resol.*185. *&* 186. & alii ibi allegati.

Et differt hæc exceptio, quæ competit emptori, qui agit actione ex empto contra venditorem, ut rem venditam liberet, vel ut interesse, quanti minoris præstet, quia donec emptor non adimpleverit, impeditur ad liquidandum instrumentum.

Et differt exceptio, quæ competit emptori ex capite evictionis imminentis, etiam si producatur fides authentica litis motæ, quia tali casu venditor præstando fidejussorem de generali evictione potest incusare instrumentum, & non impeditur per dictam exceptionem.

Et assignatur ratio; quia actio de evictione non potest intentari, nisi secuta evictione, sed actio ex empto potest intentari, statim, quod apparet rem non esse liberam, *D.Reg. Petr.rit.*166. *n.*72.*fol.*30. *Hodiern. ad Surd.dec.*165.*n.*16. *&* 19 *Carav.dec.*96.*n.*6.

12 Instrumentum venditionis feudi, neque potest liquidari absque assensu, adeo quod in citatione, facienda est mentio de assensu, *Staiban. resol.*183. *n.*1.*cent.*2. *Pater Affl.resol.*13.*n.*30. *de Franch.decis.*623.*n.*5.

Sed *Moccia cap.*2. contrarium dicit ex *Carav. n.* 12. nempe quod sufficit in actu condemnationis, ut de ipso assensu constet, *D.Reg.Petr.rit.*166.*n.*81.*fol.*33.

Secus vero in instrumento venditionis census super fructibus feudi absque Regio assensu, quia tali casu negativa assensus probari debet per debitorem, & interim non impeditur liquidatio, *D.Reg.Petr.d.rit.*166. *n.*81.*fol.*33. ex *P.Affl.cap.*25.*a n.*42.

13 Illiquiditas ratione conditionis non adimpletæ, etiam post impletam impedit liquidationem, nisi pars fuerit notificata, cum receptione testium, deponentium conditionem esse purificatam, vel pactum promissum esse servatum, vel nisi constet per aliam scripturam publicam de dicto adimplemento, *Gallup.p.*1.*cap.*22. *n.*33. *Cavens.in prag. odia litium*, citati a *D. Reg. Petr. rit.*166.*n.*72.*fol.*29.

14 Illiquiditas ratione ipsius debiti, exemplificatur, ubi quis sine caussa appareat obligatus. Nam

Instrumentum ad hoc, ut habeat executionem paratam, requiritur, ut debiti caussa in eo exprimatur, nempe ex caussa mutui, vel societatis, &c. Nam confessio facta sine caussa non valet, & consequenter non potest ad formam Ritus præsentari, *de Mar. lib.*1.*resol.*73.*n.*3.*ex Barbos.in c. si caut.n.*3.*extra de fide instrum. Ranch.ad Gaid.Pap.dec.*176.*in fin.D.Reg.Petr. rit.*166. *num.*68.*fol.*28.

Et hæc est verior sententia, rejecta contraria relata per *Galterium in* 2. *primæ part. num.* 8. nempe, ut possit liquidari instrumentum, etiam non expressa causa mutui, venditionis, donationis, vel alterius causæ, & hoc vigore guarantigiæ in eo appositæ, quæ ratione juramenti, etiam sine causa valet, ex dictis

per

per *Bald. Alex. Bart. Gravin. Toller.* ibi allatos; Nam idem *Galt. in fin. d. num.*8. refert sententiam *Annæ in sing.*250., qui sentit primam opinionem veriorem, & cum d. *Anna* videtur residere dictus idem *Galter.* & est magis rationi consona.

Secus in obligatione facta penes acta, quæ sine expressione caussæ valet, valore judicialis confessionis, *Annib. Troys. rit.*228. *n.*6. *Petra rit.*166. *n.*70. & nos latius in *Tit. de oblig. penes acta*.

15 Et si annuus census fuerit constitutus ex debito antecedenti, non habet executionem paratam, nisi constet per aliam scripturam authenticam de dicto antecedenti debito, alias supponitur sine caussa constitutus, vel sub caussa colorata, *Petra rit.*20. *num.*15. & latius nos in *Tit. de via execut. vigore Reg. Pragm. de censibus*, ubi rejiciuntur contrarium tenentes.

16 Illiquiditas ratione loci potest exemplificari, quando quis apparet obligatus solvere in aliquo loco, ubi non moratur, nec domicilium habet debitor, nec creditor, nisi per aliam scripturam authenticam appareat, quod die solutionis creditor, vel Procurator fuit præsens, & paratus recipere solutionem in loco destinatæ solutionis, alias non diceretur liquidum debitum ad formam *Ritus*; Ideo cautelam tradunt *Doctores*, ut fiat actus protestationis, vel per actum publicum, vel per libellum in Curia v3.

In Curia T. Civitat. comparet T. creditor, dicens, mediante publico instrumento hodie præsentato se consequi debere a T. debitore ducatos tot solvi promissos hac die, qua supra, in hac Civitate loco destinatæ solutionis, pro quibus recipiendis huc se contulit paratus accipere solutionem; Et quia ignorat, an debitor venerit, instat propterea, ut dictus debitor per proclama perquiratur per totam hanc Civitatem, nobile in hoc officium implorando, & protestatur, quod per se non stetit, neque stat recipere debitum prædictum dicta statuta die in hoc prædicto loco destinatæ solutionis, & ita dicit, & instat de prædictis publicum fieri instrumentum pro sua cautela, & indemnitate, omni meliori modo, &c.

Die, &c.

Et per Curiam T. Civit. provisum, & decretum est, quod fiat petita perquisitio per unum ex servientibus dictæ Curiæ insolidum, & referatur in forma, & de omnibus fiat publicum instrumentum pro cautela comparentis; Ita per hoc suum, &c.

Juratus Curiæ postea se constituens coram Judice, vel Gubernatore dictæ Curiæ, & coram Notario, Judice ad contractus, & testibus, faciet relationem per actum publicum cum insertione dictæ petitionis, & decreti.

Et tempore liquidationis præsentabit creditor, non solum Instrumentum crediti, sed instrumentum dictæ perquisitionis, & sic erit liquidum debitum.

17 Sed si debitor habet domicilium in loco destinatæ solutionis, vel in dicto loco reperiatur; tunc non fit perquisitio per proclama, sed vel requiritur cum interventu Notarii, & Judicis ad Contractus, & testium, ut ante eos fiat actus publicus d. requisitionis, vel fiat coram duobus, vel tribus testibus, per quos testes deinde fiat actum publicum de requisitione prædicta. Vel fiat per juratum Curiæ de mandato Officialis mutatis mutandis, ut supra; & si hoc non fieret, non diceretur debitum in mora constituentis; & proinde non poterit instrumentum præsentari ad formam Ritus, sed ordinarie erit agendum.

Et ex hoc orta est praxis protestandi litteras cambii, ut suo loco dicemus.

Et omnia prædicta poterit creditor facere per se, vel per medium sui Procuratoris.

Imo poterit ante tempus requirere, ut solvat T. Procuratori commoranti in dicto loco adveniente die solutionis, ut late *Galt. in 2. primæ partis Rubr. advertat ad debita n.* 19.

Et e contra, si statuta die debitor ipse, vel ejus Procurator, aut alius internuncius accesserit ad locum destinatæ solutionis, & coram publicis personis protestatus fuerit se paratum solvere; tunc etiam non facto deposito, dicitur adimplevisse ex parte sua: itaut postea citatus super tenore instrumenti, præsentando actum dictæ protestationis, impedit liquidationem; cum contrariorum eadem sit disciplina, *Galt. ubi supra n.2.fol.*111.

Si vero neque creditor, neque debitor fuerit in loco, in pari culpa, melior conditio est Rei; Et propterea imputabitur creditori, cur statuta die, & statuto loco non accessit, & dum ex parte creditoris non adimplevit, non dicitur liquidum debitum, nec dicitur in mora fuisse debitor; & propterea liquidatio ad formam Ritus fieri non poterit, *Galt. in 2. primæ part. fol.*11. *n.*22.

Item ratione loci potest esse illiquiditas, quando creditor præsentat instrumentum in foro ipsius creditoris, quia obstat vulgata regula, *quod actor sequi debet forum Rei*.

18 Item ratione loci potest esse illiquiditas, quando Instrumentum fuit stipulatum in locis extra nostrum Regnum, quia non potest liquidari, nisi in calce dicti instrumenti fiat legalitas, sive litteræ testimoniales subsignatæ sigillo Officialis, vel Universitatis illius loci celebrati contractus; nempe instrumentum, quod incipit tali modo, & finit tali modo, est scriptum a Tali, qui est Notarius fidelis, legalis, & Imperiali authoritate, vel Regia, aut Apostolica publicus, cui, & ejus scripturis plena est adhibenda fides, *Galt. ubi supr.*

Et si dictæ litteræ testimoniales non essent in calce Instrumenti, tunc extrajudicialiter summarie per idoneos testes probari posset, quia non sufficerent dictæ testimoniales separatæ ab instrumento; Et sic constito de legalitate Notarii, & quod per dictum Notarium sit scriptum, poterit præsentari ad formam Ritus, alias non poterit, sed ordinarie erit agendum, *Galter. in 2. primæ partis, Rubr. advertat ad debita num.* 23. *fol.*113.

Verum adverte, quod omnes scripturæ alterius Regni non possunt in Regno nostro Neapolitano recipi apud acta, nisi obtenta prius Regia dispensatione, quod recipiantur, ut dixi in 1. *tom. tit.*1. *de Patent. Offic. cap.*12. *qu.*5. *n.*10. aliter incurritur in pœnam contraventionis, *Pragm.*5. *de citation.*

19 Liquidum non retardatur per illiquidum, neque per depositum, neque per fidejussionem de solvendo, neque per exceptiones, quæ incontinenti non liquidantur; sed debitor, ut evitet executionem, necessario debet solvere liquidum, & offerre partem illiquidam, alias molestiam executionis non evitabit pro quantitate liquida, quæ nulla ratione potest impediri; exemplum v3.

Si quis obligatur solvere centum cum interesse, quod liquidum non est, vel adversus quantitatem liquidam debitam objiciatur exceptio compensationis quantitatis illiquidæ, aut similis; tunc non expectata liquidatione partis illiquidæ, creditor potest prosequi executionem pro liquido, ita *Carleval. lib.*1. *tit.*3. *disp.*15. *num.*2.

20 Liquidum si conjungatur cum illiquido, itaut tota summa reddatur illiquida; tunc impeditur executio liquidi, donec illiquidum liquidetur; exemplum est v3. Capitale quamvis sit liquidum tempore initæ societatis, tempore tamen finitæ non est liquidum, cum certo sciri non possit ante calculatas rationes, an fuerit diminutum, *l. Mutius* 30. *ff. pro soc.*; Ergo pro illa non conceditur executio, utpote pro quantitate illiquida, quæ incontinenti liquidari non possit, cum li-

quida-

quidatio pendeat a calculo, cujus discussio longa est, & ambagibus involuta.

Et hoc ampliatur, etiamsi negotiatio sit talis, quæ præsumatur lucrosa, & capitale societatis salvum; Nam non sat est ista præsumptio, ut possit fieri executio, cum contra illam, possit ex calculo constare contrarium.

Secus pro quantitate certe debita, & liquida, & de qua non per præsumptionem, sed per instrumentum visibile, & legibile constet; nam tunc debet fieri executio, cum liquidum per illiquidum non impediatur; ita *Carlev. lib. 1. tit. 3. disput. 8. num. 8. & 25. & disp. 15. num. 1. & 4.* ex *Text. in l. 3. & 4. C. de sent. l. si residuum, §. in fine, C. de distract. pign.* & magis specifice probatur ex *Tex. in l. pecuniam quam* 36. ubi *DD. ff. si cert. petatur, Milanens. dec. 1. num. 27. lib. 2. Intrigliol. lib. 2. sing. 50. n. 6.*

21 Et si centum duc. sint dati pro centum modiis frumenti cum promissione refusuræ juxta communem vocem in tali loco, & tempore; tunc obtenta scriptura authentica de communi voce offerre debet refusuram, & petere frumentum, alias obstabit *text. in l. Julianus, §. offerri, ff. de action. empti, Galter. ubi sup.*

Pecunia promissa pro tot modiis frumenti, quot capient ducati centum, prout communiter valebit tali tempore, tunc utrumque est in obligatione, & poterit creditor alterutrum petere, nummos scilicet, vel frumentum, & si petat pecuniam, poterit debitor frumentum consignare ante litem contestatam; at si petierit frumentum, non poterit via Ritus agere, nisi per publicam scripturam doceat, quanti communiter valet frumentum in loco, & tempore convento, *Galt. in 2. prim. par. fol. 107. n. 16. & 17.*

22 Hanc conclusionem declarat melius *D. Maradei in sua prax. cap. 4. num. 395. & 396.* ubi dicit, quando alternativa cadit inter duo promissa, quorum utrumque est in obligatione, tunc electio est debitoris, *l. plerumque in fine, ff. de jur. dot. c. in alternativis de Regul. juris in 6.*

Secus, ubi quis promisit certa die solvere, vel in contantis, vel assignare nomen debitoris, vel dare fidejussorem; nam adveniente die, cogitur præcise solvere in contantis, nec impedit liquidationem offerendò se paratum assignare nomen debitoris, vel dare fidejussorem; Quia unum est in obligatione, quod scilicet promisit solvere in contantis, aliud censetur adjunctum ad cautelam creditoris, & ad creditoris electionem, & *num.* 398. concludit, quod valoris probatio fieri debeat per summariam cognitionem parte citata, non autem per vivam vocem, ut male sentiit *Galterius*, de qua re latius *Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. a n. 912.*

Advertit tamen dictus *D. Maradei d. num. 399.* ne pronuncietur super liquidatione, sed praxis erit petendi executionem vigore instrumenti summæ, quamvis incertæ, & illiquidæ, oblata liquidatione in continenti, qua liquidatione facta, non fit decretum super illa, sed expediuntur litteræ executoriales pro quantitate, quam liquidam esse constat; Nam si fieret decretum super quantitate liquidanda, aperiretur via appellandi a dicta declaratione quantitatis; & cum articulus iste sit incidens in caussa executionis, sufficit, quod in executionis caussa constet; quæ praxis habetur ex *Carleval. de judic. tit. 3. disp. 3. n. 41.*

Sed an, & quando alternativa intelligatur ad favorem, & electionem debitoris, vel creditoris, non est nobis opus differere; sufficiant hæc pro praxi liquidandi, & qui id cupit scire, videat allegationem, & decisionem insertam ibidem per dictum *Dom. Maradei, & Afflict. & Ursill. dec. 397. & de Marin. lib. 1. resol. 297. & lib. 2. resol. 65. & de Luca ibi in melior.* ubi plura exemplificantur.

23 Et ubi debitum consistit in quantitate hordei, olei, frumenti, vini, & similium, non impeditur liquidatio, si debitor offerat consignare in promptu quantitatem debitam coram Officiali, sed debet instare, quod Actuarius cum duobus testibus accedat ad horreum, offerendo claves horrei, ubi facto accessu, si reperiatur quantitas debita, impeditur liquidatio instrumenti, vel accusatio obligationis liquidæ penes acta, & si obtulit pecuniam, ubi non est Bancum, deponitur penes Ærarium, vel tutum tertium, ita *Car. vit. rit. 169. num. 9. Carrab. sing. 208.*

Et licet *d. rit.* 169. dicat, quod debitor citatus debet venire sacculo parato ad impediendam liquidationem, & sic debet pecuniam, vel id, quod debet ad Curiam portare, tamen intelligitur civili modo circa ea, quæ portari non possunt, & si citatus in M. C. domicilium habet in Terra Provinciarum, sufficit præsentare fidem authenticam vini repositi penes Talem, &c. *Carav. ibid.*

C A P. VII.

De septimo Requisito termini annorum 20.

S U M M A R I U M.

Actio criminalis contra debitorem, non servantem juramentum in solvendo, vel aliud faciendo durat viginti annos, quo termino lapso non potest amplius criminaliter præsentari instrumentum via Ritus 166. *Ita statuitur in* Ritu sequenti 167. *& quomodo hoc intelligatur?* num. 1.

Instrumentum dotis est privilegiatum, ut possit criminaliter præsentari etiam post lapsos viginti annos, secundum Novar. Danza, Reg. Petra, & alios: *sed illis rejectis contrarium concluditur, &* Salyceti *doctrina declaratur,* num. 2.

Creditor dotis, nec jure communi, nec jure Regni habet privilegium criminaliter agendi contra dotantem, num. 3.

Instrumentum cujuscumque debiti quantumvis privilegiati non habet executionem paratam de jure communi.

Statuti regula cui prodest, eidem nocet exceptio ex illo statuto orta, nec potest quis uti statuti dispositione, ultra terminum in statuto præscriptum, num. 4.

Ritus M.C.V. 166. *est favorabilis, non odiosus,* num. 5.

Statutum non debet ampliari contra jus commune, sed restringi, quo minus jus commune lædar, num. 6.

Pactum in instrumento, ut possit liquidari, & criminaliter præsentari etiam post viginti annos, quandocumque valet, rejectis aliis contrarium sentientibus, num. 7.

Pacto fieri potest, quicquid per statutum valeret; Nam valet argumentum a pacto ad statutum, & è contra, num. 8.

1 SEptimum Requisitum, ut non sint transacti 20. anni. Nam ubi sunt elapsi viginti anni a die natæ actionis, idest a die, quo peti potuit debitum, non potest via Ritus instrumentum præsentari, ita statuit *Ritus sequens* 167. *De Franch. dec. 341. Gallup. p. 2. c. 7. num. 59.* Unde si ex die, quo venit dies solutionis, transacti fuerint 20. anni, & infra dictum terminum non fuerit petita liquidatio, non potest procedi ex dicto instrumento ad interrogationem, sed solum poterit procedi via civili executiva per præcepta de solvendo, quæ via durat 30. annis, ut in *Tit. de via execut.* dicemus.

2 Limitant *Doctores* in debito dotis, pro quo consequendo, potest etiam post viginti annos a die nativitatis actionis ad formam Ritus præsentari instrumentum,

tum, & liquidari, lapsu 20. annorum non obstante, ob privilegium dotis, ita *Galter. in 2. prim. partis rubr. advertat ad debita, &c. num.30. fol.118.* ubi allegat *Paul. Fusc. ad Frecc. par.10. qu.1. lit.B. Marsil. sing.442. Bald.Novell.in tract. de dote part.4. vers.novo limita, Camill. de Curtis 1. par. cap. declarat num.38. fol.70.* quos sequitur *Novar. par.2. q. for. 36. num.a.* & novissime in suo celeberrimo opere, *Danza de pugn. DD.tit.de instrum. cap.3.num.19. D.Reg.Petr.rit.167. num.16.*

Sed si mihi inter tot sapientissimos, quid sentiam in contrarium, dicendi venia concedatur, rudi quoquo modo potero, exponam.

Fundamentum enim hujus conclusionis fundat Axioma *Salyceti in l.fin. C.de jur. dotium*, dicentis in omni generali dispositione exceptas esse causas dotis.

At dictum Axioma esse erroneum, dicit *Curtius junior in l.Hæres absens in 4. dubio ff. de judic.* relatus a *Præsid. de Franch. dec.219. num.4. in fin.* & relatus ab eodem *Novar.*, qui sibi parum constans, in favorem dotis firmavit *qu. 36. par. 2.* per nos superius cit. sed contra dotem firmavit in *qu.156. par.1. num.9.*

Ea ratione, quia statuta generaliter loquentia, comprehendunt causam dotis, ut contra *Salycet.* firmat *Mart. dec.166.* ex *Decia in l.1. n.8. ff. de reg. jur.* & in aliis locis ibi relatis, & *Bald. in l.in fraudem, §.fin. ff.de militar. testam.*

Et alio modo potest quoque responderi ad doctrinam *Salyc. in d.l.fin.* qui loquitur, quando dos per prius esset privilegiata, & postea fieret statutum generale, ex quo auferretur illud privilegium dotis; tunc si de dote non fieret mentio specialis, non tolleretur privilegium illud per prius doti concessum; ita dicta *Salyc.* declarat idem *Decius in l. ex testamento in ultimo notabili, C.unde liberi*, & in aliis locis; quos congerit *Tiraquell.in tract.de retract.lignag.§.1.glos.14. num.103. vers.restat, fol.377.* quos citat, & sequitur *de Franch. d.decis.219. num.4.*

3 Et propterea licet esset vera regula *Salyc.*, non esset applicabilis casui, de quo agimus, dum instrumentum dotis de jure communi, & nullo alio jure cautum reperitur, ut habeat ejusmodi privilegium ad formam Ritus, imo contrarium reperitur in jure, quod instrumentum quantumvis privilegiatum non habet exequutionem paratam, ut late solertissimus Rituum enucleator Dominus *Reg. Petr. rit.166. num.9.*

Si itaque instrumentum dotis haberet paratam executionem de jure, & per statutum, sive per dictum nostrum Ritum restringeretur, ut infra terminum viginti annorum præscriberetur dicta parata executio, tunc juxta *Salyc.* sententiam ab ejusmodi restrictione excipitur causa dotis, quæ non comprehenderetur sub generalitate statuti prædicti.

At in casu Ritus nostri non restringit, quod causa dotis habet, sed ampliat, ut instrumenta, quæ de jure paratam non habent executionem, ex vi nostri Ritus, habeant paratam, imo subitaneam executionem, verum non ultra viginti annos. Quo fit, ut tam causa dotis, quam quævis majori privilegio esset, non posset paratam habere executionem, nisi infra tempus præfixum in eodem statuto, in quo conceditur dicta para-
4 ta executio. Et regula trita, quod *cui prodest regula statuti, nocet exceptio ex illo orta contra se.* Et cum per dictum *Ritum M.C.V.* sit inducta ad creditoris beneficium hujusmodi via exequendi contra liquidum debitorum, & per eundem Ritum sit orta dicta præscriptionis exceptio, æquum est, ut quicumque creditor quocumque privilegio suffultus, qui vult uti dicti statuti beneficio, utatur etiam præscriptione ex eodem orta, nec uti potest statuti dispositione ultra in statuto disposita, & sic ultra terminum in statuto præscriptum.

5 Ritum nostrum favorabilem, & non odiosum esse, certum est, ut meritissimus Dominus *Reg. Petr.* tradit in *Rit. 166. num.2.*

6 Nec statutum debet ampliari contra jus commune, sed quo minus jus commune lædat, restringi debet, *Bald. in l.illam 19. sub num.2.* & quod non dicit, nec nos dicere debemus, *Bald. ubi supr.*

Unde sive teneamus cum *Curtio juniore*, sive cum *Salyc.*, nescio, quo pacto posset instrumentum dotis ultra viginti annos præsentari via Ritus, dum sub dispositione dicti Ritus non comprehenditur dos secundum sententiam contrariorum, quorum sapientiam veneror.

Sed quandoque dormitat *Homerus*. Placuit sub omnium censura hæc qualiacumque sint patefacere, quæ a nullo huc usque fuerunt animadversa.

7 Item ampliant hunc sextum requisitum, ut transactis annis viginti non possit liquidari, etiam si fuerit renunciatum huic Ritui, cum expresso pacto, ut possit liquidari post annos 20., quia talis renunciatio, sive pactum non valebit, cum dictus terminus sit in odium creditoris negligentis præscriptus in Ritu prædicto, *Novar. p 2. q. for.36.* ubi allegat *Caravit. rit.167. n.36.* ex *Bart. in l.1. § fin. ff.de usucap.*

Sed alii tenent contrarium; ut si in instrumento esset renunciatio in hunc, vel similem alium modum concepta, vz. pacto etiam adjecto, quod ipse debitor conveniri possit secundum formam Ritus quandocumque, etiam post annos 20., non obstante Ritu aliter dictante, & disponente, cui ex pacto cum juramento renunciat; vigore dicti pacti poterit etiam post annos 20. instrumentum præsentari criminaliter, & sic perpetuo, & quandocumque, ex notatis in *c. cum contingat de jure juran.* maxime stante juramento, ita post *Frecc. p.10. qu. 1.* concludit *Galter. in sua praxi instrumentaria p.2. prima par. Rubric. Advertat ad debita, & causas num.29.*

8 Nam valet argumentum, quod sicuti per statutum, ita per pactum potest aliquid induci.

C A P. VIII.

De octavo Requisito termini peremptorii.

S U M M A R I U M.

Citatio debet fieri cum termino peremptorio, alias est nulla, intellige in criminalibus, secus in civilibus, num.1. & 4.

Citatio peremptoria, qualis, & qua sit, num.2.

Peremptorium unde derivat, & quid significat, num.3.

Citatio sine clausula peremptorio, quando est nulla, & quando est valida, num.4.

1 Octavum Requisitum, ut adsit peremptorium in citatione, ut expresse habetur in *d. Rit.166. in princip.* ibi: *In certo termino peremptorio eis dato.*

Hic adverte, quod ut dicatur quis peremptorie citatus, debet tribus citationibus esse interpellatus, ut concludit *D.Reg. Petr. rit.29.* ex *l. non numquam, & l.ad peremptorium, ff.de judic. Carav. rit.120. num.1.*, & nos late dicemus in *prax. de judiciis ordin. in cap. de citation.* ubi plures limitationes habebis.

Sed hic sufficit annotare pro declaratione hujus octavi requisiti.

2 Quod tunc non requiritur trina citatio, quando in citatione ponitur terminus peremptorius, aut æquipollens, vz. *peremptorie citetur T.* Aut dicatur, *citetur, ut compareat infra tot dies, alias dicto termino elapso procedatur in ejus contumaciam*, vel aliis verbis similibus exprimentibus, quod ipso non comparente absque alia citatione procedetur ad ulteriora, & tali casu idem est, ac si in citatione peremptorium apposi-

positum fuisset; *Mott. de grad. citat. num. 24. Vin. dec. 11. D. Reg. Petra rit. 29. n. 7.* & late nos in *d. Prax. Judicdin. in cap. de citat.* quam successive annuente Deo typis dabimus.

Verum non sufficit, si dicatur, *alias procedatur, ne Juris*, quia dicta clausula sic simpliciter posita, non est peremptoria, *D. Petra ubi sup.* ex *Petra Avo ad Capyc. dec. 4.* & *ex de Franch. dec. 357.*

3 Nam peremptorium derivat a verbo *perimo*, quod significat *mori*, & sic dicitur terminus peremptorius, mortalis, & ultimus, qui alium terminum, sive aliam citationem non expectat deinde post se.

4 Et citatio, quæ fit sine dicta clausula, *Peremptorie*, vel per æquipollens, dicitur nulla, ita decisum refert *Sanfel. dec. 135. Nicolin. in prax. civ. num. 12.* post *Agl. in consilt. Regni Edictor. num. 12.* Et ratio, quia citatus falleretur, dum expectaret integras trinas citationes, quæ requiruntur de jure, & remaneret indefensus.

Quod intellige in citationibus criminalibus, ut est in liquidatione instrumenti via *Ritus* 166. & aliis causis criminalibus, secus in causis civilibus, in quibus hodie in Regno nostro valet citatio sine dicta clausula *peremptorie*, ex quo omnes causæ civiles in hoc Regno sunt summariæ, per *cap. Detestantes*, & alia jura Regni, ut advertit *Maranta p. 6. Rubr. Recte concipiatur citatio num. 72. fol. 143.* ex *Afflict. in Consilt. incensulilem col. penult. Angel. & alii.*

C A P. IX.

De nono Requisito citationis juxta *Pragm. 9. de Instrument. liquid.*

S U M M A R I U M.

Pragm. 9. de instrum. liquidat. *dat formam relationis citationis tam intra Neap. quam extra, qua forma non observata erit nullitas*, num. 1.

Forma tradita in dicta Pragm. 9. *non servatur in aliis judiciis, nisi super tenore instrumenti tantum ad formam* Ritus 166. num. 2.

In Curiis, ubi Alguzinus nescit subscribere relationem, potest Actuarius citare, & supplere mentem Pragm., num. 3.

Pactum, ut debitor citetur in Curia, valet, sed fallit in duobus casibus, num. 4.

Pactum, quod possit liquidari instrumentum absque partis citatione, valet, num. 5.

1 NOnum requisitum, ut relatio citationis intra Civitatem Neapolis, ejusque Casalia, fiat per Nuncium M.C.V. descriptum in matricula, propria manu, cum interventu duorum testium de eadem platea, ubi exequitur citatio, cum specificatione nominis, & cognominis testium, ac diei, & loci; Et Actuarius contumaciarum non possit ad contumacias procedere, nisi per creditorem exhibeatur matricula Alguzerii, quæ in actis conservetur, alias ultra nullitatem ipse Actuarius teneatur parti ad interesse.

In aliis vero partibus Regni potest notificatio fieri per Alguzerium, & Servientem aliarum Curiarum Regiarum, & Baronalium, qui sciant scribere, propriisque manibus scribant relationem intimationis factæ coram duobus testibus, quos exprimere debeant per nomina, & cognomina in dicta relatione, & cum die, & loco, ubi fuerit facta dicta intimatio.

Et quod in Curia, ubi facienda erit liquidatio, præsentetur una simul cum dicta relatione, etiam fides Tribunalis, vel Capitanei illius Curiæ, cui servit dictus Alguzinus, per quem certificetur esse talis, qualis se asserit Alguzinus, alias citatio, & acta liquidationis sunt nulla, & Actuarius tenetur ad reficiendum partibus omne interesse, ita omnia supradicta sanciuntur per *Pragm. 9. de instrum. liquid.* editam anno 1632. quæ est declarativa alterius *Pragm. 8. antecedentis in §. 6.*

2 Adverte tamen, quod hoc requisitum, ut sciat scribere Alguzerius extra Neap. est necessarium in citatione super tenore instrumenti tantum, secus in aliis citationibus, ut diximus in *1. to. tit. 1. c. 7. num. 4.* De citationibus loquitur *Prag. 2. de ord. Jud. & Pragm. 7. de citation. Prag. 34. de Offic. Mag. justit. Pragm. 8. §. 6. & Pragm. 9. de instr. liquid.*

3 Et si in illa Curia, vel oppido non erit Alguzerius, qui sciat saltem subscribere suum nomen, & cognomen, ibi solet Actuarius Curiæ citare super tenore instrumenti, & valet citatio facta per Actuarium, *Sanfel. in prax. sect. 28. num. 2. Scop. ad Nicol. fol. 17. col. 1. num. 13.* qui Actuarius facit relationem scriptam propria sua manu ad præscriptum *d. Pragm.*

Hic nota, quod illa controversia *Doctorum*, quæ prius erat, si, vel ne valeret citatio facta in Curia, per hanc *Pragm.* est sopita, ibi: *L'Atto della citatione tanto si fa di persona, quanto nella casa, dove abita il debitore, quanto ancora nella Curia designata nell' istrumento.* Valet itaque citatus domi, & in Curia, attenta hac *Pragm.*

4 Et licet valeat pactum, ut citetur in Notarii Curia, & passim præsbeatur designari Curia ipsius Notarii stipulantis pro citatione per pactum conventionale inter partes in scripturis positum; tamen si contingat Notarium Curiæ designatæ mori, citatio in illa Curia fieri non potest, & si fiat, erit nulla, ut decisum refert *Thor. p. 2. compend. dec. verb. liquid. instrum. & vot. 84. num. 172.* quem citat, & sequitur *D. Petra rit. 166. num. 131. fol. 50.*

Et ratio erit, quia ipse Notarius censetur constitutus Procurator a debitore ad recipiendam citationem, & Notarius præsens videtur acceptare onus denunciandi illam citationem, & per mortem postea mandatum illud censetur extinctum.

Ex hoc infertur alia conclusio, quod si contingat præsentari instrumentum per Notarium, qui stipulavit cum Rectore Loci pii, vel cum alio Administratore, ut assolet, vel pro creditore absente, citatio tunc non potest fieri in Curia; quia non potest idem Notarius fungi officio Actoris, & rei simul, nam daretur actio, & passio in eodem subjecto, ex erudite, & optime traditis per *Dom. Franc. Constantinum super Pragm. 8. fol. 337. num. 3.* post *Dom. Altim. de nullit. rubr. 12. q. 19. Petra rit. 166. num. 130.*

Infertur & alia conclusio, quod citatio facta in Curia Notarii clausa, valde de mane, vel tempore, quo nemo in Curia existit, qui possit denunciare, citatio erit nulla, nec pactum substinetur, *Altim. de nullit. rubr. 12. q. 19. num. 2. ad 8. Marad. ann. 201 num. 8.*, cum agatur de causa criminali, & citatio pro forma requiratur tali modo, ut Notarius constitutus a citando, qui fuit præsens in stipulatione, & suscepit onus tacite recipiendi dictam citationem in sua Curia, & denunciandi eam, cum effectu habeat notitiam dictæ citationis, ut possit eam denunciare principali, *D. Constant. ubi supr. & Altim. loc. cit.* fusius, & satis lepide, ad quem recurre, in casibus occurrentibus.

5 Pactum, quod possit exequi, & liquidari instrumentum absque partis citatione, & juris forma non servata, non valet, quia necessario debet præcedere partis citatio cum relatione, juxta formam *Reg. Pragm. in d. 10. requisito citata, Anich. add. tract. cap. 2. qu. 1. n. 15. D. Petra rit. 166. num. 148. fol. 54.* alias tolleretur defensio, quæ est de jure naturæ, & tolli non potest.

Ex his patet, quantum sit perniciosus abusus nostrorum Tribunalium, ubi admittitur pactum in Apoca Bancali, & in instrumento citandi debitorem in Curia Notarii absentis, qui non intervenit in stipulatione, neque

neque forsan cognoscit debitorem, & debitor absque notitia citationis, & indefensus carceratur, qui abusus esset extirpandus.

C A P. X.

De decimo Requisito, ut personaliter creditor compareat.

S U M M A R I U M.

Creditor, cum quo fuit stipulatum instrumentum de facie ad faciem, comparere debet personaliter, & non per procuratorem ad liquidandum instrumentum, alias esset nullitas, & assignatur ratio, num.1.

Idem de debitore; & quid noviter circa hoc constitutum a Rege nostro.

Dignitas, vel infirmitas, carceratio, vel minor ætas non excusat creditorem a dicta personali comparitione, num. 2.

Moniales, quæ non possunt exire ad Curiam debent obtinere Regiam dispensationem, ut ante Crates fiat liquidatio instrumenti, num.3.

Oeconomi piorum Locorum, qui mutantur, quomodo liquidant instrumenta? num.4.

Oeconomi Sanctissimæ Annunciatæ Neap. habent speciale privilegium liquidandi etiam instrumenta stipulata per prædecessores, num.5.

Instrumentum stipulatum cum Procuratore creditoris, quomodo liquidatur, num.6.

Procurator etiam cum speciali mandato liquidare non potest, num.7.

Episcopus potest liquidare instrumentum stipulatum cum Prædecessoribus, & assignatur ratio, num.8.

Monachus absque superioris licentia liquidare non potest, nec in judicio esse.

Procurator, vel Notarius, qui stipulavit pro creditore absente, si moritur, an possit hæres Procuratoris, vel Notarii liquidare? num.9.

1 DEcimum requisitum exposcit, ut in liquidatione interveniat creditor, cum quo fuit stipulatum instrumentum de facie ad faciem; adeo quod si instrumentum fuerit stipulatum absente creditore, & pro eo intervenit Procurator, vel Notarius, qui pro creditore absente stipulavit, exposcitur persona dicti Procuratoris, vel Notarii, qui de facie ad faciem stipulavit cum debitore. Quo fit, ut instrumentum liquidari non possit per Cessionarium, nec per Procuratorem de mandato etiam speciali, ut late dicemus inferius, & in *cap. seq.* ubi numerabimus personas, a quibus fieri potest liquidatio, & a quibus non.

Et ratio est, quia liquidatio instrumenti est caussa criminalis ratione perjurii, & propterea debitor citatus super tenore instrumenti liquidi, debet personaliter, & non per Procuratorem comparere, ut in caussis criminalibus, & si habet legitimam excusationem, admittitur excusator, & quilibet amicus potest allegare dictam legitimam causam non comparendi, ut est absentia, infirmitas, carceratio, & similia impedimenta, *Gallupp. part.2. c.7. num.55.*

Alii casus excepti a dicta regula, in quibus potest Procurator admitti, dicentur infra suo loco.

„ Hodie tamen ex pluries citata Regis Constitutione
„ §.v.n.5. non solum requiritur dicta personalis compa-
„ ritio debitoris, sed ab ipso Judice debet agnosci,
„ si vero non fuerit agnitus, alia persona dicto Judici co-
„ gnita debet illum approbare, ut casu quo eveniret,
„ quod persona approbata non fuerit illa debitoris, pos-
„ sit tam ab approbante, quam a persona supposita
„ exigi pœna viginti pro centum.

Et eadem ratione; ne Actor, & Reus ad imparia adjudicentur, sed servetur in omnibus æqualitas, sicuti debitores citati tenentur personaliter comparere, & non admittitur comparitio per Procuratorem, ita etiam creditores tenentur personaliter comparere tempore interrogationis; alias eis non comparentibus, si reus in termino compareat, accusat contumaciam contra Actorem, qui condemnatur ad expensas, & ipse reus licentiatur. Imo *Caravita in d. rit.166. num. 21.* dicit, quod condemnatur Actor, etiam ad sextam partem mobilium, & ad expensas; sed hodie non practicatur dicta condemnatio sextæ partis mobilium.

„ In hac re menti omnino tenendum, observandum-
„ que, quod in dicta Constitutione *eod. §. num.9.* satis
„ provide cautum fuit, ne debitores creditorum
„ calliditate decepti injuria post obtentam dictam licen-
„ tiam molestia afficiantur.

2 Et Creditor non excusatur a dicta personali comparitione, etiam si sit in quavis dignitate constitutus, ut post *Caravit. in d. Ritu*, testatur *Sanfel. in prax. sect.28.n.9. fol.86.*

Et si citatio non esset expedita ad instantiam creditoris, in faciem cujus fuit juratum; vel liquidatio, sive actus interrogationis fuerit factus absente dicto creditore, sed per mediam personam Procuratoris, vel Cessionarii, vel alterius, in faciem cujus non fuit juratum, liquidatio esset nulla, ex defectu incapacitatis agentis, quæ nullitas est major, quam defectus juris agentis, *Sanfelic. decis.299. num.4.* & optima ratione hoc fuit sancitum, ut sicuti debitor citatus cogitur respondere super tenore instrumenti ad instantiam creditoris; ita pariter cogatur personaliter creditor in actu interrogationis respondere ad relevamen debitoris, ibi: *In ritu 166. simili modo comparere debeant personaliter creditores responsuri super his, quæ versa vice de jure competunt ad relevamen debitorum eorumdem.*

Amplia hanc conclusionem, etiam si creditor sit infirmus, ut debeat asportari in sedia ad Curiam; in tantum, quod non sufficeret, si venisset equitando in supportico M.C.V., nisi etiam ascenderet sursum ad Palatium Curiæ, *Galter. rubr. Advertat creditor ad personam suam num.33. & rubr. personal. in Curia comparens in 3. par. princip. n.17. D.Petra rit.166. n.146. fol.54.*

Et si adeo infirmatur post expeditam citationem super tenore, ut non possit venire, providetur per Judicem, quod *supersedeatur, donec invaluerit*, & interim non spirat citatio facta; postmodum convalescente, & veniente requiritur debitor citatus, & si non comparet, condemnatur absque alia requisitione; si vero tempore ultimæ contumaciæ, & fuerit supersessum usque ad creditoris convalescentiam, tunc priusquam vocetur debitor in banca in ultimo peremptorio, est necessaria requisitio, cum alias ignoret, quando creditor procedere voluerit, *Galter. in 3.part. princ.rubr. personal. in Curia comparens num.21. fol.317. Caravit. ritu 166. num.22. Foller. ad Marant. part. 6. actu 8. num.6.* Solet quoque dispensari per Proregem, ut possit Judex cum Actuario ire ad ædes infirmi, *Doctores ubi supra.*

Amplia etiam in creditore carcerato, qui tempore liquidationis asportandus est ad Curiam sedentem, & postea revertitur ad carceres, *Carav. in d. rit.166. n.3. & D.Petra ibid.n.152.*

Amplia etiam, si creditor esset minor septennio, quia debet comparere non solum tutor, sed infans asportatus in brachiis, cum distinctione, secundum *Caravit. in dicto rit. num. 24.* ut si sit major septennio, omnino debet cum Tutore venire ad Curiam, sed si sit minor septennio, in tantum cogitur venire pupillus, in quantum Reus instat, ut veniat.

Amplia in mulieribus, quæ si sint exteræ, omnino debent venire ad Curiam, sed si sint Neapolitanæ honestæ, sufficit venire ad Ecclesiam propinquiorem,

ad

ad quam Judex accedit, & ibidem fit liquidatio.

3 In Monialibus vero, quæ non possunt exire a Monasterio, accedit Judex cum Actuario Curiæ ante Crates, & vocatis Abbatissa, & Monialibus ad sonum campanelli, ibidem fit actus liquidationis, si debitum erit commune; sed si erit unius Monialis, cum illa una ad Crates fit dictus actus, & in M.C. solus Hebdomadarius accedit ad Monasteria, *Sanfel. sect.* 28. *n.* 10.

Quod intellige, porrecto memoriali in Regio Collat. Cons. & obtenta dispensatione, alias non posset id fieri, quia est actus, qui necessario fieri debet in Curia sedente, & non ante Crates extra Curiam, & quandoque obtinetur licentia a dicto Coll. Cons. ut fiat per Procuratorem Monasterii.

Sed si mulier laica, quæ est intra Monasterium pro educatione, erit creditrix, tunc non dispensatur per Reg. Coll. Cons. ut accedat Hebdomadarius ad Monasterium pro ea interroganda, ad finem liquidandi, & ita decisum refert *Sanfel. in prax. sect.* 28. *n.* 11. *fol.* 6.

4 Et in Oeconomis piorum locorum, dum instrumentum est stipulatum cum Oeconomo prædecessore accedit ad incusandum Oeconomus actualis, una simul cum Notario, qui stipulavit cum clausula, *per Notarios apponi solita*, nempe, quod Oeconomi illius anni stipulati fuerint pro se ipsis, & magistratico nomine, & Notarius tamquam persona publica pro futuris, & successoribus in Oeconomatu, vel in Regimine, &c. alias ubi Notarius non fuerit sic stipulatus, tunc non sufficit Oeconomus successor cum solo Notario, sed requiritur Oeconomus prædecessor, cum quo fuit instrumentum stipulatum una simul cum Oeconomo successore, qui actu administrat, ita *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol.* 187. *in fine*.

5 Et per unum ex administratoribus potest liquidari, *Sanfel. dec.* 299. *num.* 4. Oeconomi vero Sanctissimæ Annunciatæ Neap. passim obtinent dispensationem a Collat. Cons., ut possint via Ritus instrumenta liquidare per prædecessorem stipulata, quamvis non sint jurata in faciem ipsorum, qui sunt successores, juxta exemplum concessionis dicto pio Loco factæ die ultima Januarii 1607. regist. *part.* 8. *fol.* 211. in registro Cancell., ut refert *idem Sanfel. loc. cit.*

6 Ita etiam quando fuit stipulatus Procurator creditoris, non potest creditor incusare instrumentum, sed debet creditor una cum Procuratore, qui pro absente stipulavit, *Galter. in* 1. *prima part. rub. & cujus nomine agat num.* 19. *fol.* 174. Ita etiam quando fuit stipulatum ad favorem absentis, & Notarius pro absente stipulavit, ut fieri solet, vz. *promisit tali absenti, & mihi Notario præsenti, &c.* tunc creditor una cum Notario insimul accedere debet ad Curiam ad incusandum, & ita servatur in praxi, rejectis *Afflicto in Constit. eos, qui scienter in quæst.* 9. *num.* 15. *Bernard. Paun. ritu* 154. *Borrell. cons.* 75. *num.* 12. & aliis contrarium tenentibus, ut late resolvit *de Mariu. lib.* 1. *resol.* 187. *n.* 11.

Verum, ubi solutio fuerit promissa creditori absenti, & procuratori præsenti, & stipulanti nomine sui principalis, nedum Procuratorio, sed proprio principali nomine, & insolidum, tunc solus Procurator poterit actum liquidationis explere, ut rejecto *Thoro*, concludit *de Marin. lib.* 1. *resol.* 197. *num.* 2. *Ursill. ad Afflict. decis.* 64. *Galter. in* 1. *p. secunda p. num.* 10. *fol.* 172.

7 Et præter hos casus, nequaquam poterit Procurator instrumentum liquidare via ritus, etiam cum speciali mandato, *Auctor loc. cit.*

8 Episcopus vero potest liquidare instrumentum confectum in faciem suæ Ecclesiæ, ea ratione, quia est anima, & spiritus Ecclesiæ, *Galt. ubi supra num.* 9.

Prior alicujus Monasterii etiam potest, & successor in prioratu, eadem ratione, quod esset stipulatum in faciem Ecclesiæ; imo Monachi, qui Monasterium repræsentant, id possunt; prout potest Syndicus cum civibus simul liquidare instrumentum confectum in faciem Universitatis, quia non ut singuli, sed tanquam corpus unum; tamen nunquam stipulatur in faciem Monasterii, vel Universitatis, sed per Procuratores, & Syndicos, & ideo practicatur modo, quo diximus supra de Oeconomis piorum Locorum, *Galter. ubi sup. num.* 8.

Adverte tamen, quod Monachus absque Superioris licentia esse in judicio non potest, per *text. in c. Monachi qu.* 1. & proinde liquidatio facta a Monacho sine licentia, fuit declarata invalida, ex *Thor. & P. de Affl.* concludit *Reg. Petr. rit.* 168. *num.* 107. *& D. Maradei in prax. cap.* 3. *n.* 4. *Prat. respons. crim.* 31.

9 Sed si Notarius, vel Procurator moritur, an hæredes Notarii, vel Procuratoris poterunt actum liquidationis explere, simul cum principali creditore, dum hæres illius creditoris, cui juratum est, potest liquidare, videtur ita pariter posse hæres Notarii, & Procuratoris. Distinctionis fœdere, resolvitur quæstio, quia si stipulatio concepta est tam pro se, quam pro hæredibus, certe poterit hæres liquidare; at si non stipulatus fuerit pro hæredibus, non poterit hæres Notarii, & Procuratoris intervenire, imo neque hæres creditoris in instrumento non mentionatus admittitur, ut concludit *D. Petra ritu* 166. *n.* 129. *in fine, fol.* 49. *& Cap. decis.* 75. & reprobat *Rovit. ad d. dec.* 26. *n.* 8. contrarium affirmantem.

Sed pro clariori cognitione dabimus regulas generales in sequentibus Capitibus: & ultimo fallentias.

C A P. XI.

De Personis, a quibus liquidari possunt instrumenta, & a quibus non.

S U M M A R I U M.

R*Egula prima generalis, quod liquidare non possunt instrumenta, qui non possunt in judicio agere, ut Bannitus, excommunicatus, &c.* num. 1.

Contumaci denegatur audientia, etiam in alio quocumque judicio, num. 2.

Contumacia quando intelligitur virtualiter purgata, num. 3.

Forjudicatio impeditur per Bullam Clericatus, & beneficii præsentatam per amicum tempore contumaciæ, num. 4.

Contumax criminalis, an, & quando auditur in judicio civili, num. 5.

Liquidatio instrumenti, nec pro forjudicato, nec contra forjudicatum fieri potest, num. 6.

Tutor, & Curator finita tutela, & cura non possunt instrumentum liquidare contra pupilli debitorem, licet obligatum de facie ad faciem, num. 7.

Tutor contutore mortuo solus potest instrumentum incusare, & in judicio agere, num. 8.

Contumacia pro tota summa ab uno tantum creditore potest incusari, quando pluribus insolidum fuit debitor obligatus, num. 9.

Tutor, vel Curator non potest liquidare instrumentum, nisi constet de adimplemento solemnitatum, & de præambulo, de quibus fieri debet mentio in citatione, num. 10.

Tutor in ultimo peremptorio liquidationis instrumenti tenetur comparere cum pupillo, quando est major septem annis, sed quando est minor, poterit solus Tutor liquidare, dummodo in citatione fuerit expressum, quod sit minor infantia, & dummodo debitor non institerit, quod veniat infans, num. 11.

Regula secunda, quod ille potest præsentare instrumen-

eum, cui de facto ad effectum fuit facta obligatio, licet pro alio, ut Procurator, vel Notarius &c. cum interventu tamen creditoris, & quandoque etiam sine creditore, num.12.

Regula tertia, quod instrumentum stipulatum ab habente audatum nomen, non potest criminaliter præsentari, nec a nominante, nec a nominato, nisi fuisset stipulatum pro persona nominanda, num.13.

Cessionarius an possit liquidare instrumentum ipse solus, & quid in obligationibus penes acta, apocis Bancalibus, & litteris cambii, num.14.

Cessionarius excommunicati non potest criminaliter præsentare instrumentum, sed solum civiliter & ita intelligendus est Dominus Maradei, *& alii per ipsum allegati*, num.15.

Cessionarius an possit simul cum cedente instrumentum liquidare, & rejicitur distinctio Dom. Reg. Petr. *& plene examinatur articulus*, num.16.

Perjurium debitor committit non solvendo, prout juravit, num.17.

Creditor, cui nomen debitoris fuit per sententiam adjudicatum, poterit via Ritus agere cum interventu creditoris, vel hæredis, num.18.

Cedens cogi potest invitus ad instantiam Cessionarii venire ad liquidandum, & qua clausula solet apponi in instrumento contra cedentem, num.19.

Cedens quomodo cogitur ad liquidandum, datur praxis, num.20.

Cedens cogitur accedere ad forum Cessionario melius visum, quando adest pactum, ut liquidari possit in omni Curia, loco, & foro, num.21.

Cedens, in quibus casibus potest solus sine cessionario contra debitorem cessum liquidare, num.22.

Regula quarta, quod creditoris hæres potest criminaliter præsentare instrumentum contra debitorem vivum, sed non contra hæredem debitoris, & ratio assignatur, num.23.

Hæres creditoris non potest instrumentum liquidare, nisi exhibita fide præambuli, cum potestate liquidandi, & in citatione super tenore fiat mentio præambuli præsentati, num.24.

Hæres in judicio liquidationis instrumenti, quando præambulum exhibere debet, ne nulliter agat, num.25.

Hæres solum pro sua portione liquidare potest, licet debitor pro tota summa in sua portione sit assignatus in divisione, num.26.

Hæres Notarii, aut adjecti in solutione, quando solus potest liquidare absque interventu principalis creditoris? num.27.

Hæres Notarii, aut adjecti in solutione, ubi non fuerit facta mentio hæredum in instrumento, an possit procedere ad liquidationem, num.28.

Roviti decisionis 26. *tenor describitur, & declaratur cum* decis. Capyc. 75. & decis. Galup. in p. 2. cap. 22. num.35.; num.29.

Legatarius, vel fideicommissarius non potest instrumentum liquidare, nisi cum interventu hæredis, num.30.

Curator hæreditatis jacentis, an, & quando potest liquidare via Ritus? num.31.

Procurator, in quibus casibus potest liquidare via Ritus? num.32.

1 PRima generalis regula est, quod omnis, qui agere potest, certe potest quoque instrumentum ad Ritus formam præsentare.

Et qui agere non potest, nec valet instrumentum ad Ritus formam præsentare, ex. gr. Bannitus, excommunicatus, & similes ab agendo repelluntur, ita quoque a præsentatione instrumenti ad formam Ritus, *Galter. 1. par. secundæ partis, Rubr. advertat creditor ad personam suam num.21. ex Gravinens. Præc. & aliis ibi*.

2 Contumax donec purgaverit contumaciam, agere non potest in quocumque judicio, quia in omni judicio denegatur ei audientia, *l. contumacia, ff. de re judicata*, immo neque audiri in causa civili, *Ritus M.C. Vic.220. Sanfel. dec.364. lib.3. num.11.*

Et propterea ex dicta nostra hac prima regula non potest contumax instrumentum liquidare.

3 Quod intellige de contumace in causa criminali juxta doctissimas ponderationes a *Reg. Petra in rit. 265. num.3.* ubi decisum refert junctis aulis 1679. oppositis non obstantibus per Principem Belmontis, procedatur ad ulteriora ad instantiam D. Ramiri Ravascherii fratris in judicio rescissionis cujusdam transactionis.

In qua decisione fuit habita consideratio, quod D. Ramirus, licet fuerit citatus, & reputatus contumax ad informandum, & ad capitula pro nece Philippi Mirabelli, & pro vulneribus Josephi Posa, tamen se præsentaverat, & per præsentationem contumacia erat purgata, & bannum deletum vigore gratiæ obtentæ de Philippi nece, & virtualiter purgata censebatur ejus contumacia pro vulneribus Josephi.

4 Item; quia tempore contumaciæ per amicum fuerant præsentatæ Clericatus, & beneficii Bullæ, per quas saltem impeditus fuerat post citationem ad forjudicandum contumaciæ effectus, constituens, ne ille audiretur.

5 Ex qua decisione concludi potest, quod contumax criminalis non audiatur, agens in quovis judicio, sive civili, sive criminali, nisi purgata contumacia.

Sed *D. Cons. Altim. in suo elaborato, & aureo tract. de Nullitatibus rubr.11. q.27. n.141.* declarat melius dictam *decisionem Sanfel.* & dictum *Rit. M.C.* 220. cum *Carav. super d. rit. num.3.* quod Ritus prædictus loquitur in bannito, & non in simplici contumace.

Nisi sit contumax coram eodem Judice pro causa criminali, & agatur coram eodem Judice, & inter easdem personas pro causa civili, quia tunc denegatur audientia pro dicta causa civili, & ita refert decisum *Sanfel. in d. dec.364.* ubi quando ageretur inter diversas personas, tunc erit in arbitrio Judicis admittere, vel denegare audientiam contumaci, quia tunc consideratur solus contemptus illius Judicis, & non illarum partium, *Sanfel. in d. dec. n.12.* vide *de Franch. decis.*171. *& Merlin. cent.1. controv.48. num.9.*

Tamen *Carpan. in dec.10. num.64.* tenet contrarium, dicens, quod contumacia in una causa non nocet in alia; sed distinctio *Dom. Altimaris* est æquior, & amplectenda, ut Ritus loquatur in bannito, sive forjudicato.

6 Imo nec ad instantiam forjudicati, nec contra forjudicatum fieri potest liquidatio, *Sciab. in prax. forjud. cap.15. num.34. Danza de pugn. Doct. tom.2. tit. de forjud. cap.1. n.2. Thor. in supplem. verb. instrumentum fol.300. & vot.84. num.103. part.1.*

7 Hinc Tutor, & Curator, tutela, & cura finita, non possunt tutorio nomine agere; propterea nec possunt via Ritus præsentare instrumentum contra pupilli debitorem, licet debitor se obligaverit dicto Tutori, vel Curatori, *Mocc. cap.42. in ejus Sylva, R. Petr. Rit.166. num.106.*

8 Tutor vero Contutore mortuo, solus potest esse in judicio. Ideo solus quoque potest instrumentum incusare contra pupilli debitorem, *de Marin. lib.1. resol.193. Petr. rit.166. num.105.*

9 Sic etiam ad instantiam plurium creditorum, quibus insolidum fuit promissa solutio, incusari potest contumacia pro tota summa ab uno tantum, *Reg. Petr. rit.166. num.159.* ut diximus superius.

10 Sed erit advertendum, quod in omni citatione, quæ super tenore instrumenti fit ad instantiam Tutorum

cum

cum pupillo præsente, vel pro pupillo absente, semper debet constare de adimplemento sollemnium in actis, & de dicto adimplemento fieri mentionem in dicta citatione, *Marad. in prax. cap. 4. num. 3.*

Et in præambulo ad beneficium pupilli, & in ultimo peremptorio comparere tenetur Tutor cum pupillo, si est major infans, idest septem annis.

11 Si autem esset minor infantia, & in citatione id fuerit expressum, poterit tunc solus Tutor liquidare, dummodo debitor non institerit, quod veniat infans, qui tunc asportandus esset in brachiis ad Curiam, & cum ejus præsentia fieri interrogatio, sive liquidatio, *Carav. rit. 166. n. 24. Galt. in 1. par. secundæ partis rubr. & cujus nomine agat, num. 4.* & late *Petr. ad Rit. 166. n. 150.*

12 Secunda regula est, quod possunt præsentare instrumentum omnes personæ, quibus fuit promissa solutio, licet ad ipsos non pertineat, ut est Procurator, Notarius, qui pro absente stipulavit, Cedens, Tutor, Curator, Syndicus, Rector, Ille qui stipulavit pro persona nominanda, & similes, ut diximus in præcedenti Cap.

Sed in dicta præsentatione, & actu interrogationis, sive liquidationis faciendæ, non sufficit solus interventus Procuratoris, Notarii, & similium personarum, cum simul interventus personalis requiratur ipsius creditoris principalis, ad quem pertinet pecunia, & ad instantiam utriusque procedendum est, ut diximus superius.

Nisi ubi stipulatio concepta sit cum clausula, tam Procuratorio, vel administratorio nomine, quam proprio, privato, & principali nomine, & insolidum, ut diximus supra in præcedenti *Cap. num. 6.* Vel promissio jurata de solvendo fuerit facta ipsi Procuratori de facie ad faciem, & principali insolidum, *Ursill. ad Affl. dec. 64. Reg. de Marin. resol. 87. lib. 1.*

Prout quando pluribus creditoribus insolidum fuit promissa solutio, tunc ab uno tantum potest liquidatio fieri pró tota summa, *R. Petr. rit. 166. n. 159.*

13 Tertia generalis regula est, quod si quis declarat habere nudum nomen, & pecuniam pertinere ad alterum, tunc non potest criminaliter agi via dicti Ritus, nec a nominante, cui obstat exceptio, quod sua non interest, per *Text. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de neg. gest.* quæ exceptio litis ingressum impedit, & obstat defectus iuris agendi; nec nominato, cui non fuit juratum in faciem; sed civiliter est agendum, *Galter. 1. par. secundæ partis, rubr. advertat creditor ad personam suam num. 32. fol. 165. Marad. in prax. cap. 3. num. 6.*

Limitatur tamen hæc conclusio, ubi creditor fuisset stipulatus pro persona nominanda, tunc non prohibetur ad instantiam personæ nominatæ, nominans simul cum persona nominata præsentare, & ita intelligendus est *Petr. rit. 166. num. 134. Marad. in prax. cap. 3. num. 6.* ex *Moccia in Sylva casu forens. 41.*

14 Cessionarius an possit liquidare instrumentum ipse solus? Aliqui affirmarunt; Aliqui negarunt, & rationes invicem pugnantes late discussit *Carav. rit. 288.* qui demum concludit cum *Marant.* quod in Regno nostro opinio negans recepta est, uti verior, per rationes ab ipso *Carav.* adductas; secus vero in obligationibus penes acta, ut idem *Carav. d. Rit. in fin.* ubi de cautela, ut

Cessionarius possit admitti ad accusandam obligationem penes acta, debet a cedente constitui Procurator cum clausulis, de quibus dico in *Tit. de obligat. penes acta*, ubi rationem diversitatis assigno.

Et quid in apocis bancalibus & litteris cambii? dicit *Reg. Petr. rit. 286. num. 4.* & nos in *Tit. de Apocis, & Tit. de Litter. cambii*, etsi sopita, & expedita est in Regno nostro hæc quæstio, ubi numquam fuit admissus Cessionarius solus ad liquidandum, sed simul cum cedente, licet cessio fuerit concepta quibusvis clausulis, & nemo amplius de hoc dubitat.

15 Unde cautela tradita ab eruditissimo Domino meo *Marad. in prax. c. 4. num. 261.* ut excommunicatus cedat creditum, quia exceptio excommunicationis non obstabit cessionario, & propterea cessionarius poterit agere, dummodo cessio sit ex caussa onerosa, non autem lucrativa, & dummodo jura cessa non sint reditura ad cedentem, ne juvenes errent, advertant, quia dicta cautela non habebit locum in judicio hoc criminali liquidationis instrumenti, sed in judicio civili, & ita caute intelligendus est dictus *Dom. Marad.* juxta *Doctores* per ipsum allegatos, dum allegat *Novar. in forens. qu. 118.* & *Oleam tit. 6. qu. 11. num. 48.* qui in judicio civili loquuti sunt.

Et sic concluditur, quod Cessionarius excommunicati non admittitur in liquidando instrumentum, sicuti nemo Cessionarius admitti unquam potest.

16 Dubium vero insurrexit, an cessionarius simul cum cedente, uterque possit instrumentum liquidare. Negant aliqui, quando in cessione non fuit specialiter reservata potestas penes cedentem liquidandi, ea ratione freti, quia dum cedens constituit cessionarium in rem propriam, eique cessit omne jus, nil sibi reservans, remansit extinctum illud jus liquidandi, & actio directa remansit penes cedentem enervata, & inutilis, uti cadaver sine spiritu; Ideoque obstat cedenti defectus juris agendi, dum nullum jus habet post cessionem omnium jurium.

Nec cessionarius illud jus potest exercere, quia obstat cessionario exceptio incapacitatis juris; nam jus criminale, sive actio criminalis est personalis, incessibilis, & transferri non potest in alium, *Dom. Marad. in prax. cap. 4. n. 15.*

Cui potest addi alia ratio adducta per *Carav. in rit.* 286. quia statutum, quod dat executionem instrumentis, est stricte intelligendum pro creditore tantum in instrumento nominato, & pro suo hærede etiam in instrumento nominato, & non quoad tertium in instrumento non nominatum.

Nec placet illa ratio, per alios considerata circa juramentum non præstitum in faciem cessionarii; quæ rejicitur a *Carav.*, quia nullus Ritus dicit, quod requiratur juramentum esse præstitum de facie ad faciem.

His tamen non obstantibus, usus admittit in Regno, quod si uterque interveniat, cedens scilicet, & cessionarius, liquidatio non impeditur, ut concludit *Reg. Petr. rit. 166. num. 136. ex Ursill. dec. 64. num. 8. Scaglion. rit. 163. Viv. opin. com. 826. part. 2. Marant. disput. 6. num. 5. Foller. Sanfel. Ricc. Galter. Rovit. Tartagl. Rocc. Thor. de Marin. ad Revert. dec. 290.*

Etiam ubi nulla fuerit reservata potestas liquidandi, *de Marin. lib. 1. resol. 187. in fin.*

Et hoc absque illa distinctione tradita ab eodem *Reg. Petr. in rit. 286. num. 6.* ubi dixit dependere ex distinctione terminorum, an cessio sit facta ad commodum cedentis, vel cessionarii, an intervenerint requisita *Text. in l. 3. C. de novat.*, an per cessionem sit liberatus cedens, vel non, quia dubium non cadit, quando cedens tenetur de evictione nominis cessi, juxta adducta per *Sanfel. dec. 213.* quia tunc cedens, licet non reservet facultatem liquidandi; tamen quia remanet obligatus de evictione, actio directa agendi non extinguitur, sed semper remanent penes se actiones directæ validæ agendi, quia ipsius cedentis interest agere, & facere liquidationem instrumenti, ut satisfiat cessionario; quam rationem approbat *de Luca ad Franc. dec. 353. n. 5. post Montan. controv. 48. n. 16.*

Concludo ergo, quod etiam in casu, quo cedenti nil intersit, & in casu, quo actio directa sit remansa inutilis, & inefficax, intelligi debet de actione civili, non autem de criminali, quæ cedi non potest; Et moveor ex ratione illa, quia omne, quod est transmissibile,

est

est cessibile, & e contra, quod transmissibile non est, neque cedi potest, *Text. in l. si ex pluribus ff. de administrat. Tutor.* ubi *Bart.*, & *DD. Ruin. cons.72. n.4. lib.1. Staib. resol.15.n.5. tom.1.*

At quia actio criminalis non est transmissibilis, nec cessibilis; ideo dicta actio criminalis remanet semper penes cedentem, prout remanet penes Notarium stipulantem pro absente, & sic dicta actio in quavis cessione amplissima nunquam remanet extincta, nec ad alium transmissa.

17 Perjurium enim, quod debitor committit de solvendo, prout juravit, est delictum non quidem publicum, sed privatum, ut docet *Isern. & Affl. in Constit. Regni, Eos qui scienter, de perjurio,* ille *n.2.* hic *n.5.* ex *text. in l. fin. de crimin. Stellien.* & aliis ibi.

Et propterea in privatis delictis agit is solus, qui offensam recipit, *Isern. & Affl. in d. Const.* merito debitor accusatur a cedente, a Procuratore, a Notario, a contrahente pro persona nominanda, vel ab alio solutioni adjecto, quibus fuit juratum de facie ad faciem, quamquam ad ipsos non pertineat exactio debiti, cum interventu tamen, & ad requisitionem, sive in gratiam cessionarii, vel creditoris, cujus interest exigere, & perjurantem cogere ad solvendum.

Nam ille Notarius vel adjectus, cui fuit commissum perjurium, agit actione criminali, quæ personalis est ad vindictam criminis principaliter.

Et creditor, cujus interest exigere, agit, & intervenit in consequentiam, & accessorie utili actione ad recuperandum creditum, & Notarius sive cedens cogitur, ex regula, quod *habens actionem ad commodum alienum, agere cogitur, Bart. in l. cum in plures, §. messem, ff. locati, & l. Julianus, §. venditor, ff. de action. empt.*

Et hæc est ratio convincens, & solvens omnes dubitationes, quæ (ni fallor) a nemine fuit sic explanata.

Et sic etiam hæc quæstio est in Regno sopita, quod possit liquidatio fieri absque dubio, quando fit cum interventu, & voluntate tam cedentis, quam cessionarii, & praxis est vera legum interpres.

18 Adeo hoc est verum, quod creditor, cui nomen debitoris fuit per sententiam adjudicatum, poterit una cum creditore, vel ejus hærede, in faciem cujus fuit juratum, via Ritus agere; ita concludit *Reg. Petr. d. rit.166.n.142.* cum *Sanfel. dec.213. tom.1.*

19 Sed difficultas insurgit, quando cessionarius vellet liquidare, & cedens recusaret, tunc certe liquidatio expleri nequiret, nec cedens cogi posset invitus, quia ad hoc non fuit obligatus, ex regula, quod *nemo invitus accusare cogitur, etiam quod alteri prosit, & sibi non noceat, de Franch. dec.353. n.5.*

Hanc tamen decisionem impugnat *de Luc. in ejus observ.* eamque prudentialem vocat, & salvat decisionem, quia agebatur inter cognatos, inter quos erat livor, & caussa crimin. & ex æquitate solita S.Cons.

Nam contra decisionem facit *Tex. in l. cum in plures, §. messem, ff. locati*, ubi colonus non potest condictione furtiva agere, sed potest agere contra dominum, ut agat, ibique notatur modus agendi: *Ago, ut agas,* de quo *in l. Julianus, §. penult. ff. de action. empt.* ubi *Bart.* firmat regulam, quod agere cogitur, qui actionem agendi habet ad commodum alterius; Et regula, quod quis cedendo jura sua, & actiones, liberetur a dicta necessitate agendi, non habet locum in actione criminali liquidationis, quæ transmitti, & cedi in alium non potest: Et hæc impossibilitas non fuit in dicta decisione considerata: nam id quod non potest cedi, necesse est, ut per creditorem ipsum debeat exerceri.

Et regula illa habet locum in actionibus cessibilibus.

Concluditur ergo, quod tam cedens, quam Notarius, aut Procurator cogi potest invitus ad liquidandum, prout contra Notarium practicatum, testatur *Reg. Petr. rit.166.n.126.*

Maxime ratione interesse, quod habet Fiscus pro pœna, ut ibi dictus *Petr.* advertit.

Ad evitandum tamen ea, quæ adduci possunt in contrarium, ut dicit *Galter. par.1. secunda partis, rubr. advertat creditor &c. num.31. & Viv. comm. opin.826. lib.1.*

Cautelam invenerunt *Doctores*, ut cessionarius possit cedentem invitum cogere ad liquidandum instrumentum contra debitorem cessum, ut in cessione fiat pactum, quod hodie communiter fieri solet, ut ad omnem instantiam cessionarii teneatur cedens, vel ejus hæredes liquidare, quæ cautela tollit omnem disputationem; tamen sine pacto prædicto adhuc teneo, posse invitum cogi cedentem ad liquidandum, prout sine dicto pacto cogitur Notarius, teste *Petra ubi supr.*

Alia major cautela traditur a *D. Marad.* ut cedens, non solum promittat ad omnem instantiam cessionarii liquidationem facere, sed ut possit instrumentum liquidari contra cedentem pro eadem summa, in casu, quo cedens requisitus non veniret ad liquidandum, *Dom. Marad. in prax. cap.3. num. 17.* & ita decisum apud *Thor. in supplem. verb. Instrumentum continens pactum, fol.301.*

Et praxis agendi hæc est.

20 Cessionarius requirit cedentem, ut exerceat illud pactum juratum circa liquidationem instrumenti, & sequitur inhærentia Fisci pro interesse pœnæ, & tunc si adest pactum liquidandi contra cedentem, expeditur citatio super tenore instrumenti contra cedentem, & si non adest dictum pactum, tunc vigore instrumenti fit præceptum cedenti, ut pactum adimpleat, alias compellitur, & etiam compellitur per capturam personæ, quia liquidatio debet fieri arbitrio cessionarii, ita judicatum refert *Moccia in Sylva cap.10.*

Imo cedens ductus per satellites ad M. C. V. cum fuisset liquidatio proclamata, cedens cum perfidia dixit, se nolle penitus liquidare; fuit decisum, ut pœna ponatur in libro Inferni, & exequatur, ita *de Luca ad Franch. dec.353. n.3.* ex *Thor.*

Et ita pariter compellitur Notarius per capturam personæ, quando cum ipsius interventu liquidatio erit facienda, quia ipse Notarius stipulavit pro Domino, ut fieri solet, & ita practicari testatur *Petr. rit.166. num.26.* Eo quod agitur de Fisci præjudicio propter pœnam.

Et qua praxi utimur ad compellendum, quem in aliis rebus agendis, vide, quæ dicemus infra in *Tit. de recusante stipulare contractum.*

21 Et ubi est pactum, ut in omni Curia, loco, & foro possit liquidari, tunc electio Curiæ, in qua facienda sit liquidatio, ad cessionarium spectat, & non ad cedentem, qui cedens cogitur accedere ad forum cessionario melius visum, *Moccia cap.10. num.10. in sua Sylva forens. Reg. Petr. d. rit.166. num.137. & D. Marad. in prax. d. cap.3. n.19.*

22 Conclusio supradicta habet locum, quando in gratiam cessionarii vellet cedens a cessionario requisitus liquidationem facere. Sed difficultas erit, ubi cessionarius nollet liquidare, quia sua non interest, ex qua forsan regressum habere poterit contra cedentem, quandocumque a cesso debitore non exegerit, tunc cedens poterit solus liquidationem facere, quia sua interest, ut satisfactio nominis cessi fiat, & ipse cedens remaneat liberatus, & cessione non obstante, agere non impeditur, & in agendo, adhibere breviorem, & faciliorem viam pro conservatione crediti, *Reg. Petr. rit.286.* ubi allegat *de Franch. dec.353.*

In alio quoque casu poterit cedens solus sine cessionario

nario liquidare, ubi cessionarius fecerit retrocessionem ad beneficium cedentis, *Reg. Petr. d. rit.* 166. *num.* 136. ex *Bologn. in l.* 2. *num.* 59. *ff. si certum petatur*, *Roc. respons.* 79. *num.* 3. quos sequitur *D. Marad. num.* 20. *in fin. c.* 3. *sua praxis*.

23 Quarta regula est, quod licet contra hæredem debitoris liquidatio non admittatur, ut dicemus latius in *seq. Cap.*

Tamen hæres creditoris potest ad formam Ritus liquidare, & præsentare instrumentum contra debitorem defuncti; & ratio diversitatis assignatur in *Rit. M. C. V.* 178. quia debitor vivus potest interrogari ad instantiam hæredis creditoris mortui, quia non potest allegare caussam ignorantiæ circa tenorem instrumenti, sed hæres debitoris mortui non potest super tenore instrumenti interrogari, cum præsumatur justam ignorantiæ caussam habere.

24 Sed non sufficit, quem esse hæredem creditoris, sed necessaria est copia, vel fides præambuli, cum facultate liquidandi, *Marad. in prax. cap.* 4. *num.* 2. Et ut in citatione super tenore fiat mentio dicti præambuli præsentati, *Reg. Petr. rit.* 286. *num.* 8. ubi *num.* 9. advertit, quod illa regula, *filius ergo hæres* in aliis judiciis habet locum, sed non in hoc judicio criminali, & rigoroso liquidationis, ubi etiam filius creditoris non admittitur, nisi prius obtinuerit decretum præambuli, quod idem *Petra* notavit etiam in *Rit.* 378. *num.* 1. *tom.* 2. & expresse statuitur per *Rit.* 181. ubi *Carav.* ponit formulam petitionis, & decreti præambuli.

25 Et si hæres præambulum non præsentavit, antequam expediatur citatio super tenore instrumenti, ut nulliter agens, & carens actione, est in expensis condemnandus, ita concludit *Carrab. sup.* 88. & allegat *Caravit. rit.* 181. *num.* 3. *&* 4. *& rit.* 178. *num.* 1. *& rit.* 267. *num.* 29. *in fin. Grammat. cons. crim.* 27. *Tartagl. in prax. num.* 44. *fol.* 17. ex *Bart. in l. unius, §. pactum ne peteret num.* 20. *ff. de pactis*, *Cavens. rit.* 286. *num.* 13.

Et ratio assignatur, quia post cœptum judicium, & sic lite pendente non potest amplius fieri præambulum, nisi audito adversario, juxta *text. in l. de unoquoque, ff. de re judic.* & cauti Advocati præambulum faciunt, antequam judicium inchoetur, *Gallup. par.* 2. *c.* 3. *num.* 9. *Danza in tit. de praamb. num.* 17. *tom.* 1. *Riccius collect.* 170.

Adeo quod si lite pendente in S. C. fieret præambulum in M. C. V. nullitati subjacet, *Minadois decis.* 8. *de Luca ad Franch. obs.* 204. *Petra rit.* 181. *n.* 7.

Sed quod citatio super tenore instrumenti potest expediri, & citari debitor, quamvis præambulum non sit confectum, & quod post citatum debitorem possit illud confici inter primum, & ultimum peremptorium; sufficit enim, quod tempore liquidationis, sive interrogationis præsentetur præambulum, & sic in ultimo peremptorio; docet idem *Danza de pugn. DD. tit. de praamb. num.* 181. *& Galter. de liquid. instr.* 3. *par. princ. tit. præsentet instrumentum n.* 39. *fol.* 302.

Et ratio potest assignari, quia *Rit.* 181. hoc aperte decidit, ibi: *interposito decreto, quod sum hæres, procedat interrogatio*.

Itaque sufficit, ut tempore interrogationis constet me esse hæredem.

Et ratio hujus Ritus, sive hujus rationis potest assignari, quia ante contestationem litis possunt fieri omnia acta præparatoria, & præambula ad judicium, & illa interrogatio est loco contestationis.

26 Hæres tamen non potest liquidare instrumentum pro tota summa, sed solum pro sua portione, pro qua est hæres, etiam quando nomen debitoris fuisset datum uni ex cohæredibus in divisione, *D. Marad. cap.* 3. *num.* 25. ex *add. in decis. Sanfel.* 365. *§.* 3. *& Thor.* & alii ibi.

27 Hæres vero Notarii, aut Procuratoris, aut alterius adjecti solutioni, quando stipulatio est concepta simpliciter absque clausula *proprio nomine, & insolidum*, quo casu non liceret adjecto, seu Procuratori absque præsentia principalis liquidare, tunc neque hæres poterit. At secus, quando stipulatio est concepta cum clausula, *proprio, privato, principali nomine, & insolidum*, quia tunc per talem clausulam actio acquiritur insolidum.

28 Et poterit unus hæres adjecti, sive Notarii, qui pro absente stipulavit, procedere ad liquidationem, licet in instrumento non sit facta mentio hæredum, ut decisum refert *D. Marad. in prax. cap.* 3. *num.* 11. ex *Sanfel. dec.* 213. *num.* 3. *lib.* 2. *& Rovit. dec.* 26. & tradit ibi formam decisionis tenoris sequentis.

Die 16. Januarii 1625.

29 In caussa Ill. Principis Casalis majoris cum Joanne Baptista Capicio Galeota.

Audita relatione Mag. U. J. Doctoris Didaci Mattæ Judicis M. C. Vic. pro declaratione decreti interpositi per S. C. sub die 3. Decembris 1624. cum interventu Consiliarii Roviti adjuncti, visoque instrumento, in quo intervenit in stipulatione Joannes Vincentius Garganus cum aliis, quibus per dictionem conjunctivam, & insolidum fuit promissa solutio, per S. C. remissa est caussa eidem M. C., quæ procedat ad actum interrogationis cum hærede d. qu. Jo: Vincentii Gargani.

Volui hanc formulam decreti exarare, quia pulchra est, & notabilis.

Et licet contrarium videatur concludere *Reg. Petra rit.* 302. *a num.* 33. ex *decis. Capyc.* 75. in qua creditor erat stipulatus pro se, & hæredibus, & successoribus, & fuit decisum, quod M. C. procedat quoad perjurium commissum post mortem defuncti, quo vero ad perjurium commissum defuncto, dum erat vivens, non posse procedi; Et sic pro perjurio solum commisso post mortem possit hæres vigore verborum pro se, & hæredibus accusare. Et ex alia decisione allata per *Gallup. in pract. p.* 2. *cap.* 22. *num.* 35. in qua promissio facta erat creditori, & hæredibus de legitimo matrimonio, & fuit decisum, non posse liquidari per hæredes extraneos.

Et *decisionem Roviti* 26. dicit, non esse applicabilem, dum Vincentius Gargano creditor obiit post contestatam litem Curia pro Tribunali sedente, ubi incusatis contumaciis, Jo: Baptista Capyc. Galeota præsentavit scripturas, & supplicationem, & fuit facta solita decretatio, *Condemnetur, verum non ponatur in libro, donec visis scripturis extra bancam, &c.* Postea f. v. fuit caussa remissa eidem M. C., fuit interrogatio facta cum eodem Gargano, intra tamen carceres. De qua interrogatione gravatus, tamquam non recte facta, quia non poterat intra carceres fieri, dum creditor carceratus debuerat asportari ad Curiam pro Tribun. sedentem, fuit decisum, quod fieret interrogatio cum hærede Gargani.

Et hoc fuit ante editam *Pragm.* 8. *de instr. liquid.* per quam in §. 7. deciditur, non esse necessariam interrogationem, dum interrogatio, & contestatio habetur pro facta, quando scripturæ fuerunt præsentatæ in Curia. Et post contestationem factam cum defuncto, actio pœnalis transit ad hæredes.

Et videtur dictus *Reg. Petra* concludere, quod ubi creditor non fuerit stipulatus pro se, & hæredibus, non licebit hæredi de perjurio accusare, & instrumentum via Ritus producere.

His, & aliis non obstantibus non recedo a communi praxi, quam ipse *Ritus M. C.* nobis statuendo tradit, dum *Rit.* 178. indistincte, & simpliciter in omni casu admittit hæredem creditoris ad liquidandum, ibi: *Item servat ipsa M. C. quod si debitor aliquis*

venit,

venit, & ipse creditor sit defunctus, & habeatur de debito ipso publicum instrumentum, & præsentetur in Curia ad petitionem filii, & hæredis dicti creditoris defuncti, dictus debitor vivens interrogetur.

Ecce quam clarissime nos docet Ritus iste, quid M.C. servat; Quod dummodo habeatur publicum instrumentum de debito, potest illud præsentare hæres, ubi si necessaria fuisset mentio hæredum in instrumento, non dixisset simpliciter, *quod si habeatur publicum instrumentum, &c.* sed dixisset, si habeatur instrumentum stipulatum pro se, & pro hæredibus, tunc ad instantiam hæredis posset debitor interrogari: sed hoc non dixit; ergo cur nobis divinare licebit, quod instrumentum, si non contineat mentionem hæredis, non servabitur praxis, quam ipsa M.C. servat in hoc Ritu?

Et per *Rit.*181. apertius deciditur, ibi: *Interposito decreto, quod sum hæres præcedat interrogatio.*

Itaque nil aliud opus habet hæres, ut ad ipsius instantiam fiat liquidatio contra debitorem defuncti, nisi decretum præambuli.

Et vera ratio hujus Ritus illa est, quæ a *Sanfel.* traditur in *dec.*213. *num.*11. quia juramentum ex parte creditoris recipientis, non est personale, quod transire non possit ad hæredem, sed reale; ita ut præstitum in faciem creditoris defuncti, delatum habeatur, ac si esset præstitum in faciem hæredis vere, & non per fictionem, ex *Bart. Paul. de Castr. Imoc. & Afflict. dec.* 285. *n.*6. *& Judice Roberto* ibi citatis.

Secus vero ex parte jurantis, juramentum est personalissimum, & ad hæredes non transit, *Doctores* omnes communiter.

Item ex alia consideratione juramentum habetur semper uti delatum in faciem hæredis; quia creditores semper stipulantur pro se, & hæredibus, licet hoc in aliquo instrumento omisisset dicere Notarius; & hic est germanus intellectus illius, quod *Sanf. l. loc. cit.* consideravit cum *Carav. rit.* 286. *num.*4. quos male intellexerunt sua pace illi, qui tenent, non posse fieri liquidationem per hæredes, quando in instrumento pro se & hæredibus non fuit creditor stipulatus, & ponunt vim in verbis appositis, vel omissis à Notario, cum vis non consistat in verbis, sed consistat in substantia contractus, & verisimili mente contrahentium, & in solitis fieri. Unde solita fieri habentur pro factis per Notarios, *Mascard. de probat. conclus.* 1098. & clausulæ solitæ censentur appositæ, & subintellectæ, *Abb. in c. qui ad translationem n.*3. *de offic. deleg. Barbos. de claus. claus.* 111. *Marta de claus. claus.* 33. *Merl. controv.* 35.

Præsertim si operatur aliquid verisimile, ut in casu nostro, ubi contrahentes verisimile est, quod semper contrahunt non solum pro se, sed etiam pro hæredibus, & posteris suis; Et quid magis inverisimile, quam invenire contrahentem, qui pro se tantum, & non pro hæredibus contrahat, recipiatque juramentum a suo debitore? Hic habet locum regula, *quod res gesta potius, quam scriptura attenditur, & plus valet, quod agitur &c. l.* 1. *& tot. tit. C. plus valere, quod agitur, quam quod simulate concipitur.*

Nota, quia hæc quæstio a nemine fuit sic per has ponderationes examinata.

30 Legatarius, vel fideicommissarius non potest instrumentum liquidare, nisi cum interventu hæredis, *Mantau. controv.* 48. *n.*22. *de Luca ad Franch. dec.* 393. *num.*5.

31 Curator hæreditatis jacentis potest liquidare instrumentum via Ritus, si fuit datus cum potestate faciendi omnia, quemadmodum defunctus facere potuisset, & præsertim instrumenta liquidandi, & obligationes incusandi, *Thor. part.* 3. *compend. sect.* 2. *versic. potestas liquidandi, de Luc. ad Reg. de Marin. tom.* 1. *melior.* 187. *num.*9.

Ultimo nota, quod dantur fallentiæ ad regulam, ut admittatur Procurator.

32 Prima Fallentia erit, ut Procurator admittatur cum speciali mandato in expedienda citatione super tenore instrumenti, & sic in actis præparatoriis tantum, secus in actu interrogationis, *D. Altim. in rubr.* 11. *qu.* 27. ex *Pan. in rit.* 164. *part.* 2. *decl.* 24. *num.* 99.

Secunda Fallentia, quando in instrumento apponitur clausula, *quod possit Procurator nomine creditoris liquidare*; nam valet pactum, ut instrumentum possit per Procuratorem præsentari, non obstante *Rit.* 166. *D. Altim. d. rub.* 11. *de nullit. qu.* 27. *n.* 348. ex *Auct. incert. in tract. de præsent. instr. ad formam rit. limit.* 14. *fol.* 606. *vers. Procuratoris, Frecc. & alii ibi.*

Tertia Fallentia, quando pro aliquo Monasterio, vel Collegio obtinetur Regia dispensatio a Collateral. Cons. ut Procurator possit instrumentum præsentare via Ritus, ut passim observatur.

C A P. XII.

De Personis, contra quas fieri potest liquidatio.

S U M M A R I U M.

Liquidari instrumentum non potest contra illum debitorem, qui in stipulatione non intervenit, num. 1.

Liquidatio via ritus fieri non potest contra Procuratorem, qui procuratorio nomine se obligavit, quia nec active, nec passive judicium criminale fieri potest mediante Procuratoris persona; fallit ad finem, ut sequatur ratificatio promissa, & quomodo hoc intelligatur, perpulchre dilucidatur, num. 2.

Obligatio penes acta ad beneficium absentis, vel Procuratoris creditoris, potest a creditore accusari, ejus absentia tempore stipulationis non obstante, sed contra Procuratorem debitoris, qui procuratorio nomine se obligavit penes acta, accusari criminaliter non potest, nec contra ipsum principalem, sed civiliter agitur, & assignatur ratio, num. 3.

Venia non petita, liquidari non potest instrumentum via ritus contra personam, cui debetur reverentia, ut est Pater, Patria, Patronus, Socer, Mater, Avia, Pater spiritualis; & conciliantur opiniones dissidentes, num. 4.

Contra personas, quibus competit beneficium, deductio ne egeat, liquidari non potest instrumentum, & contra fratrem distinguitur, num. 5.

Liquidari non potest contra donantem, nec contra decoctum, nec contra furiosum, nec contra prodigum, nec contra moribundum, nec contra sponsum illa die sponsalitii, nec contra debitorem ex caussa ludi, nec contra minorem, aut senem septuagenarium, aut exiliatum, vel relegatum, nec contra debitorem, ubi essent plures ejusdem nominis, & cognominis, num. 6.

Regula generalis est, ut liquidari possit instrumentum, omnino exposcitur, ut sit stipulatum de facie ad faciem, *Ricc. collect.* 1381.

1 Unde contra illum, cum quo non est stipulatum de facie ad faciem, non potest liquidari instrumentum, *Afflict. decis.* 64. *Sanfelic. decis.* 213. *&* 299.

2 Quo fit, ut nec active, nec passive possit fieri judicium criminale liquidationis instrumenti mediante Procuratoris persona, & sic quando quis procuratorio nomine se obligavit solvere cum promissione, quod ratificari faciat a principali infra certum tempus, non potest via ritus agi contra dictum Procuratorem pro solutione, quia Procurator non est principalis debitor, nec contra principalem, quia ipse principalis non

non est de facie ad faciem obligatus; nec potest dici perjurus, dum non juravit proprio nomine.

Verum pro ratificatione non secuta, bene poterit liquidari contra Procuratorem, quia juravit ratificari facere; poterit tamen moram purgare, *de Marin. lib. 1. resol. 187. num. 12.*

At si ratificatio fuerit subsecuta de facie ad faciem, tunc posset liquidari cõtra principalem, qui ratificavit.

Sed si ratificatio non fuerit facta de facie ad faciem, sed absente creditore, tunc neque poterit liquidari contra principalem, qui sic ratificavit, sed agitur civiliter.

Et quemadmodum liquidatio fieri non potest contra debitoris Procuratorem obligatum.

Ita è contra ad instantiam Procuratoris creditoris, etiam cum speciali mandato præsentari non potest instrumentum, nec fieri potest interrogatio, seu liquidatio, mediante Procuratoris persona, dum omnino requiritur præsentia utriusque; creditoris, & debitoris, *Caravit. rit. 286. num. 7. Afflict. dec. 64.* & diximus latius in *cap. 10. superius*, secus in obligationibus penes acta, quæ possunt accusari mediante persona Procuratoris, *de Marin. ubi sup. num. 1. resol. 187.*

3 Verum, neque poterit incusari obligatio penes acta, ubi fuerat promissa solutio per Procuratorem, nec contra ipsum Procuratorem promittentem, nec contra ipsum principale, sed civiliter agendum est, *de Marin. d. resol. 187. num. 4.* ubi ita se obtinuisse testatur; quia crimen perjurii non commisit principalis, qui non juravit, nec Procurator qui juravit non suo nomine, sed alieno.

Licet penes acta obligatio facta ad beneficium absentis, vel Procuratoris creditoris, potest a creditore accusari, quia sive creditor sit absens, sive præsens, semper debitor pejerat, deficiendo a promissione jurata.

4 Contra personam, cui debetur reverentia, neque præsentari potest instrumentum via ritus, scilicet contra Patrem, Universitatem, Patronum, & Socerum, & si citatio expedita fuerit super tenore instrumenti, venia non petita, tunc non potest procedi ad interrogationem, ex quo persona Actoris non est legitima ob veniam non petitam; etiam si pars, quæ præsentavit instrumentum, vellet solvere pœnam ducatorum quinquaginta, statutam contra non petentes veniam, adhuc procedi prohibetur.

Et si citatus non compareat, nec procedi potest ad bannitionem ipsius, sive contumaciam, adeo quod Interlocutoria, quam ferret Judex in contumaciam, ipso jure esset nulla.

Verum, si citatus compareat, & nihil opponeret, tunc posset procedi contra eum; ita hæc omnia concludit *Novar. qu. for. 149.* & allegat *Frecc. de præsentat. instrument. p. 17. num. 16. Alexander. in l. fin. ff. de in litem jurand.*

Et ex alio capite contra supradictos liquidari non potest, quia regulariter prohibetur liquidatio contra omnes, quibus competit exceptio, sive beneficium, *deducto, ne egeat*, quæ exceptio efficit, ut non possit carcerari, & consequenter non possit liquidari instrumentum via ritus.

Contra Patrem ad instantiam filii, quod liquidari non possit instrumentum, non est dubium, *de Franchis decis. 162. Marant. disceptat. forens. 9. pars prima n. 15. Ricc. collect. 152. Paschal. de patria potestate par. 2. cap. 9. num. 19.*

Adeo hæc conclusio est vera, quod ampliatur etiam ad Patrem spiritualem, *de Marin. resolut. 190. lib. 1. Vivius decis. 130. Reg. Petra rit. 166. num. 84.*

Ampliatur etiam, ut non possit liquidari contra matrem, *Paschal. d. cap. 9. part. 2. num. 17.*

Et licet contrarium concludat *Reg. Petra rit. 166. n. 84.* & decisum referat *de Franch. dec. 165. nu. 15.* contra Marchionissam Vasti ad instantiam D. Caroli de Avalos filii, & confirmet *Thor. par. 3. compend. verb. Instrumentum an possit liquidari*, tamen dicta decisio debet intelligi inter Neapolitanos, juxta consuetudinem, quæ incipit, *Ubi dos*, per quam tollitur beneficium, *deducto, ne egeat*, debitoribus ex caussa dotis, ut in eadem *decis. de Franch. nu. 11.* & in tota dicta decisione loquitur in caussa dotis, juxta dictam Consuetudinem Neapolis.

Confirmatur dicta conclusio, quia adversus Aviam non potest instrumentum præsentari via Ritus a nepte ex filia, ea ratione, quia major honor, & reverentia Aviæ debetur, quam a nuru socero, & tamen contra socerum non potest liquidari, & ita, nec contra Aviam, et idem *Reg. Petra* hoc non negat ibidem, ubi supra, ex traditis per *Castagn. in tract. de benefic. deducto ne egeat qu. 7. num. 41.* unde dicta ratio, quæ militat in favorem Aviæ, multo magis militare debet in favorem matris, *de Luca ad Franch. d. decis. 365.*

Et non solum contra Aviam a Nepte ex filia, sed etiam contra Avum maternum ad instantiam Nepotis liquidari non potest, *Petr. d. rit. 166. n. 84. de Marin. resol. 190.*

Contra socerum ad instantiam Generi posse liquidari, tradit *de Franch. dec. 366. Thor. par. 1. compend. decis. verb. Instrumentum, & p. 3. sect. 3. verb. Instrumentum, et voto 4. n. 8. vot. 92. n. 11. & 84. Frecc. p. 8. q. 5.*

Contrariam opinionem negativam tenent *Minadois decis. 2. p. 12. qu. 1. Molfesius p. 6. qu. 9. num. 7. & in p. 2. in addit. ad qu. 9. part. 6. num. 4. Ricc. collect. 152. & 1125. Mastrill. dec. 69. num. 6. Reg. Latro tom. 2. consult. 155. num. 14. Danza de pugn. DD. tom. 9. cap. 1. de instrum. liquid.*

Conciliat has opiniones dissidentes magnus ille vir *D. de Luca ad Franch. observ. 366.* quod inter Neapolitanos, ex quo per consuetudinem, quæ incipit, *Ubi dos*, tollitur beneficium, *deducto, ne egeat* socero, ideo potest contra socerum liquidari, & potest socer pro debito dotis carcerari.

Extra vero Neapolim, ubi dicta consuetudo non servatur, sed attenditur jus commune, per quod competit socero beneficium, *deducto, ne egeat*, non potest socer carcerari pro dote, & consequenter neque potest instrumentum via Ritus contra eum præsentari, nisi in casu, quo socer renunciasset cum juramento dicto beneficio, *deducto, ne egeat*, cui beneficio posse renunciari, tenet idem *de Luca ad Franch. obser. 164.* rejectis contrarium tenentibus.

5 Contra fratrem liquidari neque potest instrumentum, quia fratri etiam competit beneficium, *deducto, ne egeat*, prout etiam competit dotatori, vel extraneo dotanti, ita *de Luca ad Franch. observ. 366. num. 5. ex Giurb. dec. 54. Fontanell. clausula 7. glos. 3. par. num. 98.*

Licet contrariam substineant alii opinionem, & repugnantes opiniones, & decisiones aliqui concordent, ut non possit liquidari, quando in societate vivunt, prout neque inter socios potest liquidari.

Secus si seorsum vivunt, & secus si non sint utrinque conjuncti, ita colligitur ex traditis per *Dom. Consil. Petra ritu 166. num. 86. fol. 35.*

Sed *Dominus Marad. annot. 200. ad singul. Patris n. 26.* tenet non posse contra fratrem; imo nec etiam contra sororium, vulgo cognatum, qui fratri æquiparatur; & plures decisiones ibi narrat, & concludit, quod saltem sit suspendendum in executione personali, donec aliter fuerit provisum, & forma decreti est, *ut procedatur ad interrogationem; verum supersedeatur in executione personali, tam pro debito, quam pro pœna, D. Constantius ad Pragm. 8. fol. 340. num. 16. ex Thor. vot. 84. num. 216. & in 3. p. par. 1. verb. Instrumentum*

mentum, & *in tom.1.glos.2. verb. liquidari an possit*, *Giurba decis.44. de Marin. resol. 190. Petra rit.166. num.86.*

6 Contra donantem liquidari instrumentum non potest, qui non tenetur ultra quam facere potest, & deducto, ne egeat, & decisum anno 1661. in S. C. ubi fuit supersessum in personali executione refert *D.Reg. Petra rit.176.num.89.*

Contra debitorem decoctum, cujus bona omnia sunt sub Judicis sequestro, & facta est graduatio creditorum, non potest procedi ad instrumentum liquidandum, *D.Cons.Petra rit.166. num.90.*

Adversus furiosum liquidatio instrumenti non procedit, *Pand.p.2. consider at.19. D. Petra dicto rit.166. num.93.*

Adversus prodigum, neque liquidari posse, concludit dictus *D.Reg. Petra ibid. ubi supra*, quicquid alii contrarium dixerint, ex laudatissimis rationibus adductis.

Contra moribundum liquidari non potest instrumentum, *Gizzarell.decis.9. Mari ad Gram.decis.106. num.5. Rovit.in pragm.5. de offic. S. C. num.32. Rico collect.1362.*

Adversus sponsum, eadem die, qua quis desponsat uxorem, liquidari non potest, *D. Petra rit.166. num.98.*

Contra ludentem præsentari non potest, si ex caussa ludi debitum fuerit contractum, *Thor.p.1.compend. verb. Instrumentum obligationis*, & *voto 84. num.29. par.1.*

Et ratio assignatur a *D.Petra in rit. 166. num.100.* quia denegatur actio ad petendum in ludo, quod lucratus est, *l.fin.C.de relig. & sumptibus funer. Covarr. in regula peccatum p.2. §.4. vers.superest tamen*, & late *Pratus lib.3.discept.forens.cap.1. & alii ibi.*

Adversus minorem non potest liquidari, nam constito de ætate, & comparente ipso minore, non detinetur, *Frecc.par.11.qu.5. Galter. in 2. secund. parte nu.23. Staiban.resol.8. num.9. lib.1.*

Contra senes septuagenarios, si præsentetur instrumentum via Rit. providetur, quod *remaneat condemnatus*, *verum supersedeatur in exequendo pro debito*, & *pœna in persona*, *sed exequatur in bonis*, *D.Petr.in rit.166. num.108.*

Contra forjudicatum liquidatio fieri non potest, nec etiam post indultum, sive guidaticum obtentum, *Campan.resol.20.num.7. Scial.in prax.for. cap.15.n.34.*

Contra manentem in exilio, vel relegatione, neque potest liquidatio fieri., & præsentata fide exilii, impeditur, idem *Campan.resol.17. ex Foller.sub. Vel eos verbaliter citari facint, num.32.*

Et liquidatio contra Relegatum dicitur nulla, *Rosa consult.20.tom.2.*

Contra opponentem exceptionem pluralitatis producta fide, vel alia probatione in promptu, ex qua constet reperiri plures ejusdem nominis, & cognominis maxime in eodem loco.

Quia tunc non solum impeditur liquidatio, verum etiam executio, ita decisum in S.C. refert *Novar. qu. for.153. lib. 1.* quo casu providetur, quod *capiatur informatio circa identitatem personæ*, & *interim supersedeatur in exequendo*.

Unde cautus creditor prius debet per præambulam informationem liquidare, quod inter illos plures suus debitor sit talis, filius qu. Talis patris, & matris, vel cum alia distinctione, qua excludatur exceptio pluralitatis ejusdem nominis, & cognominis, *Gallup. p.2.c.01.num.38. Novar. ubi supr. Thor.part.2.compend. verb.instrumentum*, & *verb.Liquidatio.*

C A P. XIII.

De modis, quibus impediri possit liquidatio instrumenti.

S U M M A R I U M.

Liquidatio instrumenti octo modis impediri potest, & qui sint, narrantur, num.1.

Citatus super tenore instrumenti veniens sacco paratus ad exbursandam pecuniam, impedit liquidationem, num.2.

Compensatio an admittatur ad impediendam liquidationem, num.3.

Depositum voluntarium non impedit liquidationem, & *explicatur* Pragm.4.& 8.de instrum.liquidat. num. 4.

Depositum conditionatum, an, & quando fieri poterit, num.5.

Dictum fuit supra de Requisitis necessariis, ut creditor possit hoc rigoroso criminali judicio agere, & pœnam perjurii accusare contra debitorem non solventem.

Nunc dicendum restat, quibus modis debitor possit dictum criminale judicium impedire, & pœnam fisci evitare, & audiri in suis exceptionibus.

1 Qui modi octo sunt a nobis collecti, sub quibus omnes alii comprehenduntur; Nempe, 1. Solutio. 2. Constitutio in vinculis. 3. Probatio in continenti. 4. Appellatio. 5. Comparitio de sero. 6. Mittere excusationem, vel Procuratorem. 7. Voluntaria rescissio, & 8. Preventio.

Nam liquidationis judicium est criminale contra debitorem accusatum de perjurio, qui juravit solvere tempore præfixo, & non solvendo pejeravit; Et in pœnam perjurii incidit, qui tamquam perjurus regulariter audiri non debet in suis defensionibus, nisi uno de dictis 8. modis adimpleto.

2 Primo, nisi prius adimpleto juramento in forma specifica per solutionem ejus, quod debetur, ut citatus veniat sacco paratus ad exbursandam pecuniam, vel aliam rem cum juramento promissam.

Et ratio est, quia in promissione jurata non excusatur promissor per æquipollens adimplendo, sed tenetur præcise, nec interesse præstando liberatur, *glos. in l.si pecuniam, vers. necesse, ff.de condit.ob caussam*, & alii allegati per *Cons.Pratum cap.6.tom.3.nu.36.*

3 Quo fit, ut promittens solvere cum juramento non evitat perjurium compensando cum credito, tametsi liquido, *Novar. decis.159.nu.10. Bald. in l.fin. C. de compensat. Prat.tom.3.cap.6.num.40.* quia compensatio est ficta solutio, *l.si cum filio*, & *l. 1. ff. de compensat. Capyc.decis.167.* & *Ursill.ad Affl. decis.381.nu.4.* dicit, nunquam potuisse obtinere compensationem adversus instrumentum præsentatum ad formam *Ritus* 66.& obligationem penes acta.

Licet *Reg. Petra* contrarium substineat in *Rit. 166. n.185.* quia compensatione opposita debitum omne, & obligatio aufertur, & qui compensat, solvit; *Osasch. dec. 92.* ita in casu occurrenti recurre ad dictum *Petram* ibi.

4 Ex hoc infertur quoque, quod citatus super tenore instrumenti, si facit depositum voluntarium pro summa debita, non impedit liquidationem, dum requiritur realis solutio, ut servetur juramentum in forma specifica, & depositum non est solutio, *Ill. Episc. Verd.lib.3.Instit.summa 63.n.1396.* Et Dominus *Reg. Petra rit.169. num.6.* miratur de vulgato illo dicterio, quod citatus super tenore instrumenti non auditur, nisi in vinculis constitutus, vel facto deposito, cum nullus Ritus, nulla lex hanc depositi exceptionem statuat; Imo *Ritus* 169. aperte loquitur, quod tunc non potest exigi pœna, quando citatus veniret ad ipsam Curiam cum sacco paratus, idest cum pecunia. vel

cum

cum fide crediti bancali libera absque clausula, vel conditione, ita quod non requirat decretum Judicis pro illa liberanda nullamque expensam, quia fides crediti libera habetur loco pecuniæ in contantis, idem *Reg.Pet.nu.3.d.rit.169.*

Unde cum Baro Castri Poti citatus ad instantiam S. Religionis Hierosolimitanæ, fecisset depositum conditionatum, ut non libераretur, nisi compilato prius processu super exceptionibus per eum allegatis, & constito eundem esse debitorem, non fuit auditus debitor, sed remansit condemnatus pro pœna, & pro debito.

Et licet eximius ille Jurisconsultus, *D.Franciscus de Andrea* acute more suo scripsit pro dicto Barone; cujus elegans scriptum reperitur penes *de Luca in lib.1. melior.188. Reg.de Marin.*

Et *Carav.Rit.169.num.3.*dicit, quod debitor dicens se debere, & velle solvere, tunc non est opus depositum facere, ut antiquitus fiebat, ad indagandum, si collusive se concordaverat debitor cum creditore, dum hodie licitum est inter se concordare; aut dicit se non debere, nec velle solvere, quia alias solvit, vel instrumentum ex alia exceptione non subsistit, verum ad evitandam liquidationem offert pecuniam deponere cum conditione, ne liberetur; tunc facto deposito auditur Reus, & pecunia non datur libera creditori, sed cum cautione de restituendo in casu succumbentiæ.

Et hæc praxis tradita a *Caravit.*mihi videtur valde rationabilis, & amplectenda; aliter si creditor recipiat pecuniam absque dicta cautione, in casu succumbentiæ debitor remaneret læsus, & multoties penderet solutum.

Et *Pragm.4.& Pragm.6.de instrum.liquidat.* mandant, ut depositum ad impediendam liquidatioοem non recipiatur, nisi in M. C. ipsa pro Tribunali sedente.

Et ex his duabus Pragmaticis habemus in Regno legem, quod tempore, quo ipsa M. C. pro Tribunali sedet, recipi debet depositum ad impediendam liquidationem

Et ex *Pragm.8.eod.tit.§.7.*ibi, si dirà: *Ponatur in libro Inferni, o remaneat condemnatus, & ponatur in libro*; Ed in tal caso, se il debitore è presente, si carcererà, e si spediranno le lettere esecutoriali *realiter tantum.*

Ma non essendo presente, incontinente se gli spediranno *realiter, & personaliter*, e non possa più esser inteso avverso di detto istrumento già liquidato, nè *in vinculis*, nè fatto deposito condizionato, se prima non averà intieramente pagato il debito, e la pena con le spese fatte dal creditore nella reassunzione dell'istrumento &c.

Ed in caso, che ne facesse deposito in banco, e lo presentasse appresso gli atti della liquidazione, per la liberazione del quale si avesse a pagare dritto al Mastro d'Atti, e Scrivano, vogliamo, che detto deposito non si riceva, se non sarà del tutto libero, ed esplicito, ed insieme col deposito averà presentato prontamente il denaro, che sarà necessario per li detti diritti del Mastrodatti, e Scrivano.

Et inferius assignatur ratio, ibi: *Perchè dopo posto nell'Inferno non vi ha altro rimedio, se non solamente col pagamento esplicito.*

Ex quibus Pragmaticis certo videtur dispositum, quod ante factam liquidationem, sive ante decretum, quod ponatur in libro Inferni, licitum sit facere depositum, dummodo fiat in Curia prò Tribunali sedente, & impeditur liquidatio. Post vero decretum condemnationis non recipiendum erit depositum, ea ratione assignata in eadem Pragmatica, quia postquam Reus fuit condemnatus, & positus in Inferno, non amplius poterit impediri liquidatio, quæ jam fuit facta, & completa, quia fuit quæsitum jus ad beneficium Fisci pro pœna; ideo condemnatus non habet aliud remedium, ut possit audiri, nisi purgata ejus contumacia per integralem solutionem explicitam pœnæ, debiti, & expensarum.

Hoc idem fuit ante dictam *Pragmaticam* 8. a *Caravit.*animadversum *Rit.169.num.6.*

His tamen non obstantibus *Rovitus* fuit Antesignanus in *d.Pragm.4.*qui interpretavit non esse licitum facere depositum conditionatum, sed intelligendam esse *Pragmaticam 4.de deposito explicito*, ubi nulla expensa, nullumque decretum liberationis requiratur; nisi in casu, quo debitor recusaret recipere pecuniam oblatam, & numeratam, quia non est licitum debitori facere depositum, nisi quando creditor videns numerare pecuniam oblatam, recusat recipere, ex *text. in l.si creditrici, & l.accepta, C. de usuris.*

Necesse itaque erit, ut pecunia numeretur coram testibus, deinde creditori offeratur, *Viscont. in concl. verb.depositum, Petr. rit.169. num. 2. in fin.* quia non sufficit oblatio verbalis, postquam Ritus ordinat pecuniam *Carav.d.Rit.169.ante num.2.*

Et sic praxis inolevit, quæ est in viridi observantia, ut per depositum vinculatum non impediatur liquidatio.

5 Potest tamen in fide crediti libera apponi conditio faciendi retrovenditionem, & quietationem notandam in margine.

Sed in omni casu depositum debet esse integrum, adeo quod si obolus deficiat, deponentem non juvat, currunt usuræ, & liquidatio non impeditur, *Reg.Petr. d.rit.169.nu.9.*

Et ex hoc deposito facto per debitorem cum conditione faciendi retrovenditionem notandam in margine instrumenti in Rocca Monfina, pro qua facienda, aliisque expensis in accessu, & recessu, non erat depositata pecunia eroganda, non fuit admissum, sed fuit processum ad liquidationem, dicto deposito facto non obstante, ut decisum refert *Staib. resol. 17. num. 12.t. m.1.*quem sequitur *D.Marad. annot.247. num.6. ad Pragm.4.de Notor.*

„ Alienum prorsus a materia non erit hic observa-
„ re, & supplere, quæ circa hanc liquidationis pra-
„ xim fuit in cit. Regis nostri Caroli *Constitutione*
„ confirmatum, & statutum *§. V. num.4. 6. 7. &* 8. ubi
„ Lector remittitur.

C A P. XIV.

De secundo modo impediendi liquidationem per carcerem.

S U M M A R I U M.

Solutione ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, & purgatur mora, & evitatur pœna perjurii, num.1.

Citatus super tenore instrumenti, ut possit audiri, dum non habet pecuniam, debet se in vinculis constituere, ex regula: Luat in corpore, qui non habet in ære, num.2.

Carceratus pro caussa criminali non auditur adversus liquidationem, & datur formula decreti, si est in carceribus ejusdem Curiæ, num. 3.

In carceribus Baronis, dummodo carceratio non sit affectata, impedit liquidationem, num. 4.

Carceratio affectata qualis sit? num.5.

Citatus super tenore instrumenti quando erit audiendus extra carceres, datur regula generalis, num. 6.

Executio instrumenti impeditur ob nullitatem in promptu, num.7.

1 DIximus supra, quod per solutionem ejus, quod debetur, tollitur omnis obligatio, & purgatur mora, & evitatur pœna perjurii a debitore, qui solutionem cum juramento promissam facere tenetur, & hic fuit primus modus a lege datus.

2 At si pro solvendo debito, pecuniam non habet, & cupit pœnam perjurii evitare, & liquidationem impedire, & audiri in suis exceptionibus, intrat regula illa, *Luat in corpore, qui non habet in ære.*

Proinde adstringitur se constituere in vinculis, ut possit audiri, & hic erit secundus modus.

3 Verum si debitor reperitur pro caussa criminali carceratus, audiendus non est, dum talis carceratio non impedit liquidationem factam; nam carceratus pro caussa criminali neque auditur adversus liquidationem, *Rocc. respons.* 16. *num.* 10. *tom.* 1.

Ideo si carceratus reperitur in ejusdem Curiæ carceribus, fit decretum; *quod procedatur ad ejus interrogationem, & procedatur ad liquidationem*, & facta interrogatione, & liquidatione in Curia, ad quam asportatur, expediuntur litteræ executoriales realiter, & personaliter, & fit empara in eisdem carceribus pro debito, & pœna, *Reg. Petr. Rit.* 166. *nu.* 164. ex *Thor. vot.* 84. *p.* 1., *de Judice Robert. consid.* 4. *nu.* 24. *Dom. Marad. in prax. cap.* 2. *num.* 135.

4 At si reperitur carceratus in carceribus Baronis, dummodo carceratio non sit affectata, admittitur fides ad impediendam liquidationem, *R. Petr. rit.* 166. *num.* 166.

Imo quilibet excusator potest pro parte carcerati citati, etiam non producta fide carcerationis, allegare carcerationis impedimentum; Et est concedenda competens dilatio, quia implicite censetur allegata absentia, *Sanfel. decis.* 306. *par.* 2.

5 Et affectatio carcerationis dicitur, quando facta est post expeditam citationem, & qualiter probetur, vide *Carav. Rit.* 269. *num.* 16. & Curia superior statim expedit provisiones, quod Curia inferior caute detineat carceratum, & ipsa inconsulta non liberet, vide *Carav. ubi supr.*

6 Et ut quis cognoscat, quando citatus extra carceres erit audiendus, & quando audiri non possit, nisi in vinculis constitutus, formabis regulam, quod si nullitas allegata constet in promptu, donec discutitur de nullitate ipsius instrumenti, tunc citatus non dicit caussam in vinculis, *Afflict. in Constit. Regni Instrum. robur notab.* 3. *Viv. dec.* 31. *num.* 8. & conferunt scripta per *Capyc. dec.* 175. ubi parte non opponente Judex ex officio potest repellere creditorem declarando contractum nullum, & usurarium, & semper exe-
7 cutio instrumenti impeditur ob nullitatem in promptu, ut quia deest annus Domini, vel testium subscriptiones, & similia, *Canarius de execut. instrum. qu.* 11 *num.* 71.

Quando vero exceptio simulationis, usuræ, ac nullitatis non probatur sic in promptu ex se ipso, tunc executio non impeditur, ita omnia *Novar. par.* 2. *qu. for.* 29.

C A P. XV.

De tertio modo impediendi liquidationem per probationem in continenti.

S U M M A R I U M.

LIquidatio impeditur, si Curia pro Tribunali sedente in continenti debitor probet satisfactionem, vel aliam exceptionem, qua offuschet liquiditatem, & extra carceres auditur, num. 1.

Creditor replicans adversus promptuarias probationes, & volens producere testes in contrarium, non auditur, sed fit decretum, quod procedatur ordinario, & impartitur terminus, num. 2.

Probatio in continenti quomodo intelligitur, num. 3. & num. 17.

Probatio promptuaria fit per quatuor modos; per publicum instrumentum; per scripturam authenticam; per testes, & per præsumptionem, num. 4.

Scriptura, quæ sit publica, & quæ privata, num. 5.

Scriptura privata authentica, quæ sit? num. 6.

Scriptura cum sigillo sufficienter probat ad impediendam liquidationem, num. 7.

Littera missiva cum sigillo mittentis, quando impediant liquidationem, num. 8.

Scriptura privata reperta in archivio publico probat ad impediendam liquidationem, num. 9.

Libri auctoritate publici officii scripti, & scriptura a publicis libris extracta sunt sufficientes ad impediendam liquidationem, num. 10.

Copia solutionis ex Banco sumpta, est sufficiens ad impediendam liquidationem, num. 11.

Copia simplex extracta a libro protocolli, vel fides Notarii sufficiens est ad impediendam liquidationem, licet ad faciendam liquidationem non sit sufficiens, cum præsentari debeat originale in charta coriacia, num. 12.

Libri rationum Ecclesiæ, vel Episcoporum, vel mercatorum non probant, verum contra scribentem probat etiam liber personæ privatæ, num. 13.

Acta Judiciorum probant, num. 14.

Scriptura privata recognita, vel in alio judicio verificata probat, num. 15.

Scriptura privata cum subscriptione trium testium, quomodo debet produci, ut impediat liquidationem, datur practica, num. 16.

Probatio per testes promptuarios non admittitur ad probandas alias exceptiones, nisi solutionis realis tantum, & auditur debitor extra carceres, & assignatur ratio, & declaratur probatio in continenti, num. 17.

Stylus Tribunalis investigari debet a Causidicis, & origo, & ratio, num. 18.

Instrumentum reassumptum si reperiatur penes debitorem, & alterum præsentetur a creditore, quid agendum, num. 19.

Revelationes vigore monitorialium an impediant liquidationem, num. 20.

Solutiones trium annorum pro censibus, an, & quando impediant liquidationem, num. 21.

1 MOdus impediendi liquidationem, optimus omnium erit, si in continenti Curia pro Tribunali sedente debitor probet satisfactionem, vel aliam exceptionem, quæ instrumentum reddat illiquidum, aut aliter defectuosum, vel quoquo modo liquiditatem offuschet, quia sic evitabit carcerem, & solutionem pœnæ, & auditur extra carceres, *Petra Rit.* 166. *num.* 167.

2 Et adeo privilegiata est hæc promptuaria probatio ad moderandum Ritus rigorem, quod non admittit creditorem replicantem adversus dictas promptuarias probationes, & volentem producere testes in contrarium, sed admissis probationibus rei citati reservantur jura creditoris in judicio ordinario, & fit decretum, quod *procedatur ordinario*, & impartitur terminus, *Dom. Marad. in prax. cap.* 4. post alios ibi collectos.

3 Quæ probatio in continenti intelligitur, ut debitori liceat eam facere intra illud intervallum, quod a citatione usque ad interrogationem labitur, idem *Petra d. rit.* 166. *num.* 167. *in fin.*

4 Hæc promptuaria probatio fieri potest similiter per tres modos, nempe per publicum instrumentum, per aliam scripturam authenticam, & etiam per testes productos in Curia pro Tribunali sedente, qui tres modi sunt expressi in *Rit.* 174. & 175. *Carav. & Petra ibi.*

His

His tribus modis probandi addunt *Doctores* quartum modum probandi per præsumptiones, ut inferius.

5 Hic nota, quod scriptura, licet sit a Notario confecta, si tamen non habeat requisita publicæ scripturæ, ut sit stipulata per publicum Notarium cum Judice ad Contractus, & testibus, & cum solemnibus ad actum publicum pertinentibus, ut in *Constit. Regn. Instrumentorum robur, & in Constit. Bajulos, Affl. ibi, & Doctores in Pragm. 1. de fide instrum. Gaitus de cred. tit. 1. num. 363.* tunc dicitur scriptura privata, & non publica, & plenam probationem non inducit, *Grat. decis. 104. Ricc. collect. 1794.* ex *Tex. in l. instrumenta, C. de probationib. Auth. si quis vult, C. qui potiores in pign. l. exempli, & l. rationes, C. de fide instrumentor.*

Quod procedit etiam in scripturis Fisci, & cujusvis privilegiati, *Genua de scriptura privata lib. 1. qu. 4. Cravett. de antiquitate temporis par. 1. num. 7.*

Verum per dictos *Ritus 174. & 175.* admittitur probatio per publicum instrumentum, vel per aliam scripturam authenticam in promptu productam. Inquirendum erit, quæ erunt istæ scripturæ authenticæ, quæ de per se faciant fidem ad hunc finem impediendi liquidationem.

6 Et concludo; Primo, sufficere scripturam privatam manu principalis subscriptam, & Notarii subscriptione roboratam, quia talis scriptura dicitur authentica, licet sit privata, *Petra rit. 174. num. 7.* ex *Lanfranco in prax. cap. 9. a num. 47.*

Et omnis scriptura facta manu publici Notarii dicitur authentica, *Carav. rit. 174. num. 3.* ex *Tex. in c. 2. extra de fide Instrumentor.* ubi *Innoc. Imol. & Hostiensis ibi.*

Et ratio est evidens; nam Notarius dicitur persona publica, matriculata, privilegiata, & destinata ad notandas, & scribendas partium conventiones, & vigore sui privilegii, & consuetudinis totius Orbis creditur scripturis authenticatis, subscriptione, vel sigillo Notarii munitis, & præsumptio est pro scriptura roborata per subscriptionem, vel sigillum Notarii, eique statur, donec contrarium probetur, & sufficit ad offuscandam liquidationem, & ad Ritus rigorem temperandum.

7 Secundus modus probandi in continenti, per scripturam privatam, quæ habeat sigillum authenticum, puta alicujus Episcopi, Capituli, vel Domini Secularis, *Carav. ubi sup.*, nam absque alio facit fidem, *Muscat. par. 7. glos. præsentatas num. 10.* ex *d. tex. in c. 2. de fide instrument.* & ibi *Abb. n. 8.* & per *Tex. in c. 3. de probat. & Abb. ibi num. 8.*

Quod ampliatur etiam, ubi sigillum esset privatum ipsius contrahentis, dummodo sit certum, ut quis habeat certos caracteres, vel litteras, *Abb. ubi supr. & Innoc. in d. c. 2.* & conferunt notata in *l. 2. C. de rebus creditis, Muscat. ubi sup.*

8 Ex hoc infertur, quod si producitur Epistola, quæ habet sigillum mittentis, quod poterit comprobari per verificationem sui, facit fidem, ut per *Bart. in l. nuda, alias mera in fin. ff. de donationib.* & per *Cassan. in repetit. admonendi col. 2. vers. circa tertium, Pisanell. ad Afflict. dec. 272.*

Et potest cogi creditor ad recognoscendum suum sigillum, & suam Epistolam, ex inferius latius dicendis *num. 16.*

9 Item si esset scriptura privata solemniter reperta in archivio publico; nam ratione loci fidem facit absque alia approbatione, ut in *Authent. ad hac, Cod. de fid. Instrum. & in c. ad audientiam de præscriptis*, & per *Affl. in dec. 18. num. 5. & 6. Musc. ubi supr.*

10 Item libri ratione, & auctoritate publici officii scripti fidem faciunt, ut in *l. quædam, §. nummularios, ff. de edendo cum similibus, Muscatell. ubi sup.*

Et generaliter scripturæ extractæ a libris publicis, vel a publico conservatis faciunt fidem, & publicam auctoritatem habent, *Rovit. pragm. 9. de feud. num. 8.*

11 Ex hoc infertur, quod copia apocæ ex Banco sumpta, seu fides solutionis per Bancum factæ, quamvis sit scriptura privata, tamen dicitur authentica, sufficiens ad impediendam liquidationem, *Petr. Rit. 134. num. 6.* ex *Milanens. dec. Siciliæ 13. sub num. 130. Fontanell. de pact. nuptialib. claus. 14. & fin. glos. unica part. 1. num. 17. tom. 2.*

Quia libri Bancorum ratione publici officii fiunt, ut supra.

12 Hinc quoque usus inolevit, ut tam in judicio, quam extra, præterquamquod in judicio criminali liquidationis instrumenti via *Ritus 166.* plenam fidem facit copia simplex extracta, vel fides Notarii extracta ex libro registri, sive protocolli Notarii, quia dictus liber protocolli, licet non sit originale instrumentum, tamen est liber, in quo registrantur originalia, qui liber fit ratione, & auctoritate publici officii ipsius Notarii.

Et in judicio criminali liquidationis tunc non facit fidem, quia debet præsentari originale, quod originale instrumentum in charta coriacia consignatur creditori, ut diximus late supra in *Cap. 1.* Facit tamen fidem ad impediendam liquidationem copia simplex, vel fides.

13 Sed adverte, quod libri rationum Ecclesiæ, Episcoporum, & similium, & libri mercatorum non probant, *de Marin. lib. 2. resol. 225.* ex *Mascard.* & aliis. Verum contra scribentem probat etiam liber personæ privatæ, idem *de Marin. lib. 2. resol. 115. n. 6.* Nisi liber etiam privati sit adminiculatus, de qua re dicemus in *Tit. 5. de librit.*

14 Item scriptura, quæ fit per quoscumque auctoritate Judicis, dicitur authentica, ut sunt acta Judiciorum, *Carav. in d. Rit. 174. d. n. 3.* ex *Innoc. in c. 1. de fide instrum. Afflict. dec. 271. in fin.*

15 Item scriptura privata, sed recognita, sive in alio judicio verificata, vel comprobata; nam tunc juxta *Tex. in l. scripturas, C. qui potior. in pignor. habeantur,* fidem facit, *Muscat. in d. glos. præsentatas p. 7. n. 10.*

16 Sed difficultas erit in scriptura non verificata, nec recognita, quæ manu privata scripta est cum subscriptione tamen trium testium, quæ similiter dicitur authentica, & quasi instrumentum, & impedit liquidationem; per *Text. in c. 2. extra de fid. instrum. & Imol. ibi, Hostiens. & Albas.* & latius *in rit. 167. num. 23. Jodoc. in prax. civil. cap. 175. num. 21.* quos citat, & sequitur *Dom. Petr. d. rit. 174. num. 1.* licet *num. 3.* videtur tenere cum *Foller.*

Nam *Foller. in prax. censuale in verb. tanquam res judicata num. 62. fol. 228.* concludit apocam privatam non recognitam, nec verificatam non impedire liquidationem instrumenti, verum, quod potest cogi creditor ad illam recognoscendam, eaque recognita impeditur liquidatio, & executio parata.

Et ita quoque firmat *Viscont. in conclus. verb. Judex potest compellere*; subnectens, quod ita intelligendus sit *Carav.*, alias male locutus esset.

Et ratio erit, quia scriptura privata licet sit tribus testibus roborata, non facit fidem de per se, sed tunc facit fidem, juxta *text. in l. scripturas, C. qui potiores in pignor. habeantur.* cum fuerit a dictis testibus comprobata, vel saltem per duos ex dictis testibus verificata, *Doctores in d. l. scripturas, & in l. admonendi, Afflict. decis. 181. num. 6. Muscat. par. 7. glos. præsentatas num. 13.*

Ex his colligi potest bona practica producendi apocam, & simul testes in dicta apoca subscriptos, saltem duos, qui in promptu comprobent dictam scripturam. Dum per dictum *Ritum 175* non rejicitur probatio promptuaria per testes a debitore tempore interrogationis productos, ibi: *Vel per testes se satis-*

satisfecisse suo Adversario.

Et si testes promptuarios non habeat, potest ibidem in actu liquidationis compellere creditorem ad recognoscendam apocam de recepto privatam. Et verba *Ritus* 166. sunt clara, ibi: *Simili modo comparere debeant personaliter creditores debitorum ipsorum responsuri super his, quæ versa vice de jure competunt ad relevamen debitorum eorundem.*

Explicatis duobus modis probandi, nempe per publicum instrumentum, & per aliam authenticam scripturam, ut supra, transeamus ad tertium modum probandi per testes.

Tertius itaque modus probandi, erit per testes promptuarios.

17 Sed hic tertius modus non admittitur ad probandas alias exceptiones, nisi solutionis realis tantum, ut discusso plene articulo anno 1662. in causa liquidationis petitæ per Ill. Comitem Celani, contra Ill. Principem Belvederis opponentem exceptionem simulationis, fuit junctis Aulis M. C. V. provisum, quod recipiantur testes super satisfactione tantum; Et per omnes Actuarios M. C. V. fuit attestatum de stylo immemorabili, quod testes Curia pro Tribunali recipiuntur solum super satisfactione extra carceres, ita *Reg. Petr. rit.175.num.9.* post *Staib.resol.21.tom.1. & resol.132. tom.2. respons. 90. num.6. Merlin. contr.240. tom.2.*

Rejectis *Carav. rit.166. num. 6. & rit.174. & 175. num. 2. Francisco de Judice Roberto cons.4. num.54. Galter. 2. par. tertia par. rubr. 2. num.55. vers. unde debitor, de Marin. tom.1.resol.191.num.15. P.Gaet. de Affl.controv.48.n.22. Thor. in supplem.verb.liquidat in instrum. an impediri possit fol.377.*

Et ratio assignatur a dicto *Reg.Petra*, quia opponens satisfactionem, non est perjurus, dum non impugnat instrumentum, imo illum acceptat, sed opponens aliam exceptionem contra veritatem debiti jurati, dicitur perjurus, qui extra carceres audiri non debet, veniens contra proprium juramentum; merito Ill. Princeps Belvederis, qui opposuit simulationem, non fuit admissus producere testes promptuarios.

Hæc ratio assignata non videtur vera, quia *Ritus* 166. admittit probationes in continenti extra carceres, etiam ad probandas exceptiones, quæ sunt contra veritatem debiti, & substantiam instrumenti, & clare habetur ex verbis in *fine Ritus*, ibi: *Et si debitores in continenti, vel in vinculis existentes probaverint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos.*

Potest itaque in continenti probare, debitum esse satisfactum, non esse verum instrumentum, sed falsum, vel quod instrumentum non valet ob alium defectum.

Nec in Ritu distinguitur probatio in continenti, qualiter sit facienda, si per instrumentum tantum, & non per testes promptuarios; Et cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Et si esset vera ratio adducta per *Reg. Petr.*, ut debitor perjurus non possit audiri extra carceres, & quod ei obstaret juramentum, nullo modo probatio in continenti admitteretur per Ritum prædictum; At cum Ritus admittit probationem in continenti ad probandas omnes exceptiones, nulla exceptione, nullaque distinctione adhibita: alia ratio quærenda est, cur stylus M.C.V. & decisio relata in causa Ill. Comitis Celani, cum Ill. Principe Belved. non admisit probationem per testes in aliis exceptionibus, nisi solum in exceptione solutionis.

Et idem *Reg.Petr. in d.rit.166.num.178.* firmat conclusionem, quod admittuntur omnes exceptiones extra vincula ad impediendam liquidationem etiam quæ impugnant instrumentum, si in promptu probentur.

Sed dubium facit, an Curia pro Tribunali sedente possint recipi testes, nedum super satisfactione, sed etiam super aliis exceptionibus; & se remittit ad tradita per ipsum in *Rit.175.* ubi dicit, esse rejiciendos testes promptuarios in iis, quæ impugnant instrumentum, ea ratione, ut supra.

Et *num.9.* dicit ex *Carav.* quod nullus negat, quin possint produci Instrumenta, & aliæ scripturæ impugnantes contra veritatem debiti, & contra instrumentum, sed praxis, & stylus M. C. rejicit solum testes, illosque admittit in probanda solutione tantum.

18 Nec mihi placet illa cantilena aliquorum dicentium, quod non sit quærenda ratio de stylo, quia illa est responsio imperitiam denotans, & turpe est Doctori ignorare ea, circa quæ versatur: Et peritiores Causidici semper debent investigare originem, & rationem praxis, & stylus Tribun.

Ratio itaque dictæ diversitatis, & distinctionis illa erit vera secundum meam rudem intelligentiam; quia probatio in continenti, quam *Rit.166.* admittit, tunc intelligitur facta in continenti contra instrumentum liquidum, & publicum, quando in ipso instanti, Curia pro Tribunali sedente producitur aliud instrumentum pariter liquidum, & publicum, vel alia scriptura authentica, & plenam fidem faciens.

At secus, ubi ad probandam exceptionem producerentur testes, licet eodem instanti, & Curia pro Tribunali sedente examinentur, tunc non dicitur in continenti probata, sed ex intervallo, *Staib.lib.2.resol.132. num.11.* ubi dicit hanc esse auream doctrinam *Caroli de Crass.in tract.de except. ad materiam statuti except. 2.num.6.* in parvis *fol.32. Boer. decis.295. n.7. Menoch. de arbit. cas.17. in fin. Milanens. decis.8. num.21.lib.2. Cavalc. decis.28.num.33. lib.2.* Ea forsan ratione, quia scriptura publica, vel authentica, dicitur actio probata absque ullo intervallo; sed testes possunt recusari, & quoad personas, & eorum dicta repulsari, & sic requiritur intervallum temporis, adeo quod non posset dici probatio in continenti ad sensum Ritus.

Et propterea probatio per testes cum non sit de illis, quæ in continenti admittuntur per Ritum, nil relevat ad impediendam executionem instrumenti.

Et adeo hoc est verum, quod ut in probanda solutione relevari posset debitor per testes promptuarios, necesse fuit hoc per alium specialem *Ritum* 175. explicari, & peculiari privilegio fulciri, ut probatio per testes, licet non sit probatio in continenti, tamen admittatur in probanda solutione facta; ea ratione, quia rigor *Ritus* 166. fundatur, ut executio promissionis juratæ non impediatur, & allegans solutionem, non impedit executionem juramenti, sed probat fuisse juramentum servatum in sua forma specifica, quod ubi id verum dignosceretur, rigor cessare debet.

Quod secus, ubi debitor excepit contra observantiam juramenti: nam tunc non potest admitti probatio testium, nisi prius adimpleto juramento per depositum totius summæ, vel per executionem personalem se constituendo intra carceres.

Et hoc expresse colligitur ex *pragm.8. de instrum. liquid. in §.7.* ubi mandat, quod si in actu interrogationis debitor opponat exceptionem, quæ impugnat instrumentum, supersedeatur executio in bonis, & audiatur in vinculis, vel facto deposito; Et sic ratio assignata a *Petra* est vera ratio rationis.

19 Quartus modus probandi per præsumptam solutionem debiti, additur a *Doctoribus*, & exemplificatur, si penes debitorem reperiatur alterum instrumentum reassumptum, & in promptu per testes valide constet, illud fuisse a creditore restitutum debitori; nam tali casu debitum remissum præsumitur, *R. Petra rit. 166. n.145. fol.55.* ex *Seraphin. dec.1093. num.8. de Franch. dec.361.*

20 In hoc quarto modo potest numerari copia authentica revelationum vigore litterarum monitorialium, in quibus testes revelaverunt, solutionem esse factam; Nam per dictam copiam præsentatam impeditur liquidatio, non obstante, quod testes non sint jurati, & probatio sit extrajudicialis, *Calà de mod. artic. glos. 3. §. 1. qu. 29. num. 15. Capyc. dec. 175. Thor. verb. instrumentum an liquidari possit p. 3. Galter. 2. p. par. 3. n. 44.*

Licet contrarium substineat *de Luca ad Franch. observat. 366. num. 4.* quia illi testes non probant, nisi repetantur judicialiter, *Andreol. controv. 270. Cons. Altim. ad Rovit. cons. 13. lib. 2. num. 30.* rejectis contrariis.

Ego distinguerem, quod revelationes quando recipiuntur juxta stylum Cur. Arch. Neap., ubi in ipsa Cur. Archiep. prævio juramento revelans deponit prius super interrogatoriis partis adversæ, deinde super capitibus monitoriis, & sic dicuntur jurati judicialiter citata parte ad videndum illorum juramenta, saltem per illam generalem citationem monitorii, licet debeant repeti coram Judice competenti, tamen sufficiunt ad offuscandam liquidationem, & illam impediendam.

At ubi revelantes non examinantur in Curia Ecclesiastica, sed juxta stylum Curiæ Episc. Caputaque., & nonnullarum Curiarum Ecclesiast. revelationes scribuntur extrajudicialiter, quæ sæpe dictantur a parte, & fraus facile committi potest, tunc eis nulla est habenda fides. nisi repetitis formiter, & sic conciliari possunt dictæ duæ opiniones contrariæ.

Sed in M. C. audio non admitti, nisi testes producantur Curia pro Trib. sedente viva voce; tunc impeditur liquidatio, & extra carceres auditur debitor citatus, & datur terminus in caussa, & ex via executiva fit ordinaria, *Galt. 2. p. par. tert. num. 35. Carlev. lib. 1. disp. 8. n. 35.*

21 Præsumpta solutio etiam exemplificari potest, quoties debitor produxerit solutiones trium annorum pro censibus ad formam *text. in l. quicumque C. de apoc. publ. lib. 10.* per quas tres solutiones ultimas, & continuas præsumuntur antecedentes annatæ omnes satisfactæ, & per hanc præsumptam satisfactionem impeditur liquidatio, *Dom. Marad. in prax. cap. 4. num. 6. ex Soler. de process. exec. cap. 1. par. 4. num. 129. 142. & 491.*, & ex *Merend. controv. 16. lib. 11. controv. 9. lib. 6. n. 8. & controv. 28. lib. 24. n. 38. & Suarez ibi.*

C A P. XVI.

De quarto, quinto, & sexto modo impediendi liquidationem per appellationem, vel comparitionem de sero, vel declarationem instrumenti rescissi.

S U M M A R I U M.

Appellatio ab indebita citatione impedit liquidationem instrumenti, & quomodo expediantur provisiones, num. 1.

Comparitio de sero usque ad Galli cantum impedit liquidationem, num. 2.

Sanfelic. decis. 32. *declaratur,* num. 3.

Debitor declarans habere instrumentum pro rescisso, impedit liquidationem, & evitat pœnam, & dicta declaratio; an possit fieri post citationem super tenore, adsunt repugnantes opiniones, num. 4.

" *Rescissio contractus hodie fit in via executiva, & absque*
" *termino, dum agitur de obligationibus de facie ad fa-*
" *ciem; & solutis tertiis statuto termino, sive dato con-*
" *tractu pro rescisso, non exigitur pœna; & traditur*
" *formula decreti,* num. 5.

1 Quartus modus est, ut ab indebita citatione appellet, præsentando decretationem appellationis cum scripturis discutiendis, & cautionem præstet; De quo dixi in *Pragm. 8. §. 7.* ubi vide infra in *Cap. 24.*

Unum hic addo, quod si interponitur appellatio a Curiis inferioribus ad Judicem secundarum caussarum, vel ad Regiam Audientiam, vel ad M.C.V. se quis gravando a citatione super tenore instrumenti, tunc expediuntur provisiones, quod comparente debitore personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis Regiæ Audientiæ, sive illius Judicis, ad quem appellatum est, de se præsentando coram Judice declarando, Judex a quo transmittat acta, & per dies . . . . . supersedeat, *D. Marad. in prax. cap. 2. num. 114.*

2 Quintus modus tandem erit, ut citatus compareat de sero usque ad Galli cantum, per quam comparitionem suspenditur liquidatio usque ad novam instantiam creditoris, de quo diximus etiam in *d. Prag. 8. §. 7. infra in Cap. 24.* ubi te remitto, ne eadem repetamus hic.

3 Verum addere hic fas est, quod licet *Sanfel. dec. 32. par. 1.* referat, fuisse decisum, comparitionem de sero minime præsentari posse per Procuratorem, aut excusatorem, sed fieri debere ab ipsismet principalibus, de qua meminit *Thor. in supplem. compen. dec. verb. Excusator*; tamen contrarium solidissimis argumentis concludit *Reg. Petra Rit. 206. a num. 8.* & declarat decisionem *Sanfel.* esse intelligendam, quando principalis debitor existit in eodem loco judicii, vel parum distanti, itaut posset personaliter de sero comparere, ex verbis ejusdem *Sanfel.* ibi: *Allegans citatum reperiri infirmum in loco, in quo potest accedere Judex ante primum somnum.* Unde hoc ex mente ejusdem *Sanfel.* habetur, secus quando adest distantia magna, quia tunc potest Procurator pro absente, & infirmo de sero comparere, & contumaciam purgare; vigore *Pragm. 8.* in qua datur facultas Procuratori comparendi pro infirmo absente, distinctione, & restrictione.

Item Procurator, & quilibet amicus potest de sero purgare contumaciam, præsentando pecuniam, vel fidem crediti, & dicemus in *sequenti cap. num. 9.* ubi distinguitur, & declaratur hæc conclusio.

4 Sextus modus erit, ut debitor sponte declaret habere instrumentum pro rescisso, quia habito consensu debitoris expediuntur literæ exequutoriales pro debito tantum, & evitatur pœna fisci pro perjurio, & unus ex Judicibus M.C. interponit decretum, v3.

Quod stante debitoris consensu præstito habeatur instrumentum pro rescisso, & expediantur, & consignentur literæ exequutoriales realiter, & personaliter in beneficium creditoris.

Et licet *Episc. Afflict. in addit. supplem. in calce suarum controvers. ad cap. 30. nu. 53.* dicat petitionem debitoris, ut instrumentum habeatur pro rescisso, esse faciendam ante expeditam citationem, cum post citationem sit acquisitum jus fisco; tamen etiam post citationem super tenore instrumenti admissam, & practicatam refert *Thor. in compend. decis. par. 3. sect. 2. ver. Nullitas Actorum fol. 175.*

5 Quid autem circa hanc rescissionis contractus materiem fuerit per Regem nostrum constitutum, patet
" ex ejus Regia *Constitutione* supra allegata §. 1. num.
" 16. ibi enim sancitum fuit, quod in Instrumentis, in
" quibus intervenit debitoris obligatio de facie ad
" ad faciem, & in casibus, in quibus competit liqui-
" dationis actio, non ut praxis erat, dato termino,
" sed in via executiva possit fieri contractuum rescis-
" sio; itaut unico decreto a Judicibus sit decernen-
" dum: *infra dies viginti solvant tam capitale, quam*
" *tertias; Verum si infra eundem terminum solverint*
" *tertias, supersedeatur a solutione capitalis, alias*
" *di-*

„ *dicto termino elapso exequatur Decretum tam pro* „ *capitali, cum pro tertiis.* Quod decretum debet „ personaliter notificari debitori a Nuncio cum in„terventu Scribæ Causæ in hac Civitate; in Regno „ tamen manu publici Notarii cum interventu Actua„rii Curiæ. Quo Decreto notificato, si debitor „ infra prædictum terminum non satisfecerit tertias, „ sive interesse, obstringitur pœna quinque pro cen„tum in beneficium Regii Fisci; quod cessat non „ solum si satisfecerit, sed etiam si pro rescisso contra„ctum habuerit; salvis tamen contra dictum Instru„mentum, & adversus debitum exceptionibus justitiæ, „ quæ possunt eidem de jure competere.

C A P. XVII.

De septimo modo impediendi liquidationem instrumenti, nempe per Procuratorem.

S U M M A R I U M.

P*Erjurus non amplius punitur pœna corporali*, num.1.

Procurator admittitur de jure communi in omni Judicio criminali, ubi pœna esset pecuniaria, etiam, quod sit subrogata in locum pœnæ corporalis, num.2.

Et sic erat etiam de jure Regni antiquitus, secus hodie.

Citatus pro pœna pecuniaria in mandato contenta personaliter, & non per Procuratorem comparere debet, num.3.

Procurator in foro Ecclesiastico admittitur in delictis citra Relegationem, num.4.

Procurator admittitur pro infirmo in judicio liquidationis instrumenti, num.5.

Cautela traditur, quando ob distantiam produci non potest instrumentum infirmitatis, & mandati infirmi citati super tenore instrumenti, num.6.

Procurator admittitur, quando plures ultra decem sunt citati, num.7.

Item quando citatur mulier, sive maritata, sive vidua sit.

Procurator potest nullitates proponere in judicio liquidationis instrumenti, & quando nullitates impediant, num.8.

Procurator, & quilibet amicus admittitur ad depositum explicitum faciendum; etiam de foro post contumaciam, cum distinctione tamen, num.9.

Procurator admittitur, ubi exceptio oritur ex ventre instrumenti, ut est præscriptionis, circumductæ citationis, vel factæ die festivo, vel facta sine testibus, vel sine nomine Nuntii citantis, num.10.

Census non debetur, si pro capitali pretio apparent tradita mobilia, vel animalia, num.11.

Extra vincula, in quibus casibus auditur debitor citatus super tenore instrumenti, num.12.

Contractus bonorum ad partitum prohibitus per Pragm. 1. de contract. *declaratur*, num.13.

Universitates Regni prohibentur facere aliquos contractus, & qui sint num.14.

Prag. 11. & 18. de administ. Univers. *declarantur*, num.15.

Pragm. 1. de cens. *declaratur*, num.16.

Bulla Pii V., Papæ Nicolai V. & Gregorii XIII. *declarantur circa censum constituendum*, num.17.

D. U. J. D. Jacobus de Nigris *Terræ Viggiani laudatur*, num.18.

Dom. Reverendiss. Achilles Leopardus *laudatur*, n. 19.

Illustriss. Episcopus Leopardus *laudatur*.

Liquidari non potest instrumentum, ubi per Bancum fuit solutum capitale, nisi præsentetur partita Banci, num.20.

Census constitui potest ex debito antecedenti, dummodo constet sine fraude fuisse debitum, & in citatione super tenore fiat mentio, num.21.

1 LIcet attenta regula juris communis Procurator admitti deberet in judicio liquidationis instrumenti, non obstante, quod sit judicium criminale perjurii, quia hodie perjurus non amplius punitur pœna corporali, sed tantum pecuniaria, quo casu Procu-
2 rator admittitur de jure communi, ex *Tex. in l. 2. §. plane, ff. an per aliam causam appellationes reddi possunt*; etiam si pœna pecuniaria sit subrogata in locum pœnæ corporalis, *Granz. in cons. 37. ex Bart. Bald. & aliis*; Imo etiam de jure nostri Regni per *Rit. M.C. 91.*

Observantia tamen in nostris Tribunalibus inolevit contra jus commune, & contra dictum *Rit. 91.* ut Procurator in caussa liquidationis non admittatur, *Carav. rit. 182. num. 9. Affl. dec. 64. Gals. de liquid. instr. consil. 3. num. 10.*

3 Nam etiam in casu, quo sit quis citatus pro pœna pecuniaria in mandato contenta, debet personaliter comparere, & non admittitur per Procuratorem, ut dixi in *addit. ad Sarn. cap. 22. in prax. crim. part. 1.* Ubi
4 etiam dixi, quod in foro Ecclesiastico admittitur Procurator in delictis citra relegationem, teste *Rosar. Riccio meo fil. io in sua Prax. Eccl. cap. 88. nu. 1.*

Et rationem diversitatis ibi tradidit, quia per subsequentem *Ritum 269.* remanet correctum jus commune, & *Ritus 91.* in laicalibus Curiis nostri Regni, dum dictus *Rit. 269.* non admittit Procuratorem, nec excusatorem, nisi in tribus casibus ad allegandam infirmitatem, absentiam, & captivitatem.

Sunt tamen nonnulli casus, in quibus non solum excusator, & quilibet amicus, prout in omni judicio criminali, admittitur, sed ad allegandas aliquas exceptiones admittitur Procurator.

5 Et primo, pro debitore infirmo potest fieri actus interrogationis, sive liquidationis cum Procuratore infirmi, de qua praxi loquitur *Pragm. 7. de instr. mo. liquid.* ubi late dixi, & ibi te remitto.

6 Hic adde cautelam, ut quando infra terminum citationis non poterit ob distantiam produci fides Medici, & mandatum Procuratoris, tunc pro infirmo supplicetur Collat. Cons. petendo congruum terminum; ubi per Collat. solet mandari, quod M. C. provideat de congruo tempore ad producendam fidem infirmitatis, & mandatum, servata forma *Reg. Prag.*

Et per M.C. interponitur decretum: *Remaneat condemnatus*, verum si produxerit instrumentum infirmitatis, & procurationis infra tot dies, procedatur cum Procuratore, & deleatur a contumacia, *D. Moradell prax. cap. 2. num. 124.*

7 Procurator potest quoque comparere, quando instrumentum accusatur contra plures ultra decem, quia tantus numerus facit populum, & possunt comparere per Procuratorem in omni judicio criminali, *D. Altim. in rubr. 11. de nullit. qu. 27. num. 348. ex Bald. in l. quidem col. 7. C. de accus. Galen. de Prac. par. 2. cap. 5. num. 197.*

Item quando citatur mulier maritata, vel vidua, poterit comparere per Procuratorem, idem *D. Altim. ubi supr. num. 349. ex Auctore incerto, fol. 602.*

8 Procurator potest etiam nullitates proponere, & præsentare contra decretum, quod debitor remaneat condemnatus, & pœna ponatur in libro Infermi; ita decisum, *Petr. rit. 206. num. 16. & Prat. respons. fiscal. 32. num. 2. & 51.* quos citat *de Luc. ad Reg. de Marin. mellier. 187. num. 10.*

Et nullitates notoriæ ex eisdem actis impediunt executionem instrumenti liquidati, ita decisum apud *Sanfel. dec. 199. tom. 2.* & colligitur ex §. 3. *Pragm. 8. hoc tit. ibi: Restando però libera facoltà alla Parte di poter dire di nullità*, & *R. de Marin. in resol. 188. in fin.* ita concludit ad limitationem *Pragm. 8. §. 7.* ut super *dict. Pragm.* dixi in *Cap. 24.*

9 Item Procurator, vel quilibet amicus potest pecu-

niam,

niam ; vel fidem crediti explicitam præsentare, tam Curia pro Tribunali sedente, quam post rectam Curiam usque ad Galli cantum nomine debitoris contumacis, comparendo de foro, & contumaciam purgare, & liquidationem impedire, ut decisum refert *Merl. cent. 1. contr. for.* 82. Quia licitum est cuilibet solvere, etiam invito debitore, *l. solutionem 23. ff. de solut. l. qui decem 72. §. sed quid si ignorante eod. tit. Reg. Petr. rit.* 160. *num.* 4. ut diximus in *præced. Cap.* 16. *nu.* 2. & 3.

Verum si debitor non est contumax, quia fuit præsens interrogationi, & Curia pro Tribunali sedente fuit factum decretum liquidationis, tunc nec ipse principalis, vel alius pro eo poterit amplius de foro post rectam Curiam audiri, & evadere pœnam jam acquisitam fisco, ut bene distinguit *Carav. d. rit.* 169.

10 Procurator admittitur etiam ad impediendam executionem via *Ritus* 166., quando opponenda erit aliqua exceptio, quæ ex ventre instrumenti oritur, quam Judex ex officio animadvertere tenetur, & ex Judicis inadvertentia fuerit citatio nulliter, & male expedita, tunc non cogitur personaliter comparere principalis citatus, sed mediante persona Procuratoris, potest illam exceptionem opponere, & de nullitate dicere, & liquidationem impedire, ut si instrumentum esset illiquidum, poterit Procurator exceptionem illiquidationis allegare, *Carav. rit.* 166. *num.* 17. & alii citati per *Reg. Petr. d. rit.* 166. *num.* 63.

Hinc est, quod Procurator potest dicere de nullitate citationis circumductæ, & opponere exceptionem præscriptionis 20. annorum decursorum contra instrumentum. Imo cauti debitores non comparent in hujusmodi casibus, sed mittunt alium ad opponendum eorum nomine, *Reg. Petr. rit.* 167. *num.* 8. *in medio.*

Exceptiones enim nascentes ex eodem instrumento, quæ apparent ex chartarum revolutione, admittuntur adversus instrumentum etiam liquidatum, & debitor auditur extra vincula, & absque deposito facto; Ita bis decisum refert *Sanfel. dec.* 312. *p.* 2.

Quia exceptio nullitatis non est proprie exceptio, ut notat *Reg. Petra rit.* 299. *num.* 16. Et exceptio notoria per quemcumque opponi potest in hoc Regno in Judicio criminali, ut si relatio careat nomine Nuntii citantis, vel si fuisset citatio sine testibus, vel facta die festivo, vel non accusata suo die, *Reg. Petra ubi supra.*

11 Et similiter si in instrumento censuali pro pretio apparent tradita aliqua mobilia, vel animalia, quia eo ipso nullus reputatur contractus censualis ; & census non debetur, impeditur liquidatio, & executio; & de hac nullitate extra vincula in actu liquidationis
12 potest debitor excipere, & ita practicari in M.C.V. testatur *Novarius p.* 2. *q. for.* 29. *in fin.* Et quod censualis contractus constitui non possit ex pretio mobilium sanxit *Prag.* 1. *de contract.* & quod nullitati subjaceat, tradit *Viv. dec.* 365. *Mastrill. de Gregor. qu.* 5. *num.* 224. *Duard. add.* §. 2. *sub num.* 43.

Et amplia, etiam si cum hujusmodi pretio fuisset admissa aliqua pecuniæ quantitas, *Capyc. Latr. ad d. cons.* 70. *a num.* 45. & ex aliis probat *D. Cons. Petr. rit.* 20. *nu.* 15.

Nam re vera dicta *Pragm.* 1. *de contract.* prohibet simulatos, & fraudulentos contractus, vulgo dictos, *di robe a partito*, & puniuntur contrahentes, & Notarius uti usurarii manifesti. Et probatio sufficiens erit, si verisimiliter emptor non egeat bonis emptis, vel appareat, quod bona illa sint ultra usum suum.

13 Exemplificatur datio bonorum ad partitum in *d. pragm.* ut quando dantur mobilia, animalia, & etiam stabilia, aut liberantiæ, aut nomina debitorum cum pauca summa pecuniæ pro pretio satis ultra justum, super quo fit emptio annualitatis ad decem pro centum, vel fit contractus mutui sine numeratione pecuniæ in locum contractus venditionis.

Vel datur pecunia filiis familias, ut post mortem patris reddatur major summa. Vel quando egentes nummis conveniunt, ut emant a fœneratoribus, habita fide de pretio, qui elapso termino dato ad solvendum, revendunt eidem venditori, vel aliis pro minori pretio, & sic indirecte solvunt usuram. Hujusmodi, & similes contractus tamquam usurarii prohibiti per dictam *Pragm.* 1. *de contractib.*

14 Sicuti etiam sunt nulli contractus, quos faciunt Universitates, etiam per interpositas personas particularium, accipiendo pecuniam, juxta vocem frumenti, olei, serici, & similium, vel pecunias ad cambium, vel aliud interesse, quia hoc prohibetur
15 per *Pragm.* 11. & 18. *de adm. Univers. versic. E per evitare le fraudi*, sub pœna nullitatis contractus, & relegationis per triennium nobilibus, & triremis ignobilibus, & alia pœna arbitraria.

16 At quando sine dolo, & sine fraude dantur fungibilia loco pretii consistentia in pondere, numero, & mensura, valide constituitur census, ut firmat *Greg. qu.* 5. *lit. B. num.* 22. Quod colligitur ex Bulla Papæ *Nicolai V.* inserta in *Pragm.* 1. *de censib.* ibi : *Decimam partem principalis recepti, seu pretii eorundem non excedat.*

17 Et quod in hoc Regno Neap. vigore dictæ Bullæ Papæ *Nicolai* sufficit confessio de recepto, vel quod qui censum constituit ex alia caussa sit debitor in ea summa, pro qua constituitur census, late concludit *de Marin. lib.* 2. *resol.* 20. *num.* 11. *P. Sales tract. de contract. licit. de censibus dub.* 8. *num.* 13. *Rovit. in Pragm.* 1. *nu.* 8. *de censib. & rubr. de censib. num.* 5. ex notabili *tex. in l. si ex pretio* 6. *C. si certum petatur*, quod intellige, ut dicemus infra *n.* 19.

Potest enim una debiti caussa in aliam transferri, *l. singularia* 17. §. *quod igitur, ff. si certum petatur* ; Et passim in hoc Regno, qui debet aliquid in specie, illud loco pretii subrogando, vendit, & dat insolutum creditori annuos census, ex *l.* 4. *C. de evict. l. libera* 8. *C. de sentent. & interlocut. l. si quis aliam* 46. *ff. de solut.*

Quo casu fingitur pecunia numerata pro pretio rei venditæ, & postmodum a venditore emptori pro censu constituendo retrodata, ut ex *d. l. singularia* advertit *de Marin. d. resol.* 20. *lib.* 2. *in fin.* ex *Mastrill. ad Gregor. d. qu.* 5. *num.* 177.

Idemque firmat, si emptor venditori dederit insolutum nomen sui debitoris, ita tamen ut pretium non intelligatur solutum, nisi pro quantitate a vendente postmodum exacta, deductis expensis in exigendo erogatis; ita *Gregor. loc. cit.* ex *Marin.* ibi allegato.

Et licet Bulla *Pii V. de censib.* requirat numerationem pecuniæ ad validitatem census, tamen dicta Bulla *Pii V.* numquam fuit in Regno Neap. apud laicales Curias recepta ; ideo requisitum pecuniæ numerationis, quod in dicta Bulla sancitur, non est in hoc Regno necessarium, ubi servatur Bulla *Nicol. in d. Prag.* 1. *inserta* ; ita *Regens de Ponte de potest. Prorег. tit. de Regal. impositis*, §. 7. *num.* 64. *in cons.* 41. *num.* 37. *lib.* 2. & *Constant. in l.* 1. *num.* 42. *C. de fisc. usuris lib.* 10. *num.* 44. *de Marin. lib.* 1. *resol.* 163. *num.* 5. *Galeot. lib.* 1. *contr.* 61. *num.* 553.

Et licet non desint *DD.* tenentes dictam Bullam *Pii V.* esse servandam in Regno, tanquam disponentem circa materiam peccati.

Ut sunt *Viv. decis.* 369. & *comm. opin.* 1052. *Carol. Brancacius in alleg. inserta per Lagan. ad Rovit. in rub. de censib.* & idem *Lagan. ibidem*, *Novar. sup. Bullam Pii, Nicolai, & Gregorii XIII. num.* 2. 3. & 7. *Carrab. sing.* 57.

Tamen est advertendum, quod dicta Bulla *Pii V.* fuit edita Romæ die 14. Kalend. Febr. 1569., post quam si-

supervenit alia Bulla *Gregor. XIII.* data die 7. Januar. 1574. quæ mandat in Regno servari Bullam *Nicolai* & quia Bulla *Nicolai* permisit cēsum valide imponi super omnibus bonis absque speciali corpore subjugato.

Ideo dictus *Gregor.XIII.* addidit, ut in re certa constituatur census, & deinde omnia alia bona quoque obligari poterunt, ut advertit *Conversan.in annot.ad Intriglial.ad hanc Pragm.qu.35. lit.A.* ubi *lit. B.* notabiliter subiicit, quod si certa res censui subjugata non sit adeo frugifera, ut sufficiat ad solvendum censum, contractus erit usurarius, quamvis alia bona generaliter subjugata essent sufficientia, ut advertit *Conversan.ad Intrigl.in annot.ad Pragm.de censib.lit.B.*

Ideo ex contrario sensu dictæ Bullæ *Gregor.XIII.* in Regno non servatur Bulla *Pii*, sed solum illa *Nicolai*, ut sup.

Quæ Bulla *Pii*, neque in Hispaniis, neque in Gallia, Belgia, & Germania fuit recepta, neque in Regno Siciliæ, testatur *Lessius lib.2.cancl.7.*

Imo nec in Italia ex tacito Pontificis consensu omnes conditiones positæ in illa Bulla servantur, ut testatur *Epic.Riccius resol.205.nu.1. Barbos.in summ. Apost.decis.col.142.num.4.*

Et in Curiis laicalibus hodie sic sine dubio servatum fuit, & servari videmus.

Dubium solum restat in Curiis Ecclesiasticis, dum si per appellationem caussa transmitteretur ad Romanam Curiam, ubi dicta Bolla *Pii* servatur, certe revocaretur sententia Judicis Ecclesiastici inferioris, unde, dum Episc.Caputaquensis hoc dubium proposuit, Sacra Congregatio Episc.& Regul. ei respondit anno 1595. v3.

Al Vescovo di Capaccio, in materia de' censi: si doverà osservare la Bolla di Pio Quinto, e non quella di Nicolò V.

18 Proinde in quadam lite vertente in Episc. Curia Tricaricensi, patrocinante eruditissimo U. J. D. Jacobo de Nigris Viggianensi in conflictu tot Doctorum

19 Reverendiss. Achilles Leopardus tunc Vicarius Gen. omni doctrina, & morum probitate refertus Illustriss. Episcopum Leopardum suum Patruum consuluit, qui inter Juris prudentes nostræ tempestatis primum locum tenet, & ipse respondit servandam esse Bullam Pii per Judices Ecclesiasticos, licet non servetur per Judices laicos in Regno, ea ratione, quia M C.V.& S.R.C.Neap. in gradu appellationis Bullam Pii non admitteret, sed Curia Romana contra Bullam Pii non judicaret. Et ita mihi narravit dictus de Nigris meus amatissimus amicus, digna propago illius eximii Doctoris Jo:Ant. de Nigris, qui capitula Regni egregie commentavit, & dilucidavit.

Adeo inter Ecclesiasticos servatur Bulla Piana, quod si cum Clerico debitore se obligaret, vel fidejuberet laicus, & in laicali Curia liquidaretur instrumentum contra laicum pro censu constituto absque pecunia numerata; impeditur liquidatio & interloqueretur, ut agatur ordinarie, & ita decisum refert *D.Marad.in d.sua Prax.cap.4.num.449.* quia respectu Clerici obstat nullitas census constituti contra formam Bullæ Pianæ, quæ nullitas militat etiam contra laicum fidejussorem Clerici, qui contra dictam Bullam non valide contraxit sine pecunia numerata.

20 Unum hic nota, quod non potest liquidari instrumentum, in quo non apparet numerata pecunia, sed apparet soluta per medium publici Banci, nisi simul cum instrumento præsentetur etiam partita Banci, ex qua constat fuisse vere numeratam pecuniam a Banco, ut advertit *Scopp.ad Nicol.n.100. fol.88.Prat. discept. for.29. tom.3.*

21 Et non potest liquidari instrumentum censuale, in quo apparet, censum esse constitutum ex debito antecedenti, nisi prius constet, & liqueat debitum antecedens vere, & sine fraude fuisse debitum.

Nam Praxi receptum est in hoc nostro Regno, quod absque dubio constituitur census ex debito antecedenti, ut dixi superius *num.15.* quando vere constat de debito, semota fraude, ut concludit *Reg. Petr. in Rit.20.n.15.ex Castill. dec.140. lib.2. Rodriquez lib.1. qu.13.n.4. & lib.3.qu.3. num.40.* rejectis *Staib. resol. 64.n.11. Felician.de censib.lib.1.cap.8. n.13.to.1. Cenc. de censib.qu.1. & 5.part.2.cap.1.n.37. Andr. col. tom.3. controv.226.* & aliis tenentibus non esse validum censum constitutum ex debito antecedenti.

Unde in mense Aprilis 1698. dum Ill. Marchio Altavillæ convenisset in M. C. quemdam suum debitorem pro annuis ducatis . . . pro capitali ducatorum . . . . debitorum ex caussa affictus, furni, & tabernæ, insignis ille vir Dominus D Julius Galeota, tunc Judex dict. M. C. V. nunc meritissimus Consiliarius S.Claræ, avernæ, & paternæ laudis dignus hæres noluit procedere ad instantiam dicti Actoris, nisi prius de antecedenti affictu constaret.

Immo in citatione super tenore instrumenti debet fieri mentio, ut debitor veniat responsurus super tenore instrumenti non liquidi, liquidati tamen per aliud instrumentum liquidum; Nam illud aliud instrumentum antecedens debet quoque esse in forma probante, ut advertit *D.Marad.in sua utili prax. c.4. num.447.* post *Marcian.disput.32. num.39.*

C A P. XVIII.

De octavo modo impediendi liquidationem instrumenti per remedium præventionis.

S U M M A R I U M.

Præventio facta per debitorem allegantem solutionem, vel instrumentum esse falsum, aut usurarium, aut aliter defectuosum, impedit liquidationem, num. 1.

„ *Per novam Constitutionem Regis nostri hodie fuit Prag. un.de prævent.moderand. renovata, & confirmata.*

Clericus præveniens quid servare debeat, num.2.

Liquidatio impeditur, etiam ubi non fuerit præventum in forma Regiæ Pragm., sed lis pendet, & quomodo hoc practicatur, num.3.

Creditor, qui civiliter cœpit agere, an, & quando possit criminaliter via Ritus præsentare instrumentum, num.4.

Practica datur, ut debitor, qui non prævenit, possit impedire, ne expediatur citatio super tenore, num.5.

1 Liquidatio instrumenti, ut evitetur, datur remedium debitori, ut præveniat, de qua præventione in Regno habemus *Ritum M.C.V.* 168. incipientem: *Item nota, quod assignans*, & *Ritum* 190. incipientem: *In primis quod ubi aliquis habet*, & habemus *Regiam Pragmaticam Regis Ferdinandi*, incipientem: *Malitiis litigantium*, unicam sub *tit. de præventione moderanda*. In hac præventione debitor potest allegare non solum debiti solutionem, sed petere instrumentum cassari tamquam usurarium, vel simulatum, falsum, sive per vim, & metum extortum, vel alios defectus, per quos instrumentum non possit suum debitum effectum sortiri, & evitabit executionem, sive liquidationem, quousque facta publicatione in caussa de juribus suis constiterit; dummodo tamen fidejussorem præstet de solvendo debitum, & pœnam in casu succumbentiæ, quæ fidejussio semper est præstanda., non solum quando allegatur solutio, sed in omni casu, quo debitor ex quavis caussa creditorem prævenerit, sicque *Pragm.* & *Ritus*

præ-

prædictos hanc recepisse intelligentiam, testatur *de Marin.lib.4.resol.66. per totam*.

„ Supradicta *Pragm.ua. de prævent. moder.* fuit con-
„ firmata per Regem nostrum, & ejus observantia no-
„ viter jussa *§.1. num.*14. præcipiendo, quod omnino
„ exigatur pœna in dict. Pragm præscripta, casu quo
„ præventio non militaret; & agnoscens Judex eam es-
„ se calumniosam, & oppositam calumniandi ergo, præ-
„ scribere debeat debiti depositum, eadem exceptio-
„ ne non obstante.

2 Fallit in Clerico respectu cautionis præstandæ pro pœna; nam Clericus non cogitur, nec debet præstare cautionem pro pœna, ex eo, quia non ligatur dicto statuto laicali, ita *de Marin. lib.2. res.74. an.12. ex Minad. dec.4. & Revit.in dicta Pragm. num.3.*

Sed tenetur Clericus præstare cautionem laicalem de solvendo debitum, *Minad.in d. decis.4. Novar. collect.193.num.3.*

3 Sed quid, ubi non sit præventum vigore *Regiæ Pragm.*, sed pendet lis super nullitate contractus ad instantiam debitoris, an exceptio litis pendentiæ obstet, & impediat instrumenti liquidationem; vide, quæ doctissime tradit *de Luca ad Franch. dec.* 373. & meritissimus *D.Carol.Petr. in Rit.*166. *a num.*120. ubi multa, & pulchra habebis sed hic, ut brevitati inserviamus, sat est dicere, quod ubi processum fuerit ad testium examinationem, licet non sit publicatus processus, impeditur liquidatio, & expectandus erit exitus caussæ. dummodo de bono odore petentis nullitatem constet, & semper odoratur justitia articuli principalis, & refert casum anni 1658. quod non obstantibus probationibus, & publicatione factis in S.C., nulla ratio fuit dictæ exceptionis habita per M. C. Vic. nec per Sac. Cons., quia constabat de malo odore potentis nullitates, ipsique factum erat præceptum solvendi tertias.

Et quando de bono jure constat, tunc citatus si producit processum in S.C. compilatum, M.C. relationem facit in S.C. & caussa liquidationis retinetur in S.C., & unico actu prohibetur fieri interrogationem. vel rescribitur esse expectandum exitum caussæ, de qua praxi testis est *Sanfel. dec.*312. *p.*2. relatus a dicto *D.Petra ubi sup.n.*122. & aliis ibi.

4 Et quid, ubi lis pendens mota fuit non ad instantiam debitoris, ut supra, sed ad instantiam ipsius creditoris, qui primo intentavit judicium assistentiæ, & sic civiliter agendo, an possit agere criminaliter via Ritus contra eundem debitorem vigore ejusdem instrumenti post litem contestatam? Dissonæ reperiuntur opiniones; nam regulariter, qui viam ordinariam elegit, non potest ad executionem redire, quia obstat exceptio litis pendentiæ in via ordinaria, quod amplia, etiamsi coram arbitris sit compromissum, ut ex *Thor.* & aliis relatis per *D. Petr. in rit.*166. *num.*120. Sed idem *D.Petr. rit.* 134. *num.* 14. *fol.*579. contrarium concludit cum *Merl. Galeot. Caval.* & aliis post *Tartagl. in cap.1. num.* 22. quod non impeditur agere via Ritus contra eundem; rejecto *Maranta disp.* 6. & aliis relatis per *d.D.Petram*.

Sed cautela datur, ut in contractu apponatur clausula, *quod possit agi civiliter, & criminaliter juxta Ritum, & quod una via electa liceat variare, & quod una actio per aliam non tollatur*; Alias sine dicta clausula controversia est inter Doctores, ita *Galter.in 3.p. prin. rubr. Præsentans instrumentum n.8.in fin.*

Sed hanc controversiam intelligas post litem contestatam in via ordinaria; nam ante litis contestationem omnes concordant, quod per viam ordinariam intentata non amittitur via executiva, *Galt.ubi supr. Ursill. dec.*326.

Item, quando agens in via ordinaria fuerit protestatus, quod non intendebat sibi præjudicare agendo via executiva vigore Ritus; nam tunc dicta exceptio litis pendentiæ non obstaret, *Muscatell. p.2. glos. Tribunali in sua addit. tit.C. in fin.* & nos diximus in *cap. de via exec. vigore Regiæ Pragm. de censibus*.

5 Item quando instrumentum esset pactionatum, vel aliquo alio modo illiquidum, tunc dubitans debitor, quod forsan expediretur citatio, potest adire unum ex Judicibus M.C.V. & præsentare comparitionem, quod non procedatur ad citationem, vel quia non fuit adimpletum pactum in instrumento adjectum, vel allegans aliud, propter quod non dicatur liquidum instrumentum, & interim pendente adimplemento inhiberi omnibus Actuariis, & Subactuariis M.C. Vic. ne procedant ad expeditionem citationis super tenore instrumenti contra ipsum debitorem, & Actuarii contumaciarum non procedant ad incusandas contumacias, & sic observatum refert *Maradei anno* 1653. in caussa Ducis Belligiardi cum hæredibus qu. Francisci, & D. Io: Baptistæ Pignatelli, in banca Salerni.

„ Videnda nova Regis nostri Sanctio §.5. *num.*2. ubi
„ prohibentur hujusmodi inhibitiones indiscriminatim,
„ cum agitur de liquidatione instrumentorum, aliarum-
„ que causarum ibi enunciatarum.

Et cum fuisset in prædicta causa partibus auditis domi provisum, quod expediatur nova citatio super tenore instrumenti contra dictum Ducem, cui sint salva jura proponendi exceptiones adversus instrumentum Curia pro Tribunali sedente, d. Ill. Dux obtinuit Regiam decretationem, quod si non fuerint incusatæ contumaciæ, M. C. cum interventu aliorum Judicum justitiam faciat, & junctis Actis fuit provisum, quod supersedeatur in expeditione citationis, donec aliter fuerit per dictam M. C. ordinatum; a quo decreto fuit appellatum, & obtenta decretatio de verbo faciendo in S. Cons.

Sed quia inferius in 4. *Specie Judiciorum tit.3. de Prævent.* a nobis traditur praxis Judicii præventionis; Ideo in hoc *Capite* non amplius est immorandum.

Et dum *Praxim liquidandi instrumenta* hic dilucidamus, quæ fundatur in *Ritibus M.C.Vic.* & *Pragmaticis* Regni; operæ pretium duxi omnes *Pragmaticas* usque ad hanc nostram tempestatem *de Instrumen. liquidatione* editas. quæ decem sunt, commentare, & compendiose dilucidare in sequ. *Capitibus*.

C A P. XIX.

Super *Pragmaticis de Instrum. liquid. Pragm.1. Tit.72.*

S U M M A R I U M.

Caussa super liquidatione instrum. non remittuntur a Tribunalibus superioribus ad Curias inferiores, nec ad instantiam citati, nec ad instantiam Baronis, quod ampliatur etiam si via executiva civiliter intentetur, num.1.

Remissio denegata fuit Reg. Cam. Summ. pro Rationali convento vigore pacti executivi in anno 1602. num.2.

Exceptio litis pendentiæ non admittitur in via executiva, num.3.

Laicus hæres Sacerdotis vigore pacti executivi convenitur in Curia laicali, non obstante lite in foro Ecclesiastico cœpta cum defuncto, num.4.

Consiliarii domi inhibere non possunt M.C. super liquid. instrum. sub prætextu litis pendentiæ, num.5.

„ *Quid sancitum in nov. Constitutione*, *remissive*.

Liquidatio instrum. facta in aliena Curia fuit declarata nulla, non obstante, quod contractus fuerit celebratus in eo loco cum pacto ibi conveniendi, num.6.

Vassallus in præjudicium Baronis foro renunciare non potest, num.7.

HIc *Tit.72.* in ultima impressione *Pragmaticarum* secundum ordinem *Regii Consiliaris D. Blasii Altim.* continet *decem Pragmaticas*.

1 *Pragmat.1.* edita 24. *Martii* 1558. mandat, ut caussæ super liquidatione non remittantur a Regia Audientia Curiis infurioribus.

Et M.C. ex antiquato stylo denegat remissionem prædictam Baronibus quovis privilegio munitis, etiam quod habeant privilegia Domini Principis Bisiniani, dummodo in Privilegio non habeant specialem concessionem circa hoc, *Gait. cap.3. tit.1. num.1054. de credito*, quem citat, & sequitur *Dom. Constant. super d.Prag. & Rovit. in ead. Prag. num.2.* testatur sic decisum, quem citat, & sequitur *D. Marad. sing.199.*

2 Et sic M.C. privative cognoscit in caussa liquidationis instrumenti, remissione per Barones, vel alias Curias petita non obstante, quod procedit etiam, ubi instrumentum petitur exequi via executiva civiliter intentata, quæ remissio denegatur tam ad instantiam Vassalli, quam Baronis, non solum ex stylo antiquissimo M.C.V., forsan introducto vigore hujus *Prag.1. de instrum. liquidat.* sed pro observantia Decreti generalis inserti in *Pragm. 83. de Offic. S.R.C. edita anno* 1625. *die* 1. *Decembris*, & *d. Reg. Petra* refert fuisse denegatam remissionem Regiæ Cameræ Summariæ pro Rationali convento vigore pacti executivi in anno 1662.

3 Non obstat exceptio litis pendentiæ, quia *text. in l.ubi acceptum, ff. de Jud.* non habet locum in judiciis executivis, *Staib. cent. 2. observ.113. num. 36. Surd. cons.542. lib.4. num. 15.* & in Regno habemus *Pragm. 2. & 8. de liquid. instrum.* ut dicemus in *seq. cap.20. n.1.* & in *cap.24. num.4.*

4 Et *Dominus Maradei in sua prax. cap. 4. num.168.* refert decisum in M.C.V. & in Sac. Cons. anno 1674. laicum hæredem Sacerdotis virtute pacti executivi posse conveniri in Curia laicali, non obstante, quod lis pendebat in foro Ecclesiastico cœpta cum defuncto, quia in judiciis executivis non datur litis pendentia, & quod hoc habeat locum, maxime quando sunt Judices diversi fori, ut est laicus, & Ecclesiasticus, ex *text. in cap.fin. de Judic. Capyc. decis.122. num.5.* est tamen observandus *de Petra in consil.13. num. 4.*

5 Nec Consiliarii domi inhibere possunt M.C. super liquidatione instrumentorum sub prætextu litis pendentiæ, & si fieret inhibitio, non recipiatur, *Pragm.8. de instrum.liquid. §.4. & 5.* sed vide, quæ latius dicemus in *d. §.4. & 5. Pragm.8.* Ut decisum refert *D.Cons. Altim. rubr.9. de nullit. qu.28. n.97. Reg.Petr. rit.302. n.71. & Constant. ubi supra, Maradei d.sing.199.*

„ Hic opportune non omittendum, ultra id quod in
„ antecedenti *cap. sub num.5.* observavimus, adnotare
„ præscriptum Regis nostri §.5. *num.4.* ubi Lectorem re-
„ mitto.

6 Curiæ vero inferiores hanc præeminentiam non habent, adeo quod liquidatio instrumenti facta in aliena Curia fuit declarata nulla, & provisum quod conventi non molestentur nec pro debito, nec pro pœna, & exactum pro pœna restituatur ob nullitatem Judicis incompetentiæ, non obstante quod contractus fuerat celebratus in eo loco cum speciali pacto, ut in eo loco citari, & conveniri potuisset, renunciando suo foro.

7 Vassallus enim in præjudicium sui Baronis foro renunciare non potest, sed prorogatio alienæ Jurisdictionis tenet in præjudicium Vassalli renunciantis tantum, & sic non possunt nomine proprio incompetentiam allegare, quia sortitur forum in loco contractus, & destinatæ solutionis, & renunciatio fori præjudicat sibi ipsi tantum, non Baroni, ad instantiam cujus nullitas incompetentiæ proponi potest semper.

Adeo quod si Baro non conqueritur, acta liquidationis remanent valida in ea Curia, ut perpulchre advertit idem *Marad. ubi sup.*, quod non fuit animadversum per *Thor.* qui decretum retulit in *2.parte Compendii, verb. liquidatio instrumenti facti per creditorem fol.377. & vot. dec.84. num.155.* quem suppresso nomine *D.Maradei* citat, & sequitur *D.Constant. in d. Prag.1. de instrum. liquid.*

Verum nota, quod forus contractus, & destinatæ solutionis non habet locum contra absentem.

C A P. XX.

Super *Pragm.2. de Instrument. liquid.*

S U M M A R I U M.

Salvaguardia, quæ prætextu nullitatum, vel rescissionis Contractus, vel dilationis quinquennalis, aut similis expeditur, non impedit, quin exequatur contra debitores realiter, & personaliter, nec litis pendentia in S.C. impedit citationem super tenore instrumenti, aut accusationem obligationis penes acta, n.1.

In caussis introductis in S.C. post citationem super tenore non potest decerni, quod caussa remaneat in S.C., quando fit relatio a Vicaria, num.2.

Litteris executorialibus expeditis, executio nullo modo impediri potest, num.3.

1 S*Ecunda Pragm.* edita 25. *Febr.* 1585. ad supplicationem Civitatis, & Regni Neapolis supplicantis, ut pendente lite inter creditores, & debitores etiam in S.C. per viam appellationis a sententia lata in favorem creditorum concurrentium in dilatione quinquennali, aut alia majori, vel minori dilatione, non concedatur securitas debitoribus pro persona, nec pro bonis, nec impediatur accusatio obligationis penes acta, nec liquidatio instrumenti.

Hæc *Pragm.2.* confirmatur, & ampliatur per *Pragm. 8. hoc tit. in §.5.* ubi disponitur, ut de salvaguardia, quæ vel prætextu nullitatum, vel rescissionis contractus, vel dilationis quinquennalis, aut similis, tam in prima, quam in secunda instantia, vel domi, vel collegialiter expediretur a M.C.V., a Commissariis, aut a S. R. C., nulla habeatur ratio, sed illa non obstante exequatur contra debitores realiter, & personaliter ut juris.

2 Et idem servetur circa caussas introductas in S. C. tam ante, quam post citationem super tenore instrumenti, ne possit impediri cursus liquidationis prætextu illarum, & quando a Vicaria fit relatio, non possit decerni, quod caussa remaneat, in caussis introductis post citationem, & sic non obstat litis pendentia in Sacr. Cons., de qua latius dicemus in §. 4. & 5. *dicta Prag.8.* ubi vide.

3 Cum his *Pragmaticis* concordat *Prag. 81. de Offic. S. R. Cons. in §. 14.* per quam disponitur, ut expeditis literis executorialibus, executio nullo modo impediri possit, quæ *Pragm.* loquitur generice non solum contra debitorem vigore instrumenti liquidati, vel obligationis penes acta, sed pro quavis alia causa.

C A P. XXI.

Super *Pragm.3. & 5. de Instrumentorum liquidatione.*

S U M M A R I U M.

D*Ebitor citatus super tenore instrumenti obtinens supplicationem de verbo faciendo in S. C. si non procuraverit infra 15. dies verbum fieri, dicto termino elapso M.C. procedit*, num.1. *Idem confirmatum per novissimam Constit.*

1 Prag-

1 PRagmat. 3. edita *anno* 1585. per *D. Petrum de Giron* mandat, ut si ad instantiam debitoris porrigatur supplicatio ad S. R. C. instrumentum non posse liquidari, & obtineatur decretatio verbi faciendi; tunc si dictus debitor supplicans non procuraverit dictam relationem, & cum effectu relatio non fuerit facta in S.C. infra dies 15., M. C. procedat, non obstante relatione facienda.

Idem mandat *Prag.* 5. edita *anno* 1587. 1. *Decemb.*

Deinde per *Pragmat. 7. de relation.* editam *anno* 1593. 8. *Novembris* per *Comitem de Miranda* vigore *litterarum Regis missarum die* 26. *Julii* 1592. fuit injunctum, ut elapsis viginti diebus post supplicem petitionem obtentam de verbo faciendo in caussis super tenore instrumenti, M. C procedat non obstante dicta supplici petitione.

Et ultimo per *Pragmat.* 8. *hoc tit.* editam *anno* 1632. *die* 31. *Martii* fuit in §. 1. mandatum, ut hæ *Pragm.* 3. & 5. ad unguem inviolabiliter observentur, ut latius dicemus in *d. Pragm.* 8. ubi vide quam recipiant executionem decreta M.C.V. pendente relatione.

Ubi notabis, quod dicta *Pragm.* 7. circa terminum viginti dierum remanet correcta per *Prag.* 8. *hoc tit.* ut servetur terminus 15. dierum statutus in *d. Prag.* 3. & 5.

„ Idque hodie noviter fuit sancitum, aut confirma-
„ tum per supra memoratam Regis Constitutionem
„ §. v. *num.* 7. adeout dictus terminus dierum quinde-
„ cim sit omnino servandus.

C A P. XXII.

Super *Pragm.* 4. & 6. *de Instrum. liquid.*

S U M M A R I U M.

Scripturæ, aut depositum ad impediendam liquidationem non recipiantur, nisi M. C. ipsa pro Tribunali sedente, & per citatum personaliter comparentem, nec recipiantur in Aula S.C. num. 1.

Citatus super tenore comparens de sero, non potest præsentare scripturas, vel depositum, nisi Curia sedente, & Actore præsente, & idem de scripturis præsentandis per Actorem, num. 2.

Citatio super tenore fieri non potest, nisi prius instrumento per Judicem lecto, & in actis relicto, num. 3.

PRagm. 4. edita 1587. *die* 14. *Aprilis* continet duo Capita.

1 Primum, ut scripturæ, aut depositum ad impediendam liquidationem non recipiantur, nisi M.C. ipsa pro Tribunali sedente, & per citatum personaliter comparentem, nec admittatur productio scripturarum, vel depositi in aula S.C., in qua debeat cognosci de justitia ex eisdem actis.

2 Et ubi citatus non comparuerit in ultima contumacia, sed de sero coram Judice, tunc scripturæ, vel depositum ad impediendam liquidationem non in alio loco, & tempore recipi debeant, nisi Curia sedente, & Actore præsente, & instante, & Reo similiter comparente.

Pragmat. 6. edita *anno* 1588. 10. *Martii* mandat similiter, ut depositum non admittatur, nisi Curia pro Tribunali sedente, & vide, quæ latius in *cap.* 14. hujus *tit.* dico ad declarationem hujus *Pragmaticæ*, & clariorem intellectum doctrinæ *Rovit. super Pragm.* 4. circa depositum.

At licet hæc *Pragmat.* loquatur de scripturis præsentatis per Reum, tamen idem intelligitur dispositum de scripturis præsentandis per Actorem, quæ similiter sunt præsentandæ Curia pro Tribunali sedente, alias erit nullitas, contra formam hujus *Pragmaticæ*, *Marad. annot.* 200. *num.* 16. *de Franch. dec.* 420. *Rovit. super. hac Pragmat. Merlin. controv.* 83. *centur.* 1. *num.* 2.

3 Secundum Caput in §. *mandamus*, ut citatio super tenore fieri non possit, nisi prius instrumento in Curia exhibito, & penes Actuarium relicto, & per Judicem viso, & lecto; Quæ provisio in volumine antiquo Pragmaticarum est in *Pragm.* 9. *de Offic. Mag. Justit.* super quo vide, quæ dixi in 2. *cap. hujus tit.*

C A P. XXIII.

Super *Pragmat.* 7. *de Instrum. liquidat.*

S U M M A R I U M.

INfirmus citatus super tenore instrumenti potest mittere Procuratorem, & instrumentum infirmitatis, & traditur vera praxis non rejecta antiqua, num. 1.

Pragmatica *loquitur de infirmo absente a loco judicii, & ideo non habet locum intra Civitatem*, num. 2.

Infirmitate allegata, sicuti carcerato, & absenti danda est dilatio, & datur formula decreti, num. 3.

1 PRagm. 7. edita 1608. 9. *Julii* per comitem Beneventi, mandat, ut citatus infirmus super tenore instrumenti extra Civitatem, simul mittat fidem authenticam infirmitatis, & constituat Procuratorem cum speciali mandato ad comparendum Curia pro Tribunali sedente ad præsentandas quascumque scripturas, & supplicationes, & ad opponendas illas exceptiones omnes, quæ vigore *Rituum M.C.V. & Regiarum Pragmaticarum* posset præsentare, & allegare principalis, & cum ipso Procuratore procedi possit ad interrogationem, ac si ipse Principalis adesset, alias Procuratore non comparente procedatur ad liquidationem in contumaciam, exceptione infirmitatis non obstante.

Et per hanc *Pragmaticam* fuit circa hoc correctus *Ritus M.C.V.* 166. & 167. sive fuit dispensatum circa hos super dictis Ritibus, ut ex verbis *dictæ Pragm.* ibi: *Dispensando in questo al detto Rito, &c.*

Et quia hæc Pragmatica male servabatur, fuit per *Pragm.* 8. *in* §. 8. editam anno 1632. 21. Januarii per Comitem Montis Regii injunctum, ne admittatur mandatum generale, sed speciale in illa caussa liquidationis post citationem ad allegandam infirmitatem illam, de qua tunc agitur, & de qua fides præsentatur, nec illud mandatum possit adhiberi ad aliam caussam, nec ad aliam infirmitatem allegandam.

Ubi nota, quod per hanc Pragmaticam fuit correcta Praxis antiqua, quæ admittebat mandatum generale confectum per multum tempus ante citationem, ut millies decisum refert *de Marin. lib.* 1. *resol.* 186. *num.* 17. Nam hodie servatur dispositio hujus Pragmaticæ, ut mandatum contineat specialissimam expressionem caussæ, & personæ, de qua agitur, ut advertit insignis ille Jurisconsultus *D. Blasius Altimari* decus togæ in *Rubr.* 11. *qu.* 27. *de nullit. n.* 347.

Et fides infirmitatis non admittuntur, nisi sint factæ per actum publicum juratum per Medicum in manibus Officialis justitiæ illius loci, & in pergameno reassumptum per Notarium publicum.

Sed Procuratoris instrumentum admittitur in carta papyracea, quia hæc Pragmatica loquitur de instrumento Medici tantum, ut sit reassumptum, ita *de Marin. lib.* 1. *resol.* 186. *num.* 17. *Petr. rit.* 166. *num.* 158. *in fin.*

2 Hæc tamen Pragmatica non loquitur de infirmo existente intra Civitatem, quia fit decretum, ut Hebdomadarius accedat ad domum infirmi debitoris, una cum creditore ad faciendam liquidationem, qua facta eidem fit præceptum; quod durante infirmitate, non discedat a domo, & quod caveat de se præsentando ad carceres quamprimum convaluerit absque requisitio-

tione, *D.Constant.ad Prag.8. fol.343.num.25.& Matr. dec.45.n.59.lib.1.*

3 Adverte etiam, quod, ut superius diximus, per hanc Pragmaticam fuit correctus *Ritus* 166. & 167. circa interrogationem faciendam cum Procuratore, quæ fieri deberet cum principali; propterea fuit dubitatum, an sit quoque correctus circa dilationem, quæ juxta Ritum est danda, quando allegatur absentia, infirmitas, vel carceratio, juxta praxim, *Carav. in d.rit.*166.& per Collaterale Consilium fuit declaratum non esse Ritum correctum contra dictam dilationem, sed fiat decretum; quod debitor remaneat condemnatus, verum si produxerit Instrumentum infirmitatis, & procurationis infra terminum dierum, deleatur a contumacia, *Sanfel.dec.*416.*p.*3.& sic est, quando allegatur carceratio, idem *Sanfel.dec.*316. quia carcerato, vel infirmo concedenda est dilatio tamquam absenti. *Reg.Petra rit.*166.*n.*158. quos sequitur *Constan.ad Prag.*8. *de liquid.instr. fol.*343.*in fin.*ubi alios citat.

C A P. XXIV.

Pragm. 8. 9. & 10.

S U M M A R I U M.

*Decreta Mag.Cur. Vic. super Instrumentorum liquidatione lapsis quindecim diebus post præsentatam supplicationem de faciendo verbo in S. C. exequutioni demandentur, præstita fidejussione de restituendo in casu retractationis post factum verbum, verum facto deposito, vel in vinculis constituto supersedeatur, donec fiat verbum in Sac.Cons.*num.1.

Sacrum Consilium quolibet die Jovis vacet relationibus civilibus M. C. omnibus horis matutinis, & de sero redeat pro caussis suspicionum, & criminum, num.2.

Hodierna praxis explicatur.

*Decreta resultantia ex relatione M. C. facta in S. C. non impediantur per alias simplices petitiones, iterum verbum faciet loco reclamationis, & sic præcluditur via reclamandi, & solum restat via proponendi nullitates,*num.3.

*Liquidatio instrumenti non potest impediri, neque sub colore litis pendentiæ in S. C., poterit tamen debitor obtinere decretationem de verbo faciendo in Rota, ubi lis pendet,*num.4.

Pragm.83.de offic. S.C.*est correcta per* Pragm. 8. de instr. liquid.num.5.

*Inhibitiones cum fieri non possint ad M.C.Vic., diriguntur Actuario contumaciarum, vel creditoribus, ne procedant sub pœna ad liquidationem instrumenti,*num.6.

*Inhibitoriæ expediuntur a Collaterali Consilio, ne M. C. procedat ad liquidationem instrumenti, tam ante, quam post cœptum judicium liquidationis, sed post factam liquidationem solent fieri rescripta, nihil innovetur,*num.7.

*In caussis introductis ante citationem super tenore instrumenti, quando Vicaria facit relationem, potest decerni, quod caussa remaneat, secus si caussæ sint introductæ post citationem factam in M. C. Vic. tunc quando fit relatio, non poterit decerni, quod caussa remaneat,*num.8.

*Appellatio ab indebita citatione super tenore instrumenti, non admittitur simpliciter, ut antiquitus, sed mediante fidejussore, dando per totam Curiam immediate sequentem, cum aliquibus declarationibus,*num.9.

*Appellans ab indebita citatione, super tenore, præstita cautione, quid debeat adimplere,*num.10.

Appellatio ab indebita citatione, super tenore instrumenti admittitur, dummodo opponatur exceptio, quæ non sit contra substantiam instrumenti, aut veritatem debiti, & quod appellans compareat personaliter, & præstet fidejussorem, num.11.

*Appellans, differens cautionem præstare in Curia immediate sequenti, non amplius auditur, & expediuntur litteræ exequutoriales,*num.12.

Exceptio in actu interrogationis, sive liquidationis instrumenti potest opponi, etiam quæ sit contra substantiam instrumenti, ubi exemplificatur, & excipiens in vinculis, vel facto deposito auditur, sed non molestatur in bonis, num.13.

Citatus super tenore, si nullam exceptionem opponit, nec venit sacculo parato, non solum remanet carceratus, sed fit exequutio in bonis, num.14.

*Decretum interponendum, quando citatus super tenore non appellat, sed præsentat scripturas tantum, & quando cum scripturis præsentatur supplicatio de verbo faciendo,*num.15.

Supplicatio de verbo faciendo, si præsentatur absque scripturis per citatum super tenore, datur forma decreti, num.16.

Forma decreti, quando reiiciuntur scripturæ simul cum simplici petitione, num.17.

Appellans, si non poterit, vel noluerit præstare cautionem, constituendo se in vinculis, auditur in exceptionibus contra substantiam instrumenti, & gaudet privilegio, ne exequatur in bonis; quod fallit, quando stabilia non possidet, num.18.

*Debitor, quando solum præsentat libellum cum scripturis, & non appellat, datur forma decreti, & praxis,*num.19.

*Depositum debet esse liberum cum expensis omnium diritturum, etiam factis in reassumptione, & faciendis in quietatione & notatione marginis,*num.20.

*Appellans ab ultima interloquutoria post visas scripturas, ut ponatur in libro inferni, qualiter debeat esse decretatio, ut recipiatur, antequam sit scriptum in libro Inferni,*num.21.

*Decretum, quod antiquitus fiebat, visis scripturis extra Bancam, quomodo hodie practicatur,*num.22.

*Depositum si fiat post decretum, ponatur in libro Inferni, quomodo debet esse liberum; sed potest esse conditionatum ante decretum condemnationis,*num.23.

*Debitor auditur absque deposito, & absque solutione facta, constituendo se in vinculis, quando incusatio ex eisdem actis apparet nulla, non obstante Pragmatica prohibente,*num.24.

*Hebdomadarius, qui ordinavit interloquutoriam, remanet Judex liquidationis, nisi adsit alius processus ordinarius,*num.25.

PRagm.8. edita anno 1632. 21. Januarii per Comitem Montis Regii, continet 10.*Capita*, sive §.

1 *Primum Caput*, sive § continet, ut *Pragm.*3. & 5. *de instr. liquid.* adunguem inviolabiliter observentur, utque decreta M. C. V. super instrumentorum liquidatione, tam respectu pœnæ fisci, quam crediti ad creditorem spectantis lapsis 15. diebus, decurrendis post præsentatum supplicem libellum, inviolabiliter executioni demandentur, præstita tamen fidejussione de restituendo in casu retractationis post factum verbum.

Verum si infra dictos dies 15.debitor fecerit depositum quantitatis petitæ, vel se in vinculis constituerit, supersedeatur in exequendo, donec fuerit facta relatio in S.Cons.

2 §. *sive Cap.* 2. ut Sacr. Cons. quolibet Jovis die, vel alio vacet relationibus civilibus M. C. omnibus horis matutinis, exclusis aliis etiam caussis suspicionum, pro quibus, & pro relationibus criminum redeat de sero, & assistat duobus horis continuis.

Ante enim hanc Pragmaticam una hora statuta erat pro relationibus civilium caussarum, & duabus pro relationibus criminalibus, ut in *Præludio* ejusdem

Pra-

Pragmatica, & cum hac Pragmatica concordat *Prag. 18. de offic. S.R.C.* & *Pragm. 8. nu. 5. de offic. Mag. Just.*

,, Nostris temporibus ab usu jamdiu recessit, ut de se-
,, ro accedat S.C. ad audiendas relationes criminum,
,, aliarumque caussarum; immo etiam de mane non so-
,, lum caussæ criminales præferuntur civilibus, sed &
,, aliæ ipsius S.C. ut plurimum præponebantur M. C. V.
,, relationibus. Ideo §. *III. n. 9. cit. nova Constitutionis*,
,, confirmatis aliis hoc statuentibus Pragmaticis, cau-
,, tum fuit, ut eadem ad unguem, & inviolabiliter ob-
,, serventur, propterea ne quavis ratione diebus Rela-
,, tionum aliæ caussæ tractentur, præter eas dictæ M.C.V.,
,, ut ibi videre est.

3 §. sive *Cap. 3.*, ut decreta resultantia ex relatione facta in S.C. non impediantur per alias simplices petitiones, *iterum verbum faciat loco reclamationis*, nec simpliciter, nec cum clausula, *si non fuit auditus*, aut quovis alio modo, & facta non recipiatur, & sic præcluditur via reclamandi; solum restat via proponendi nullitates, & alia remedia, secundum jus commune, Ritus, & Pragmaticas Regni.

4 §. sive *Cap. 4.* mandat, ut pendente caussa liquidationis in M.C. non possit S. Cons. collegialiter, nec domi impedire in scriptis, vel voce ante, vel post relationem factam in S.C. nec Consiliarii domi inhibeant sub colore litis pendentiæ, poterit tamen debitor obtinere a Præside S.C. decretationem de verbo faciendo in illa Rota, ubi lis pendet, & vide, quæ dixi in *cap. 19. num. 3.*

Imo in §. *sequ.* dico in §. 5. *versus fin.*, generalius disponit idem, ibi: *il simile ordiniamo a rispetto delle cause introdotte in Consiglio prima, e poi della citazione super tenore instrumenti, che con occasione di quello non si possa impedire il corso della liquidazione dell'istrumento*, & vide quæ dicemus infra in *d. §. seq.*

5 Nec obstat huic dispositioni *Pragm. 83. de offic. S.R.C.* in qua est insertum decretum generale ipsius S.C. mandans, ut in caussis instrumentorum liquidationis, & aliis ibi, non expediantur inhibitoriales, nisi super eis adsit pendentia litis in S.C. nam dicta *Pragm. 83.* fuit edita anno 1625. die 1. Decembris. & hæc *Pragm. 8.* fuit anno 1632. quæ uti ultima est attendenda, & per hanc remanet correcta illa anterior.

6 Verum cum hæc *Pragm. 8.* dirigat verba ad Vicariam, ibi: *Non possa il Sacro Conseglio dar ordine alla Vicaria a bocca, o per decreto*, & ibi: *I Consiglieri in casa non possano inibire alla Vicaria.*

Ideo cum statuta sint stricte intelligenda, & in eo casu tantum expresso observanda; hinc praxis inolevit, ut quando jus debitori assistit, inhibitiones non diriguntur ad Vicariam, quia contraveniretur huic Regiæ Pragmaticæ, & Vicaria eas non reciperet, nec observaret, sed diriguntur Actuario contumaciarum, vel ipsis creditoribus, ne procedant sub pœna ad liquidationem.

Et ratio dictæ praxis est, quia hæc Pragmatica uti pœnalis, & juris communis correctoria non extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum, tametsi eadem, vel major sit ratio; Ita advertit solertissimus *Reg. Petr. in Rit. 166. num. 125. fol. 47.* quem sequitur *Marad. in pratt. cap. 2. num. 112.* ubi *num. antecad.* dicit.

7 Posse obtineri a Collat. Cons. inhibitorias, ne M. C. procedat ad instrumenti liquidationem, & quod possit fieri, tam ante, quam post cœptum judicium liquidationis, sed post factam liquidationem solent fieri rescripta, *nil innovetur*, tam a dicto Supremo Tribunali, quam a Domino Regente, quibus solet caussa committi.

Et hoc per eandem rationem, quia Regia Pragmatica dirigitur S.C., & non ipsi Supremo Tribunali, ejusque Dom. Regentibus, qui ex capitulis concessis fidelissimæ Civitatis Neap. habet omnimodam & absolutam potestatem in omnibus concernentibus justitiam, ex *Reg. Latro decis. 220. num. 46. tom. 1.*

,, Huc etiam aptari potest, quod supra notavimus ex
,, *d. Con. tit. cit. §. V. n. 4.* circa inhibitiones, ubi quando
,, vere fieri possint a S.C. sive Caussæ Commissariis, hoc
,, est casu, quo agatur de Patrimonio jam deducto in
,, dicto S.C., & in quo jam datus sit Curator; quæ cir-
,, cumstantia omnino explicari debet.

8 §. sive *Cap. 5.* confirmat, & ampliat *Pragm. 2.* ubi vide, quæ diximus. Unum fuit additum, ut circa caussas introductas in S.C. ante, & post citationem super tenore instrumenti, non possit illarum occasione impediri cursus liquidationis, & caussa introducta in S. C. post citationem factam in Vicaria super tenore, quando a Vicaria fit relatio, non possit decerni, quod caussa remaneat.

Unde ex contrario sensu habetur, quod in caussis introductis ante citationem, quando Vicaria facit relationem, potest decerni, quod caussa remaneat; ex regula, *quod ubi voluit, expressit, ubi noluit, non expressit.*

§. sive *Cap. 6.* dat formam citationis exequendæ super tenore per Alguzinos, quæ forma fuit deinde declarata, & ampliata melius per *Pragmaticam sequentem*, quæ est *nona de instrum. liquid.* de qua late diximus in *cap. 9. de 9. requisito*, & ne eadem replicentur, ibi te remitto.

9 §. sive *Cap. 7.* dat formam decretationis faciendæ in supplicatione, nam tempore *Pragm.* quando appellabatur ad S. C. ab indebita citatione super tenore instrumenti, decretatio fiebat, *comparente supplicante personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis S.C. M. Cur. verbum faciat.*

Et quando præsentabantur scripturæ in ultima Curia, solebat fieri decretum, *visis scripturis extra bancam providebitur.*

Deinde in Aula discutiebantur scripturæ, quæ si non reperiebantur relevantes, fiebat decretum, *Procedatur ad interrogationem.*

Et ab hoc decreto S. C. admittebat appellationem simpliciter *verbum faciat*, & sic appellans non tenebatur facere depositum, nec dare fidejussorem de parendo mandatis S.C. sed hoc erat valde inconveniens, & absurdum in præjudicium creditoris.

Pragmatica ad hoc absurdum delendum mandavit, ut ab indebita citatione possit appellari allegando exceptionem contra instrumentum, quod sit illicitum, vel pactionatum, vel alias defectuosum, vel contra personam actoris; legitimationis personæ, vel contra ipsam citationem, quod sit nulla, vel aliter defectuosa, vel alias omnes exceptiones, per quas non impugnatur substantia instrumenti & veritas debiti.

Tunc admittatur, & recipiatur supplicatio cum solita decretatione, *comparente supplicante personaliter, & præstante cautionem de parendo mandatis S.C. M. Cur. referat.*

Sed appellans teneatur dare fidejussorem per totam Curiam immediate sequentem, nec possit per M. C., nec per S.C. differri, vel suspendi, aut prorogari, alias statim post lapsam Curiam expediantur realiter, & personaliter litteræ executoriales in contumaciam, nulla habita ratione comparitionis, & supplicationis, & pœna scribatur in libro Inferni statim, non obstante, quod in continenti adimpleretur.

,, §. sive *Cap. 7.* hujus *Pragm.* fuit expresse reno-
,, vatum & confirmatum in *cit. §. V. num. 8. nov. Constitut.*,
,, sub pœna Magistris Actorum, ne recipiant fidejussio-
,, nes cum antedata.

10 Verum si cautionem præstiterit; tunc infra 15. dies decurrendos a die præsentationis fiat relatio, & si remittitur M. C., tunc eadem die, qua fit relatio, (si

(si remaneat tempus) alias Curia immediate sequenti, debitor teneatur comparere personaliter in Aula M.C. contra quem si creditor instat, fiat interrogatio, qua facta si debitor non venit sacculo parato, juxta Ritum, remaneat carceratus, & exequatur contra eum in bonis usque ad effectualem satisfactionem.

At si in actu interrogationis opponeretur exceptio satisfactionis, aut non actionis, aut nullitatis contractus, aut alia exceptio impugnans instrumentum, suspenderetur executio in bonis, & sufficit, quod remaneat in vinculis, vel faciat depositum, juxta dispositionem ipsiusmet Ritus M.C. & qui sit iste Ritus, & quomodo hoc intelligatur, vide per nos late tradita in *cap.5. hujus tit.*

Et ubi non comparuerit personaliter ad explendum actum interrogationis, incusatur fidejussio, & expediuntur litteræ executoriales pro debito, & pœna contra principalem, & contra fidejussorem.

Ex dispositis in hoc §. habetur plena praxis appellandi ab indebita citatione, & opponendi exceptiones; ubi sunt advertenda plura notabilia.

11 Primo, quod admittitur appellatio ab indebita citatione, dummodo opponatur exceptio, quæ non sit contra substantiam instrumenti, aut veritatem debiti, sed quod sit debitum conditionale, vel instrumentum pactionatum, aut usurarium, vel alias illicitum, vel creditor legitimet suam personam &c.

Secundo, quod appellans, omnino compareat personaliter, & præstet fidejussorem.

12 Tertio, quod cautio non possit differri, nisi ad Curiam immediate sequentem, qua lapsa, non amplius practicatur illa forma decreti, *ex quo non adimplevit, contra ipsum exequatur, & ponatur in libro Inferni*, juxta *dec. Gizzar.69.* & per dictum decretum perficiebatur, & concludebatur actus liquidationis; nam vigore hujus Pragmaticæ sine dicto decreto post lapsam Curiam sequentem, remanet clausa omnis via, & expediuntur litteræ executoriales in ejus contumaciam.

Quarto, quod omnino infra dies 15. fiat verbum in S.C.

Quinto, casu quo remittatur ad M. C., eadem die, vel ad longius die sequ. fiat interrogatio, si creditor instabit.

13 Sexto notabis, quod in actu interrogationis potest opponi exceptio, non solum, quæ non sit contra substantiam instrumenti, sed quæ impugnet substantiam instrumenti, & veritatem debiti, & sic potest opponi non solum exceptio satisfactionis, novationis, &c. sed nullitatis, falsitatis, & similis.

Et si fuerit una ex his opposita, auditur in vinculis, vel facto deposito, nec in tali casu poterit in bonis molestari.

14 Septimo notabis, si nil ex his opponit, nec venit sacculo parato, non solum remanet carceratus, sed contra eum exequitur in bonis usque ad integralem, & effectualem satisfactionem.

Octavo, si non comparet de persona ad explendum actum interrogationis eadem die, vel sequenti, postquam per S. C. remissa est caussa ad M. C., accusabitur fideiussio, & exequetur contra principalem, & contra fidejussorem pro debito, & pœna.

15 Nono, quod hic datur forma decreti interlocutorii interponendi per Judicem Hebdomadarium, quando præsentat scripturas tantum sine appellatione, sive absque supplicatione de verbo faciendo.

At quando per Reum in Curia exhibentur & scripturæ, & supplex petitio simul, appellando ab indebita citatione, Pragmatica nihil de hoc dixit, ideo ad instantiam Procuratoris fiscalis fuit emanata *Prag. 10. hoc tit.* edita 30. Januarii 1633. ubi datur forma decreti interponendi per Hebdomadarium, hoc modo: *condemnetur, verum non ponatur in libro Inferni, donec visis scripturis extra bancam aliter fuerit provisum, & respectu supplicationis adimpleat, & interim non discedat a Palatio M.C.*

Hic tamen adverte, quod clausula, *interim debitor non discedat a Palatio M. C.* non fuit ab usu recepta, sed usus inolevit fieri sine dicta clausula v3. *Et respectu supplicationis adimpleat, & esto monitus.*

Rationem assignat *Marad. in secundo capite suæ eruditissimæ Prax.* forsan, quia non omnes debitores accedunt ad Palatium M.C., sed potius ego puto accidisse, quia illa clausula non relevat, cum sufficiat dicere, *ut adimpleat*, nam si non adimplet, supplicans non consequitur intentum, & dicta clausula semper subintelligitur.

16 At quando præsentatur supplicatio tantum absque scripturis, tunc nec una, nec altera Pragmatica hoc dicit, sed ex eisdem facillime infertur, ut provisio fiat, quod appellans adimpleat, & esto monitus.

17 Decimo notabis, quod in hac 8. *Pragm.* neque fuit locutum de forma decreti, quando rejiciuntur scripturæ præsentatæ simul cum simplici petitione.

Ideo in dicta 10. *Pragm.* fuit addita forma dicti decreti: *Remaneat condemnatus, verum non ponatur in libro Inferni, donec facto verbo in S.C. fuerit aliter provisum.*

Ubi si remittatur caussa ad M.C., intelligitur, fuisse bene provisum per M. C. etiam respectu scripturarum.

Et si per S. C. fuerit in totum, vel in parte reformatum decretum M.C. exequetur id quod per S.C. fuerit ordinatum, salvis juribus adversus dictum decretum S.C.

18 His adde, quod si appellans non potuerit, vel noluerit adimplere in præstanda cautione, sed maluerit se constitui in vinculis, videtur per æquipollens cavisse, & adimplevisse menti Regiæ Pragmaticæ, dum paruit comparendo personaliter, & creditor erit cautus per carcerationem debitoris appellantis, & sic licet hoc non dicat Pragmatica, tamen erit in appellantis electione, vel cautionem præstare, vel in vinculis se conjicere, ut audiatur in suis exceptionibus contra substantiam instrumenti, forsan satisfacti, vel novati, vel invalidi, & dummodo adimpleat eadem, vel sequenti Curia, quando instabit creditor, quia postea non amplius auditur, etiamsi incontinenti velit adimplere, ut supra dictum est; & debitore adimplente, creditor privatur illo Privilegio exequendi in bonis, donec excutiuntur exceptiones oppositæ prævio termino ad probandum.

Verum, quando appellans stabilia non possideat, si fidejussorem non dedit, faciendum est sequestrum in bonis mobilibus, non obstante, quod sit in vinculis, juxta doctrinam *de Angel. in l. si debitor num.2. & 55. Constant. super hac Pragmat. fol.*338. *num.*10.

19 Expleta praxi appellandi ab indebita citatione in hoc *eod. §. Pragm.* subsequendo, dat praxim, quando non appellatur ab indebita citatione, sed solum præsentat debitor libellum cum scripturis, per quas non negatur instrumentum, sed allegatur satisfactio, vel litis pendentia civilis, vel alia exceptio; tunc remoto quolibet abusu, M. C. pro Tribunali sedente faciat decretum anticum; *condemnetur, verum non ponatur in libro Inferni, donec visis scripturis extra bancam aliter fuerit provisum.*

Et statim Curia immediate sequenti in Aula discutiantur scripturæ, auditis partibus, quæ si non erunt subsistentes ad elidendum rigorem instrumenti, tunc decretum non amplius fiat, ut olim abusive fiebat, *procedatur ad interrogationem*, quia interrogatio habetur pro facta, quando debitor præsentat libellum cum scripturis contra rigorem instrumenti, & fuit jam inter-

interpositum decretum condemnationis, cujus executio fuit suspensa, donec discuterentur scripturæ, ideo forma decreti erit.

Visis scripturis, ponatur in libro Inferni, vel remaneat condemnatus, & ponatur in libro Inferni.

Quo casu debitor carceratur, si fuerit præsens, & expediuntur literæ executoriales realiter tantum.

At si erit absens, expediuntur realiter, & personaliter, nec amplius auditur, nisi facta integrali solutione debiti, pœnæ, & expensarum factarum in reassumptione instrumenti; etiam si se constituat in vinculis, vel faciat depositum conditionatum, nec etiam si vellet judicium principale intentare in M. C. vel in S.R.C.

20 Nec tali casu recipiatur depositum, pro quo liberando, essent solvendi dirictus Actuario, & Scribæ, nisi sit explicitum, liberum, & depositentur simul expensæ omnium dirictuum; & Tu adde, etiam expensas factas in reassumptione, & faciendas in quietatione, & notatione marginis, ut latius in *cap.15. hujus Tit.* diximus.

21 Et si ab ultima interlocutoria per M. C. facta post visas scripturas, ut ponatur in libro Inferni, velit debitor appellare ad S. C., tunc decretatio non fiat simpliciter, sed cum clausula, *constituto debitore in vinculis, vel facto deposito, M.C. verbum faciat*, & supplicatio aliter expedita, non recipiatur, nec observetur.

Sed cum dicta clausula, *recipiatur*, dummodo præsentetur, antequam sit scriptum in libro Inferni, & sic re integra; nam postquam est in libro, aliud remedium non remanet, nisi solutio explicita.

Ex dispositis hic alia notabilia advertenda sunt.

22 Primo, non fit amplius illud decretum: *Visis scripturis extra bancam providebitur*, sed Pragmatica novam formam sancit, nempe *condemnetur, verum non ponatur in libro Inferni, donec visis scripturis, &c.*

Secundo, post visas scripturas, non fit amplius illud decretum: *Procedatur ad interrogationem*, sed fit decretum: *Ponatur in libro Inferni.*

Tertio, si ab hoc ultimo decreto: *Ponatur in libro Inferni*, appelletur, decretatio non amplius fit simliciter, ut olim fiebat, sed fit cum clausula, *Constituto in vinculis, vel facto deposito.*

23 Quarto, depositum si fiat post interpositum decretum: *Ponatur in libro Inferni*, non recipiatur si fuerit conditionatum, sed debet omnino esse liberum, & explicitum, & quod simul cum deposito deponantur omnes dirictus Actuarii, & Scribæ pro illo liberando, & expensæ factæ in reassumptione instrumenti; nam audiendus amplius non est tunc debitor, nisi facta solutione integra pro debito, pœna, & expensis, & depositum non dicitur solutio; sed vide, quæ latius diximus in *cap.13.bujus tit.*

Quinto, ex contrario sensu *d.Pragm.*, dum post decretum condemnationis, *(& ponatur in libro) Pragmatica* prohibet depositum conditionatum, infertur, quod depositum conditionatum admitti debet ante dictum decretum condemnationis, quando opponuntur exceptiones, & præsentantur scripturæ discutiendæ extra bancam; sed quid de hoc servatur, vide supra *d.Cap.13.*

24 Sexto, per hanc *Pragmaticam* sopita est quæstio disputata per *Reg.de Marin.lib.1.resol.*188. num debitor se in vinculis constituens, audiendus sit, ut supersedeatur in venditione bonorum, quæ executa sunt vigore incusationis, dum in hoc §. 7. statuitur, ut adversus incusationem jam factam debitor, nec in vinculis, nec facto deposito conditionato audiri possit, sed tantum post factam realem solutionem.

Hæc tamen *Pragmatica* limitatur, & declaratur, ut ea non obstante, debitor audiatur absque deposito præsentato, & adhuc integrali solutione non facta, in casu, quo incusatio ex eisdem actis evidenter nulliter facta appareat, ita resolvit idem *de Marin.* ad intellectum hujus §.7. *dict. resolut.*188. *in fine*, ex *decis. Sanfel.*299. de qua praxi vide, quæ latius dixi in *cap. 17. hujus tit.liquid.instr.*

Cap.8. sive §. 8. *hujus Pragm.* ampliat, & declarat *Pragm.7.* Ideo vide, quæ ibi diximus.

25 *Cap.9.* sive §.9. mandat, ut Hebdomadarius, qui ordinavit interlocutoriam in ultima Curia, remaneat Judex liquidationis; Verum, si per alium processum decerneretur, ut agatur ordinarie; tunc Commissarius illius processus præsentati, erit Commissarius totius caussæ.

Cap. 10., sive ultimum imponit pœnam Magistris Actorum, ut sint attenti ad observantiam omnium prædictorum Capitum.

Explicatis jam supradictis decem *Pragmaticis* hucusque editis, & in hac ultima editione *Pragmaticarum* miro ordine per laboriosissimum, & doctissimum Dominum Consiliarium *Altimari* registratis sub *tit. de instrumentorum liquidatione*, opportunus locus hic videtur, addere rescriptum in anno 1621. sub die 28. Septemb. emanatum per Eminentissimum Cardinalem Zapata tunc hujus Regni Proregem, quod Sac. Cons. omnimode observare debet *Ritus M. C. V.* & omnes *Pragm.* instrumentorum liquidationem concernentes; Quod Rescriptum non reperitur in *volum. pragm.* sed est registratum apud Secretarium Sac. Cons. *tom.2.* de stylo Sac.Consil.*observ.*188. teste *Dom.Marad.in prax. cap.2. num.*52.

Adest etiam alia *Pragm.* quæ est 7. *sub tit. de offic. Magistr. Just.* continens septem Paragraphos, sed quinque ordinationes circa liquidationem instrumenti ibi habentur.

In §.2. ordinatur, ut præsentatio instrumenti scribatur in libro, exprimendo diem, & quantitatem.

In 3.§. ut instrumentum postquam est præsentatum non restituatur absque licentia Domini Regentis, Judicum, & Fiscalis, & licentia cum die restitutionis registretur in eodem libro.

In 4.§. præsentato instrumento, statim detur notitia, & copia Advocato, & Procuratori Fiscali.

In 6.§. ut liquidatio instrumenti fiat Curia sedente, vel saltem die sequenti, si indiget discussione, quod idem mandat *Ritus* 116. Et in *d.§.additur*, non posse ordinari, quod fiat depositum.

Et ratio assignatur a *Dom. Maradei in d. cap.2. suæ aureæ, & elaboratæ praxis num.*51. ne fiscus pœna debita fraudetur; et propterea distinguit duos casus.

Primus, quando oppositæ exceptiones concernunt ordinem tantum, tunc si militant, fit decretum, *quod rectius citetur*, vel *expectetur exitus litis vertentis in Sac.Cons.* vel *quod partes adeant Coll.Cons.&c.* ex *Merl.contr.74.cent.1.*

Secundus casus, quando exceptiones oppositæ respiciunt justitiam, tunc fit decretum, *quod agatur ordinarie*, & tunc in caussa dabitur terminus, & proceditur judicio ordinario.

Adeo quod Actor volens agere judicio executivo civili vigore pacti per præcepta de solvendo, non fuit auditus, sed fuit dictum, quod pro executione dicti decreti, infra quatuor dies audiantur Partes, ut decisum refert *Thor. in supplem. verb. pactum executivum, fol.*462. *& Dom.Marad.loc.sup.citato.*



C A P. XXV.

De Judice competenti liquidationis instrumentorum.

S U M M A R I U M.

Caussa liquidationis instrumentorum est mere criminalis, vel saltem mixta, quicquid Rovit. Sanfel. & alii *dixerint esse potius civilem*, num.1.

Bajularis Curia non cognoscit de caussis criminalibus, & ideo nec de liquidatione instrumenti.

Instrumentum via Ritus præsentari non potest in Curia civili in terris, ubi separata est jurisdictio civilis a criminali, & mixta, & quomodo hæc opinio procedat; Et

Pragm.2. de jurisdictione *invicem non turbanda declaratur*; num.2.

Instrumentum via Ritus 166. *contra Clericos conjugatos, coram quo Judice præsentari debeat, laico, an Ecclesiastico*, num.3.

In M.C.V. per Judices civiles proceditur in liquidatione instrumentorum, licet caussa liquidationis sit criminalis, sed in appellatione proceditur tamquam caussa criminalis, num.4.

Liquidatio instrumentorum olim fiebat solum in M.C.V., sed hodie fieri potest etiam in Curiis inferioribus, tam Baronalibus, quam Regiis, num.5.

Contra subditos magni Admirati non potest liquidari instrumentum in M.C.Vic. nec in alio Tribunali, nisi in ipsa Curia magni Admirati, num.6.

In Curiis Nundinarum potest liquidari instrumentum, num.7.

Instrumentum potest præsentari ante diem destinatam solutionis contra suspectum de fuga, & quæ praxis nunc servatur, num.8.

Contra Scribas Sac. Reg. Cons. potest instrumentum liquidari in M. C. Vic. sed contra Magistros Actorum dicti Sacr. Reg. Cons. liquidatur in eodem Sacr. Reg. Cons., num.9.

„ *Quid autem hodie servandum.*

Sacrum Reg. Cons. non alligatur ad observantiam Ritus 166. *& omnium* Pragmaticarum *circa liquidationem instrumenti concernentium*, num.10.

Contra Titulatos, & quoscumque Officiales Regios procedi non potest in caussa criminali, nec in liquidatione instrumenti per M.C.V. inconsulto Prorege, nunc autem Rege, num.11.

Miles non gaudet exemptione circa liquidationem instrumenti, in qua procedit M.C.V. etiam contra Alguzerium Tribun. exercitus, num.12.

In Caussa liquidationis, & alterius caussa executivæ a Trib. Supremis denegatur remissio Curiis inferioribus, num.13.

1 CAussa liquidationis instrumentorum est mere criminalis; adeo quod non potest instrumentum præsentari, & liquidari in Curia Bajulorum, quia Bajuli non cognoscunt de caussis criminalibus, ut decisum refert in Regia Camera Summariæ contra Bajulum Civitatis Catanzarii, *Reg. Tappia* relatus a *Galter. in 3. part. princ. num.3. fol.182. Novar. qu. for.79. lib.1. & decis. 204. Reg. Petra rit. 54. num. 4. D. Ageta* omni eruditione præditus, & Supremo Magistratu dignissimus in §.9. *ad Reg. Moles num. 29.* & vide, quæ dicemus in *tit. de damnis datis*.

Et quamvis judicium civile potius esse putarunt *Rovit. Pragm.1. de offic. Bajuli, Sanfel. decis.230. nu.6. Marott. discept.9. Capyc. Latro consult.48. nu.57. Puteo Affl. controv.48. n.49.* tamen *Galter. ubi supr.* caussam mere criminalem esse contendit, & *D. Reg. Petra in rit.55.* criminalem esse concludit, vel saltem judicium mixtum, sed cognitionem competere habentibus jurisdictionem civilem.

2 Et eadem ratione, quod sit judicium criminale, non posse præsentari instrumentum via Ritus in Curia civili, in Terris, ubi regitur separata jurisdictio civilis a criminali, & mixta, tenet idem *Galter. ubi supr.* Verum hæc opinio *Galterii* procedit in illis locis, in quibus non servatur *Pragm. 2. de jurisdictione invicem non turbanda*, quæ secundum aliquos est localis, & per viam generalis legis prodita, ut advertit *de Marin. ad Revert. dec.568.* quem sequitur *de Luca ad Franch. decis.162. num.6.* Nam ubi viget *dict. Pragm.* quæ mandat, ut ad criminalem jurisdictionem spectet cognitio caussarum, ubi est pœna mortis naturalis vel civilis, vel membri mutilationis; cæterarum vero omnium ad Baronem civilem. Propterea cognitio liquidationis instrumenti spectaret ad Baronem civilem, non autem ad Baronem criminalem, & ita concludunt *de Marin. & de Luca ubi supra*.

Imo indistincte hanc cognitionem spectare ad civilem jurisdictionem, concludit *D. Reg. Petr. rit. 55. num.4.*

3 Et similiter in locis, ubi servatur consuetudo juxta *Regiam Pragmaticam*, ut Clerici conjugati pro caussis civilibus conveniantur coram Judice laico, non potest caussa liquidationis instrumenti fieri in Curia laicali, sed coram Ecclesiastico Judice, quia dicta caussa est mere criminalis, idem *Galter. in 3. part. princip. num.1. fol.157. & Capibl. in Prag.8. p.2. num. 80. de Baron. in penult. impress. fol. mihi* 316. *Ricc. decis. 170. par. 3. Novar. qu. 79.* qui reiicit *Capibl.* contrarium tenentem in *d. Pragm.8. par.3. num.52. in tertia impressione*, & novissimas decisiones vide apud *D. Marad. cap.4. num.119. in prax. liquid.* sed Dominus *Reg. Petra in rit. 55. & D. de Luca ad Franch. decis.162.* veritatem hujus quæstionis reliquerunt alibi investigandam, & ego illos sapientissimos sequendo resolutionem hujus articuli opportuniori in loco suspendo, & dicam in *Prax. de foro compet.* & vide, quæ post *Marott. discept. forens.9. & 10. de Marin. resol.58. lib.1.* docet *D. Marudei in sua aurea praxi cap.4. num.219.* ubi *num. 220.* docet contra fidejussorem Clerici non posse liquidari instrumentum, sed agendum esse via ordinaria, ex decisis penes *Gallup. p.2. cap.22. num.37. Thor. in compend. part.2. verb. instrumentum an possit liquidari, fol.270.* & vide *D. Marad. loc. cit.* circa formulas decreti in præsentatione Bullarum, & an per Procuratorem, & quando debitor tempore quo erat Clericus, fecit instrumentum, & post dimissum habitum fuit incursus in perjurium, vel è contra, tunc attenditur tempus incursi perjurii; ita quod si laicus est debitor, qui tempore solutionis reperitur Clericus, & deinde dimisso habito, itidem fit laicus, liquidatio fit coram Judice Ecclesiastico competenti, tempore commissi perjurii, ut late *Reg. Petr. rit.166. n.116.*

4 Sed ne mireris, Lector, cur misceatur inter formulas civiles hæc præsentatio instrumenti, quæ est caussa criminalis, quia in M. C. V. citationes expediuntur per Judices Civiles; & non propterea sequitur, quod caussæ istæ fiant civiles, ut advertit *Galter. in d. 3. part. princip. fol.182. num.3. in fine*, ex eo quia dum agitur principaliter pro consecutione crediti, & secundario pro pœna juramenti non servati per debitorem, & Advocati caussarum civilium, has caussas agitant, & dum hæc cognitio liquidationis instrumenti spectat ad civilem jurisdictionem, ut supra, *D. Reg. Petr. d. rit.55. n.4.* merito in praxi civili ponuntur formulæ dicti judicii liquidationis.

Verum animadversione hic dignum nota, quod licet in M.C.V. per unum Judicem Civilem expediatur citatio, quæ firmatur ab uno Judice Civili, & uno Actuario criminali, ut testatur *D. Reg. Petr. rit.266. num.64.* tamen in reclamatione proceditur tamquam in caussa

cri-

criminali, in qua sententia conformis executioni demandatur ex stylo Sacr. Reg. Consil. non aliter admissa reclamatione; quod secus in caussis civilibus, ubi sententia S.C.licet sit conformis cum sententia M.C.V., tamen admittitur reclamatio, quando est caussa civilis, itaque si in M.C.V. fuerit interlocutum esse procedendum ordinarie in caussa liquidationis instrumenti, & confirmatum per S. C. non admittitur reclamatio ad instar criminalis, ut dignissime *D. Reg. Petr.* copiosius dilucidat *Ritum*, & testatur in *rit.* 166. *n.* 5.

5 Olim ex verbis ejusdem Ritus dubitabatur, quod liquidatio instrumenti deberet fieri solum in M. C. V. & non in aliis Curiis Regni, hodie indubitabile est, quod in omnibus Curiis Baronalibus, & Regiis fiat, ex *dec. S. C. relata in addit. Tap. ad dictum Ritum fol.* 280. & servatur in praxi absque dubio, *Curavit. d. rit.* 54. *Rovit. pragm.* 1. *de instrum. liquid. Altim. rubr.* 9. *quæst.* 28. *n.* 96. *de nullitat.*

Et hoc dicit esse de consuetudine introductum tam in Curiis Baronalibus, quam aliis Curiis Regiis inferioribus, & in Regia Audientia, *D. Reg. Petr. rit.* 54. qui rejicit illos tenentes esse introductum vigore privilegiorum Baronum, cum si hoc esset verum, Curiæ Regiæ, quæ non habent tale privilegium, carerent hac prærogativa.

6 In Curia vero magni Admirati posse liquidari instrumentum, refert decisum in S.R.C. *Frecc. de subfeud. lib.* 1. *de offic. magni Admirati n.* 31. *Sanfelic. dec.* 419. *lib.* 3. *num.* 22. *Tapp. rit.* 54. *fol.* 281. *Petr. d. rit. num.* 5. Imo contra subditos magni Admirati non posse liquidari in M.C.V., nec in alio Tribunali, nisi in ipsa Curia magni Admirati; tradit dictus *D. Petr. rit.* 166. *num.* 110. *fol.* 41. teste *Tap. in rit.* 54. *num.* 2. *& Thor.* ibi citato.

7 In Curiis Nundinarum *Marant. par.* 4. *dist.* 9. *n.* 133. *in specul.* dicit, posse liquidari juxta formam Ritus, quo præsentatur, non citatur verbaliter debitor, ex eo, quia omnes venientes ad nundinas sunt suspecti, quod aufugiant post citationem, sed citantur citatione reali, nempe per capturam; & ducitur coram Magistro nundinarum, & interrogabitur super tenore instrumenti, & si fatetur, detinebitur, & proceditur in forma solita juxta formulam infra.

8 Imo præsentatur instrumentum, etiam, quod non sit elapsa dilatio ad solvendum, quando probabitur per testes esse suspectum de fuga, sive debitorem fugitivum, & tunc interrogabitur, si habet fidejussores, & si non habet, detinebitur de persona, ut adveniente die sit cautus creditor. *Marant. ubi supr.* quem remissive citat, & sequitur *D. Reg. Petr. rit.* 54. *num.* 5. *in fin.* de qua praxi vide latius infra in *spec.* 3. *tit.* 6. *de debitore fugitivo.*

9 In S.R.C. liquidantur instrumenta contra Magistros Actorum, Scribas, & Porterios ejusdem S.R.C. *D. Petr. d. rit.* 54. *num.* 5. licet contra Scribas S. C. posse liquidari in M.C.V. idem *D. Petr.* refert in *rit.* 166. *n.* 110. *fol.* 41. decisum esse apud *Thor. in part.* 1. *in verb. instrumentu*, §. 2. *& vot.* 84. *n.* 209. *part.* 1.

„ Quid autem hodie esset dicendum, ex allata Constitutione §. 2. *n.* 7. deducitur; ubi habemus, quod omnes causæ tam civiles, quam criminales, aut mixtæ quarumcumque personarum, quæ sint addictæ cuicumque nostrorum Tribunalium, sive Regalis Cameræ D. Claræ (quæ autem sit Regalis Camera Divæ Claræ inferius dicetur) sive S.R.C., sive Regiæ Cameræ, Regii Annonæ Præfecti, & Magnæ Curiæ Vic., omniumque aliorum Tribunalium, nemine excepto, indiscriminatim tractentur in Tribunalibus ordinariis; præter commissa ratione officii; tunc enim punitur quisque a suo Tribunali, ubi in officio deliquit. Et hoc extenditur ibi etiam ad Conductores, aut emptores quorumcumque bonorum Regiæ Curiæ, quibus ab inde in antea non conceditur amplius fori exemptio, nisi specialiter ab ipso Rege fuerit eidem Constitutioni derogatum.

10 Hic non erit omittendum, quod adeo est privilegiatum hoc judicium liquidationis instrumentorum via Ritus, & tantus est rigor, ut etiam, S.R.C. alligatur ad observantiam dicti Ritus, & observare debet non solum dicti Ritus dispositionem, sed omnes alias Pragmaticas hujusmodi materiam concernentes, ex diplomate per Cardin. Zapata in hoc Regno Proregem 28. Septembris 1621. penes Secretarium S. R. C. de Mercatis *tom.* 2. de stylo Sacr. Cons. *observ.* 188. ut advertit Dominus *Reg. Petr. rit.* 188. *n.* 83. *&* 84.

Cum regulariter S. C. non alligetur ad observantiam *Rituum M. C. V.*, nec aliorum jurium Regni, ut sunt Constitutiones, Capitula, & Pragmaticæ, nisi in duobus.

Primo, quando eidem S. C. visum fuerit expedire, observare dictas Regni sanctiones, non ut leges, sed quatenus rationem contineant, quæ suadent.

Secundo, quando expresse fuerit sancitum, ut Sacrum Consilium ligetur ad illius observantiam, ut est in *Pragm. unica ad Senat. Cons. Vellejanum*, in qua mandatur præcipue, ut Sacrum Consilium illam observet; sic exemplificat, & rationem assignat *D. Reg. Petr. ubi supr.* post *Anichin. de prævent. cap.* 3. *quæst.* 3. *n.* 12. cum aliis per eos citatis, quos sequitur *D. Marad. observ. ad Pragm.* 11. *de ord. Judicior. in singul.* 345. *fol.* 322. *num.* 5.

11 Advertendum quoque erit, quod licet M. C. possit cognoscere de omnibus caussis, de quibus cognoscit Regia Majestas, vel ejus Primogenitus, qui erat Vicarius, unde *Vicaria* dicta est, ac proinde M.C.V. habet præeminentiam procedendi in caussis omnium in quacumque dignitate sint constituti in Regno, ut est sancitum in *Constit. Statuimus, ut magna*, & in *Constit. Magnæ Curiæ nostræ*, & in *rit.* 46. incip. *In primis*, & consequenter in M. C. liquidari posse instrumenta contra Regios Consiliarios, & alios Officiales quantumvis Supremos, & contra Barones, & Titulatos, etiam si habeant unum ex septem officiis Regni, ut est magnus Admiratus, vel magnus Cancellarius, & etiam contra Consiliarios militares Collateralis Consilii, ex *Auctoribus* late adductis per meritissimum *D. Cons. Altimar. ad Rovit. cons.* 9. *Lagunar. ad Rovit. in rubr. de liquid. instrum. ad num.* 5. *& D. Petr. & Carav. dict. rit.* 46.

Tamen hodie non potest in M. C. liquidari instrumentum contra Titulatos, nisi prius obtenta licentia a S. E., teste *Prata pradic. observ. cap.* 8. *& resp. crim.* 32. *num.* 79. *D. Reg. Petra rit.* 166. *n.* 112. *D. Cons. Altim. d. cons.* 90. *ad Rovit. & ultim. D. Marudei observ. ad Pragm. de liquid. instrum.* 210. in nullitatibus propositis pro parte Ill. Ducis Laureti in undecima nullitate *num.* 24. fuit hæc ex dicta doctrina *Prati*, *& Freccia*, & aliorum: Patrocinante ipso *D. Marudei*, & Domino Hippolyto Porcinario Advocatis nostræ tempestatis nemini secundis animi, & generis nobilitate ornatissimis.

Ubi concludunt, quod contra quoscumque Officiales Regios, etiam a Prorege constitutos, non potest procedi in caussis criminalibus, nec ad citationem super tenore instrumenti inconsulto Prorege, ex pluribus determinationibus Reg. Collat. Cons. annotatis ad *pragm.* 2. *sub tit. de offic. ad Reg. Majest. spectantibus.*

12 Contra Milites, & etiam contra Alguzerios Reg. Gen. Auditoris Exercitus M. C. V. procedit ad liquidationem, non obstante exemptione militari, quicquid in contrarium dixerit *D. Reg. Galeot. contr.* 54. *num.* 16. *Novar. pragm.* 12. *de milit. num.* 5. *& qu. for.* 79. *par.* 1. Contra quos novissime decisum refert *D. Maradei in sua prax. cap.* 4. *num.* 213. *& seq.*

13 Nota demum, quod licet Baronalis Curia hodie sit com-

competens in liquidatione instrumenti contra suos subditos, ut diximus *num.5.* tamen Regia Audientia Provincialis, & M.C.V. non remitut caussam liquidationis Baroni, quibusvis privilegiis munito, nec alias caussas executivas, de quo latius nos diximus in *prag.n.1.de instrum. liquidat.cap.19.*

C A P. XXVI.

An in Curiis Ecclesiasticis possit criminaliter præsentari instrumentum juxta *Ritum M.C.V.* 166.

S U M M A R I U M.

*Clericus creditor contra laicum debitorem instrumentum criminaliter præsentare ad formam Ri-*tus M.C.V. *potest*, num.1.

Clericus, & Ecclesia uti potest statuto laicali active, & favorabiliter pro se, licet non ligetur passive contra se, num.2.

Clericus tenetur ad pœnam male liquidantis, & ideo debet dare expromissorem laicum, qui se obliget ad dictam pœnam; fallit ubi simul cum Clerico Notarius, vel alius liquidat. Et quid hodie servatur, num.3.

Liquidare non potest instrumentum contra Clericum debitorem in Curiis Ecclesiasticis, non obstante, quod Clericus se obligavit sub speciali pacto liquidandi, nec obstante Ritu Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, num.4.

Instrumenta publica executionem paratam non habent, num.5.

Constitutio laicalis non attenditur in foro Ecclesiastico, num.6.

Clericis auferri non potest facultas appellandi, quæ de jure communi eis competit, num.7.

Constitutiones laicales concedentes viam exequutivam contra Clericos, semper rejectæ fuerunt per Ritum, num.8.

Clericus potest ex pacto executive conveniri, num.9.

Pactum, quod Clericus possit executive conveniri, tunc non valet, quando refertur ad statutum laicale, cui subiicere se Clericus non potest, num.10.

Guarantigia Clericos non afficit ex defectu potestatis Notarii Regii, num.11.

Juramentum non tribuit viam exequutivam, num.12.

Ritus sinodalis Curiæ Ecclesiasticæ confirmans statuta Secularia non comprehendit statuta juri communi contraria, prout est denegatio appellationis, num.13.

Ritus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ non fuit confirmatus a Sede Apostolica, & ideo Clericos non ligat, num.14.

Ritus M. C. Vic. *non habet Apostolicam confirmationem, & ideo Clericos non ligat*, num.15.

Ritus unius Tribunalis in alio Tribunali non observatur, num.16.

Decisio Curiæ Archiepiscopalis Abellinensis fuit revocata in gradu appellationis ab Archiepiscopali Beneventana circa liquidationem factam contra Clericum juxta Ritum M. C. Vic. & juxta Ritum Archiepiscopalis Neapolitanæ, num.17.

Instrumentum habet vim notorii, & in notoriis partes Judicis sunt in exequendo, num.18.

Perjurus est, qui jurat solvere in termino, & non solvit, & perjurus cadit a commodo contractus, num.19.

Notorium delictum est privilegiatum, in quo Judex potest pœnam imponere, & exequi absque condemnatione, executive procedendo, & ordinem non servando, num.20.

Ordo juris non curatur, nec sollemnitas aliqua, quando constat de veritate, num.21.

Pactum ligat Clericos, ut executive conveniantur ad formam Ritus M.C.Vic. quia est pactum relativum ad illam formam, non submissivum Judici Sæculari, num.22.

Pactum valet, ut inchoetur processus ab executione etiam contra Clericos, num.23.

Quod per statutum induci potest, idem per pactum induci potest, num.24.

Pactum valet, ut liquidari possit instrumentum post lapsos 20. annos, num.25.

Juramentum habet virtutem clausulæ: Si quod ago non valet, ut ago, valet, ut valere melius potest, num.26.

Guarantigia ligat Clericos non obstante, quod Notarius sit Regius, & Judex ad contractus, & assignatur ratio, num.27.

Guarantigia non fit per præceptum solvendi, sed per juramentum, & pœnam, cum clausula: Pro quibus omnibus observandis, *& per eam dicitur confessus, & convictus debitor*, num.28.

Guarantigia contra Clericum sponte fit, cum Notario, & Judice Regio, tamen coacte exequitur coram competenti Judice Ecclesiastico, num.29.

Clericus secundum aliquos, valide obligare se potest penes acta Curiæ laicalis in actibus voluntariis, num.30.

Juramentum obligat præcise ad observantiam, & in forma specifica, & solvendo interesse, jurans non liberatur, num.31.

Debitor accusatus de perjurio criminaliter, quare non auditur, nisi facto deposito, vel in vinculis constituto, assignatur ratio, num.32.

Juramentum habet vim continuæ interpellationis, & constituit debitorem in mora, & in peccato, num.33.

Debitor morosus dicitur fur, num.34.

Juramentum est semper servandum, nisi vergat in dispendium salutis æternæ, num.35.

Perjurus audiendus non est, num.36.

Appellatio in judicio liquidationis instrumenti admittitur, num.37.

Debitor dicitur confessus, & convictus per Guarantigiam, num.38.

Confessus, & convictus regulariter non admittitur ad appellandum, num.39.

Appellatio non admittitur in notoriis, num.40.

1 Diximus supra, a quibus personis, & contra quas personas, & coram quo Judice fieri possit instrumentorum liquidatio in nostro Regno inter laicos, nec est dubitandum amplius, quod in Curiis laicalibus possit Clericus creditor contra laicum debitorem instrumentum criminaliter præsentare ad formam *Rit. M.C.V.*, ut late concludit *D.Maradei in sua perpulchra praxi cap.4.num.441.* ex ratione assignata per *Episcop. Sperell. decis.11.* quia Clericus, & Ecclesia uti potest
2 statuto laicali active, & favorabiliter pro se, licet illud non liget passive contra se.

3 Unde possunt Clerici, si volunt, uti dicto statuto laicali, contra suos debitores, quo casu tenentur ad pœnam tarenorum trium pro uncia, quæ exigi solet a male liquidantibus, *Petr. rit.166. num.114. D.Marad. cap.4.num.441.* & ratio ea est, quæ assignatur a *Sperell. decis.11.num.17.* quia Clericus utens statuto laicorum, debet uti cum omnibus ejus qualitatibus, etiam si aliquæ sint contra ipsum; nam lex non debet claudicare, & statutum in una parte pro se adhibere, & in alia reiicere, & proinde non admittitur Clericus ad liquidandum, nisi dato expromissore laico, qui se obliget ad dictam pœnam, vel nisi in casu, quo simul cum Clerico, Notarius, vel alius stipulationi adjectus, liquidet, *Marad. ubi supr.*

Sed hodie absque expromissore Clerici continuo liquidant; & credo rationem esse, quia ille antiquus usus exigendi pœnam a creditore, male liquidante, non amplius servatur; alias est adhibendus expromissor

for Cleric. *Marsl. d. num.*441. sed M.C. solet interloqui, ut rectius cicetur, vel agatur ordinarie.

4 Dubium tamen erit in Curiis Ecclesiasticis contra Clericum debitorem, an possit ad formam Ritus M.C. præsentari instrumentum, attento pacto, vel attento Ritu Curiæ Archiep. Neap.

Et fuit decisum tale pactum, & tale Ritum non valere, & est *decisio Rotæ* apud *Royas* 138. *&* 348. *par.9. recent.* de quibus *Zacch. post tract. de oblig.Camer. &* *Ill. Episc. Marell. in sua elegantissima practica cap.7. observ.1.fol.*267. per extensum descripsit, tenoris sequentis.

Decisio Rotæ Romanæ.

R. P. D. Royas. Baren. seu Neapolitana pecuniaria sub die 4. Julii anni præteriti; *DD.* dixerunt esse exequendum mandatum relaxatum ab A.C. contra Abbatem Stephanum Maffeum pro scutis 2000. vigore illius obligationis juratæ contantis, quod possit a D. Benedicto de Angelis creditore pro solutione duc. 2000. instrumentum pro liquidando produci, præsentari, ac liquidari in omni Curia, loco, & foro, juxta formam *Ritus M.C.V.*, & secundum laudabilem stylum Curiarum Ecclesiasticarum, quod incontinenti habeat promptam, & paratam executionem more pensionum Fidelissimæ Civitatis Neapolis, & obligationum liquidarum, cui resolutioni, non acquiescente Abbate Stephano, hodie demum post quartam caussæ propositionem, quoad viam executivam fuit a decisis recessum.

5 De jure enim instrumenta, quamvis publica, non habent paratam executionem, juxta *text. in l. minor annis* 25., *cui fideicommissum*, ubi *DD. ff. de minor. l.pacto, qui pœnam, C. de pact. Alex. cons.*191.*lib.*7. *Jas. cons.*9. *in princip. lib.* 1. *Scac.* qui plures cumulat *de judic.par.*1.*cap.*62.*num.*2. *Franc.Marc.qu.*393. *Osasch. dec.*119. *num.*2. *Thes. dec.*26. *num.* 1. *& in recent. dec.* 234. *num.*11. *par.*5.

Nec executionem tribuit in præsenti, obligatio Abbatis concepta juxta formam *Ritus M.C.V.*

6 Primo, quia dicta constitutio, uti laicalis, non attenditur in Tribunalibus Ecclesiasticis, nec est apta Clericis ligare, ex defectu statuentium, *cap. quod Clericis de foro competen. Corne. cons.*145. *num.* 4. *lib.*4.*Pau.de Cast.cons.*157.*n.*1.*lib.*2.*Pert.Imol. cons.*48. *n.*11.*lib.*1. *Afil. super constit. Regni lib.*1.*rubr.*17.*n.*16. *prope finem* §. *si quis in posterum*, *vers. Et ideo dica*, *Hond.cons.*3.*n.*11. *lib.*1.*Vivian.dec.*326. *per totam*.

7 Secundo, quia Laicalis potestas non valet auferre facultatem appellandi Clericis competentem de jure communi, *cap. cum inter de except. Parif. cons.* 28. *num.*11.*lib.*4. *Lancel.de attent.par.*2.*cap.*12.*amplia.*5. *num.*14. *Rot. dec.*16. *num.*3. *de dol. & contumac. in nov.* §. alias esset constitutio contra libertatem Ecclesiasticam, *Alex. cons.*310.*num.*12. *&* 211. *num.*7.*lib.*2. *Alb. cons.*8. *num.*3. *Covar.in cap.possessor malæ fidei de reg. juris in* 6. *Hond.cons.*3.*num.*15. *Carol. de Graff. de effect.*2. *n.*68. 69. *&* 70. cum aliis ab eo congestis.

8 Et sæpe *Rota* reiicit hujusmodi constitutiones uti Laicales concedentes viam executivam adversus personas Ecclesiasticas, ut videre est in illa *Maceratana Jurispascen.*26. *Maii* 1628, *coram bon.mem.Card.Virili*, *Duran. dec.*191.*num.*2.

9 Non obstat, quod Clericus, sive quævis alia persona possit ex pacto executive conveniri, *l. qua dotis*, *ff. solut. matrim. l. pen. C. de pignor. ad. Petr. Nupn. de Avendagn. ad l.* 4. *&* 5. *tit. de las except. Lib.*3. *ordinament. num.*1. *Zacc. de oblig. Cam.qu.*2.*n.*16.*vers. valet enim pactum, quod Judex possit*.

Quia fuit responsum procedere in Clerico, qui simpliciter in instrumento suæ obligationis concessit facultatem creditori executive agendi.

10 Secus vero in eo, qui prout in præsenti, dictam facultatem concessit, non simpliciter, sed juxta formam alicujus Constitutionis Laicalis, qua ipse ex defectu potestatis statuentium, non potest adstringi, & cui Ecclesiastici non valent se subiicere, *cap. si quis*, ubi *Glos. & DD. de for. competen. Affl. dec.*85. *num.*1. *in fin.* post *Imol. cons.* 107. *num.* 4. *&* 5. *Grat. cons.*87. *num.*3. *lib.*1. *Honded. cons.*3. *num.*21. *vers. nec coram Laica.*

11 Minus obstat, quod saltem Abbas Maffeus potuerit executive conveniri vigore guarantigiæ; fuit enim replicatum, quod cum virtus hujus obligationis guarantigiæ pendeat a Notario, ac Judice chartulario, habente potestatem a Judice laico faciendi præceptum judiciale personæ obligatæ, non inde Clericos afficiat ex defectu potestatis, *cap. Ecclesia S.Mariæ de constit. Jo: Andreas in cap.*10. *de Immunit. Eccles. lib.*6. *Bar. de instrum. guarantig. part.*1. *qu.*4. *Franciscus Marc. qu.* 399. *num.*2. *vol.*2. *Viv. decis.*326. *Carol.de Graff. de effect.Cleric.eff.*2.*n.*302.304.*&* 305.

12 Nec pariter obstat juramentum; quia nec illud tribuit viam executivam, *Bald. in l.*1.*n.*5. *C.de reb.credit. Soccin.cons.*120.*num.*11.*lib.*1. *Scacc. de judic. part.*1. *cap.*62.*n.*10.*&* 11.*vers.contrarium tenuit,Thes.dec.*26. *n.*7.*vers.contrarium par. ter.*

Ultra quod, cum instrumentum, in quo illud reperitur præstitum, non tribuat viam executivam, utique, nec poterit hoc operari juramentum ibi appositum, uti *Ilb acceessorium*, *Parif.cons.*110.*n.*34.*lib.*1.

13 Nec etiam obstat constitutio Synodalis Neapolitana, in qua fortasse approbatur, & confirmatur *Ritus Vicariæ*; Nam fuit tripliciter responsum; Primo, confirmationem statutorum Sæcularium per constitutionem Synodalem non comprehendere statuta juri communi contraria, prout est denegatio appellationis ex supradictis, *cap.* 1. *de jur. jurat. in* 6. *& not. Doct. in l. si quis Procurator*, *ff. ad Trebellianum*, *Petr. de Ancar. in purct. de Synoda cons.*18.*n.*16.

14 Secundo, dictam constitutionem, uti non confirmatam a Sede Apostolica, Clericos non ligare, nec ideo esse habendam rationem de *Ritu M.C.Vicariæ*,

15 dum non habet Apostolicam confirmationem, *Host. in c. fin. de solut. Guido Pap. cons.*151.*num.*2.*vers. sed quia alii*, *Matthesil.singul.*110. ubi *Additi.Surd.cons.*2. *n.*15. *&* 16. *&* 301. *n.*24. *Gaill. observ.*32. *n.*3. *lib.*2. *Carol. de Graff.de eff* 8.*Cleric.effect.*2.*n.*44.

16 Tertio, dictam constitutionem Synodalem, uti localem, ac ordinariam, non inde esse apud nos attendendam, cum de jure communi ordinatoria unius Tribunalis in alio non sint de necessitate observanda, *Paul. de Castro cons.* 320. *num.* 2. *vers. præterea* 216. *Scacc. de judic.lib.*2.*cap.*2. *num.*650. *cum seq. Seraph. dec.*280.*num.*21.*Greg.XV. dec.*352. *num.*7. ubi *Addit. num.*1. 1. Quo vero ad alia firmata in decisione hodie revisa, *DD.* ordinarunt, quod iterum caussa proponeretur utraque parte, &c.

17 Et cum casus iste accidisset decidendus in Curia Episcopali Abellinensi; in qua Clericus Joseph Russus se obligaverat ad beneficium Bernardini Ficcarini vigore publici instrumenti vallati pactis executivis, & liquidandi juxta *Ritum M.C.Vic.* & Illustriss. Franciscus Scanegatta dignissimus illius Ecclesiæ Episcopus, qui & fuit Vicarius Generalis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, ad judicium liquidationis, servata forma *Ritus M.C.V.* processisset, caussa coram me, tamquam Vicario Gener. Metropolit. Beneventi devoluta, decrevi sub die 4. Febr. 1687. bene appellatum, cui sententiæ acquievit idem Episcop. Abellinensis ex supradicta decisione per me illi transmissa.

Hæc Illustriss. *Episc. Morellus*.

Re-

Responsum adversus supradictam decisionem Rotæ.

SEd hæc decisio Rotæ apud Royas mihi videtur non tuta esse, & in praxi non amplectenda, quia illius fundamenta facile destruuntur; Et singulis ejus motivis respondendo dicimus, verum esse instrumentum non habere executionem paratam de jure communi; tamen instrumentum habet vim notorii, *Galter. in*
18 *f l. ult. sua prax. liquid. num.* 12. post *Affl. super const. in pecuniariis n.*25.

Et in notoriis partes Judicis sunt, in exequendo, *Gram.dec.*35.*n.*40.*Robert.consil.*4.*n.*78.

19 Agitur enim contra debitorem notorie perjurum. Perjurus enim est, qui jurat solvere in termino, & non solvit, *Afflict.dec.*30.*num.*4. *Ursill.dec.*397.*num.*4. ubi ob perjurium cadit a commodo contractus: & in deli-
20 cto notorio, Judex potest mandare, & pœnam imponere Reo, & exequi absque alia condemnatione, *Ab. in cap. super his extra de pœnis, Innocent. in c. ex parte* il primo *de verb. significat.*

Quoniam in notoriis ordo est, ordinem non servare, *Bald. in cap. ad nostram il* 3. *extra de jure jurand.* sed exequutive procedi absque condemnatione aliqua, *Felin. in cap. evidentia de accusat. & in c. suscitatus de rescriptis, & in c. cum non ab homine de rescript.* & quod in notoriis incipi possit ab executione, *Cardin. Parisius consil.*147.*ultim.col.in* 3.*volum.*

Et Judex non debet pati judicium agitari in notoriis, seu caussam in judicium deduci, *cap.quoniam, extra de filiis Præsbyter. P.*..*orm. in cap. exceptionem de except.*

Nam in notoriis pronunciatio Judicis non est proprie sententia, sed quædam juris executio, *Innoc. in d.c. ex parte* il primo, *Rot.Rom.in conf.*324.

Et non solum in delicto notorio pœna imponitur absque ordine judiciario, ex late traditis per *Gram. decis.*37.*n.*48.

21 Sed etiam in caussa civili, quando constat de veritate rei, non curatur ordo juris, nec sollemnitas aliqua, sed fit executio, non obstante illorum prætermissione, per *text. sing. in l. fin. ff. quod metus caussa, Marsil. in pract.§.*2.*qu.*8.

22 Ad aliud motivum, quod *Rit. M. C. V.* uti constitutio laicalis non sit attendenda in Ecclesiasticis Tribun. Nec potestas laicalis valeat auferre potestatem appellandi Clericis, neque per pactum; ea ratione, qua pactum ligat Clericos, quando fit simpliciter, ut executive conveniatur, secus quando fit pactum non simpliciter, sed juxta formam *Rit. M. C. Vic.* vel alterius constitutionis laicalis.

Respondetur, quod fallax argumentum est non ligari Clericum pacto, ut executive conveniatur juxta formam constitutionis laicalis.

Non enim per hoc Clericus se submittit laico Judici; sed caussa brevi loquendi, ne extendatur prolixa illa forma exequendi, fit pactum relativum ad illam formam, qua utitur Curia laicalis M.C.V. ut per unicum verbum concipiatur tota illa prolixior forma, & methodus exequutionis faciendæ, per quod nihil præjudicii considerari poterit Immunitati Ecclesiæ.

23 Dum indifficultanter pacisci possunt partes, ut inchoetur processus ab executione, *Reg. Petr. rit.*302. *num.*76.*tom.*4.*Coler. de processf. exec. p.*1. *cap.*5. *Afflict. dec.*376.*Sanfel.dec.*151.

Ideo potest Clericus per pactum speciale se obligare, ut contra eum incipiat processus ab executione, & forma dictæ executionis, relative describatur ad formam, qua utitur talis Curia, non quia dictæ Curiæ se Clericus submittat, sed exemplificative se referendo ad ritum, sive stylum, sive methodum alicujus Tribunalis, ubi aliqua forma fuit præscripta, vel frequentius usitata.

24 Et quod per statutum induci potest, idem potest pacto induci, adeo quod post viginti annos valet
25 pactum, ut liquidari possit instrumentum, *Galter.p.*2. 1.*par.Rubr.advertat ad debita, & caussas n.*29.

Quare itaque Clericus se obligando per pactum speciale, ut instrumentum liquidetur, contra ipsum, non subsistat tale pactum, si relative, & exemplificative paciscatur ad formam *Rit. M. C. V.* quasi quod tenor illius Ritus deberet per extensum describi in pacto, & sic breviando paciscuntur relative ad illum Ritum.

26 Tanto magis, quia est pactum juratum, & juramentum habet virtutem clausulæ: *Si quod ago, non valet, ut ago, valeat ut valere melius potest, l. cum pater, §. filius matrem ff. de fidejuss.* & cum aliis allegatis per *Felin. in c. cum super col.* 3. *de offic. deleg. Seraph. de privil.juram.privil.*74.*n.*76.

27 Fallax quoque est argumentum, quod guarantigia pendeat a Notario, & Judice chartulario, habente potestatem a Judice laico faciendi præceptum judiciale personæ obligatæ, & propterea Clericos non afficiat ex defectu potestatis.

Nam si hoc esset verum, sequeretur, quod instrumenta inter Clericos, vel Ecclesiasticos minime subsisterent, nisi fierent per Notarios Apostolicos, & tamen videmus subsistere; quia potestas Judicis chartularii, & Notarii non est contentiosa, & Judiciaria, quæ esset limitata ad laicos tantum; sed est potestas extrajudicialis notandi pacta, & conventiones quorumcumque voluntarie paciscentium, & se submittentium Curiæ Notariorum, cui Curiæ valent Clerici, & Ecclesiæ se subiicere, non uti potestati laicali, sed uti personis a Principe matriculatis, & privilegiatis ad recipiendas obligationes voluntarias, etiam ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis paciscentibus, & ab eis recipiendi juramentum in anima, sive in pectore voluntarium.

28 Et ut nos diximus supra in *cap.*5. *de Requis. Guarantigiæ*, quod nunquam videtur appositum in instrumento præceptum solvendi; sed juramentum, & pœna, quæ apponitur in fine instrumenti sub illa clausula, *pro quibus omnibus observandis*, importat vim dicti præcepti de observando contenta in instrumento sub pœna, & juramento, & debitor confitetur debitum, & dicitur confessus, & convictus per instrumentum, quod facit notorium, & dicitur actio probata, & sic guarantigia oritur ex dicta promissione pœnali, & jurata, & habetur loco præcepti, per quod nihil immunitati Ecclesiæ detrahitur, dum observantia dictæ guarantigiæ, sive promissionis pœnalis, & juratæ
29 voluntarie factæ in Curia coram Notario, & Judice, erit per Judicem competentem Ecclesiasticum demandanda; nam Judex chartularius est competens ad recipiendas confessiones voluntarias, quæ executioni demandantur in judicio contentioso per Judicem competentem debitoris obligati, & sic maxime aufertur Clericis competentia.

30 Adeo hoc est verum, quod aliqui substineut valide Clericos obligare se principaliter penes acta Curiæ laicalis, quia est actus voluntarius, & non contentiosus, & non prorogat jurisdictionem.

Et obligationes etiam Camerales fiunt penes acta secularia, & coram Notario Regio, quæ exequuntur coram Judice Ecclesiastico contra Clericum obligatum, ut post *Affl. in constit. Regni Bajulos*, late disputat articulum *Mulfes. super consuet. Neap. qu.*20. *p.*2. *tit. de instr. confect. n.* 20. quem sequitur *Capibl. in Pragm.*8. *de Baron.p.*3.*n.*18.

Ad aliud argumentum, quod juramentum non tribuat viam executivam.

31 Respondetur primo, quod erit id intelligendum cum grano salis; Nam cum juramentum obliget præcise ad observantiam promissionis, infertur, quod

præ-

præcile tenetur ad solutionem pecuniæ; Et qui non habet in ære, luat in corpore. Proinde in defectu solutionis debet manere in vinculis interim, etiam quia ex pacto jurato se obligat realiter, & personaliter, *Carav.rit.166.n.54. & 55.*

32 Et cum juramentum debeat servari in forma specifica, sequitur, quod jurans solvere in termino sub obligatione reali, & personali, debet specifice & realiter solvere, vel se in vinculis personaliter constituere, & adeo juramentum obligat etiam ad factum, ut solvendo interesse, jurans non liberetur, quia debet complere in forma specifica, *Cardin.Tusch. lit.I. concl. 527.Episc.Sperell.decis.171.n.13.*

33 Et juramentum habet vim continuæ interpellationis, & ideo constituit debitorem in mora, & eum constituit etiam in peccato, *Sperell.dec.130. num.17.* ex *Hostiens.Ab. & aliis.*

34 Et debitor morosus, & fur æquiparatur, *Afil. dec. 150.n.4.Sper.ubi supr.n.30.*

35 Et juramentum est semper servandum, nisi vergit in dispendium salutis æternæ, *c. cum dilectus, quod metus caussa, c. si vero de jur. juran.* & Canonistæ communiter.

Quare itaque Clerici observantiam juramenti effugere poterunt; dum tale juramentum non vergit in dispendium salutis æternæ, & dum qui promisit solvere cum juramento, & non solvit, incurrit perju-

36 rium, & tanquam perjurus audiendus non est, *Ursill. ad Afflict. dec.30.num.5.* ex *Bald. in l. si quis major C. de transact.*

Ad aliud argumentum, quod dictus *Ritus M. C. V.* sit juri communi contrarius, quia in judicio liquidationis denegatur appellatio, & sic denegatur defensio, est quoque fallax dictum argumentum.

37 Primo, quia appellatio admittitur in dicto judicio cum aliquibus tamen circumstantiis, & est unus ex octo modis, quibus potest impediri liquidatio, ut diximus in *cap.16. & cap.24.*

38 Secundo, quia debitor citatus super tenore instrumenti, dicitur confessus, & convictus per guarantigiam, ut dixi *num.28.* Item dicitur confessus per contumaciam, si non comparet, vel confessus per responsionem, si comparet, & convictus per instrumentum sollemniter reassumptum præsentatum, & quando est quis confessus, & convictus regulariter appel-

39 lare non potest, *Domin.Consil. de Rosa in sua aurea prax.tom.1.cap.12.fol.189.n.18. de Franch.decis.556.* ubi addentes *Riccius, & de Luca.*

40 Item, quia instrumentum habet vim notorii, ut diximus supra in principio, & in notoriis non appellatur, ad *tex. in cap. pervenit, cap.consuluit, & c. cum speciali de appellat.Carav.rit.15.n.6.*

Et hæc sufficiant pro elidendis motivis decisionis contrariæ; Quæ si non placent, videant illi, ad quos in casibus occurrentibus spectat.

Nam multa alia relinquuntur dicenda, quia institutum nostrum est compendiose instituere juvenes ad praxim formulandi.

C A P. XXVII.

De Formulis citationum, & decretorum, & methodo servanda in actis circa liquidationem.

S U M M A R I U M.

Liquidatio instrumenti, quid sit? num.1.

Interrogatio quomodo fieri debeat creditori, & debitori, ut liqueat, & constet de debito, num.2.

Creditor, & debitor debent personaliter intervenire, ut creditor deponat circa creditum, & debitor circa debitum, num.3.

Actus præsentationis, & interrogationis creditoris; num.4.

Actus interrogationis debitoris, num.5.

Carceratio, & executio non impeditur per appellationem, num.6.

Carceratio non impeditur, etiam si debitor offerat omnia bona, num.7.

Creditor prius jurat, & deinde jurat debitor, quia si liquidat ultra summam debitam, liquidatio est nulla, num.8.

Decretum est individuum, & non potest pro parte valere, & pro parte non.

Creditor indebite accusans instrumentum, solvit ipse pœnam ad quam teneretur debitor, num.9.

Methodus, qua hodie utitur M.C.V. in liquidatione instrumenti, differt a methodo antiqua; quæ servatur solum in aliis Curiis Regni, & ponuntur differentiæ, & formula memorialis pro rehabendo instrumentum originale, num.10.

Comparitio unius prodest aliis, quando plures sunt insolidum citati super tenore, & potest excipere pro omnibus, sed vide num.18. & 19. ubi fallentia datur, num.11.

Decretum, quando unus ex citatis comparet, num.12.

Cautela traditur, ne citatio relaxetur contra plures, maxime ubi essent fœminæ insolidum obligatæ, & prius citare magis idoneum, cum clausula citra præjudicium citandi alios, &c. num.13.

Uno licentiato, omnes alii pro licentiatis habentur; num.14.

Citatione expedita ad instantiam plurium creditorum, potest ad liquidationem procedi ab uno solo pro tota summa, num.15.

Lite contestata cum uno creditore, non potest debitor alteri concreditori solvere, cum quo non est lis contestata, num.16.

Compilato judicio nullitatis contractus contra unum correum credendi a communi debitore non potest instrumentum ab aliis correis credendi liquidari, num.17.

Reg. de Marinis *impugnatur a* Moccla, *& ab aliis circa assertum, quod lite contestata contra unum, interim judicio pendente alter conveniri non possit, quod falsum ostenditur,* num.18.

Correus non citatus si comparet, non prodest aliis correis citatis, & ratio diversitatis assignatur, num.19.

Contumax potest de sero usque ad primum somnum comparere, & excusare contumaciam, & pœnam evitare, num.20.

Debitor, qui comparuit de sero potest insistere sequenti Curia, ut licentietur, si creditor non comparet, num.21.

Creditor volens procedere contra debitorem licentiatum, debet facere requisitoriam contra licentiatum, num.22.

Citationis formula super tenore pro capitali, & tertiis per hæredem creditoris, num.23.

Citationis formula in Curia Notarii, juxta Prag.9. hoc tit. *de qua dixi in* Cap.9. num.24.

Matricula Alguzerii juxta Pragm.9.num.25.

Contumacia prima, & ultima formula, num.26.

Executorii formula vigore instrumenti liquidati, num.27.

Relationis bonorum executorum Formula, num.28.

Mandati ad reluendum formula cum relatione notificationis, & contumaciis accusatis, num.29.

Oppositio debitoris contra instrumentum liquidatum, num.30.

Monitionis formula super comparitione debitoris cum replicatione creditoris constituentis Procuratorem per replicationem, & cum replicatione Procuratoris, num.31.

Licen-

menti, cum decreto edicetur, num. 112.
Taxa expensarum in liquidatione facta, num. 113.
Instantia pro liquidatione interesse a die moræ in liquidatione instrumenti, num. 114.
Interesse liquidandi methodus, & practica, num. 115.
Citatio super tenore instrumenti reassumpti aliena manu pro summa infra certum tempus, & pro interesse convento, num. 116.
Licentia Regia, sive dispensatio reassumendi instrumenta aliena manu, num. 117.
Licentiæ, sive dispensationis Regiæ Form. Pro Collegio Monialium, ut ejus Procurator possit liquidari instrumenta, licet non intervenerit in stipulatione, num. 118.
,, *Quatuor anni mensibus, cum dies breviores sunt,*
,, *regitur Curia de mane, pulsata campana, ex nov. Const.*
,, *unde tunc temporis de mane proceditur, & tam debi-*
,, *tor, quam creditor de mane comparere tenetur.*

1 Liquidatio instrumenti ad formam præscriptam in *Rit. M.C.V.* 166. definitur a *Galter. in 2. par. 3. par. rubr. aut facta liquidatione num.* 1. ut sit creditoris circa creditum, & debitoris circa debitum pœnale, vel juratum, publico, liquidoque instrumento comprehensum ad interrogationem a Judice pro Tribunali sedente factam subsequuta responsio.

2 Ex qua definitione carpitur praxis, ut prius interrogetur a Judice creditor circa creditum; secundo, interrogetur debitor circa debitum, & per ejusmodi responsionem, quæ fit a creditore, & a debitore ad interrogationem Judicis sedentis in Curia pro Tribunali, remanet facta liquidatio instrumenti, quia tunc liquet, & constat Judici de veritate, & quantitate debiti per confessionem creditoris, & debitoris in judicio factam in ultimo peremptorio, quo regitur Curia pro Tribunali sedente, & tam creditor, quam debitor exa-
3 minatur in illo peremptorio de veritate prævio juramento, & ideo tam creditor, cui juratum est, vel ejus Procurator, aut Notarius, qui pro creditore stipulaverit, quam debitor, qui juravit, debent personaliter intervenire, & non admittitur Procurator, etiam cum speciali mandato, *D. Petr. rit. 166. num. 155. fol. 56. Paris. p. 2. dec. 24. num.* 86.

Quo tempore legitur eis instrumentum præsentatum, & scribitur actus præsentationis in hunc modum v3.

4 Qui creditor cum juramento dicit instrumentum, & omnia in eo contenta, esse verum, & vera, & illud liquidat in ducatis tot, ut ex *d. rit.* 166. tradit *Galter. in d. 2. p. tertia par. num. 2. rubr. 2. aut facta liquidatione &c.*, *& Gravin. par. 4. declar. 9.*

5 Deinde interrogatur debitor, qui similiter jurabit, & sive confiteatur instrumentum esse verum, & teneri ad summam in eo contentam, sive negabit, vel allegabit satisfactionem non promptuariam, vel alios defectus non apparentes, fit præceptum a Judice, quod solvat debitum, & pœnam, & non discedat a Palatio, vel carceratur, juxta *Rit.* 174. *Galter. in 2. p. tertia par. rubr. 2. aut facta liquidatione, &c. nu. 2. fol.* 366.

6 Et si debitor appellet, non impeditur carceratio, & executio, *Galter. ubi supra num.* 4. Sed quid servatur hodie, vide, quæ dixi in *cap.* 24. ad intellectum *Prag. 8. de liquid.*

7 Et si offerat omnia bona, ut vendat, & sibi satisfaciat, adhuc carcerandus est, *Galt. ubi supr.*

8 Creditor prius jurat instrumentum, & contenta in eo esse vera, & liquidat pro tota summa, vel pro residuo, quod vere consequi debet; Nam si fiat liquidatio instrumenti, vel obligationis penes acta ultra summam vere debitam, est nulla, *Giazar. decis. 20. Magon. decis. 1. num. 15. Capyc. Latr. dec. 132. tom. 2. Merlin. contr. for. 22. tom. 2.* quos refert, & sequitur *Scopp. ad Tom. II. Nicol. in prax. civ. n. 71. fol. 26.*

Et assignatur ratio a *D. Reg. Petr. in rit. 166. n.* 211. quia decretum est individuum, & non potest pro parte valere, & pro parte non.

9 Et quando creditor indebite accusavit instrumentum, vel quia ultra debitum, vel quia constat fuisse satisfactum, aut per aliam exceptionem erit debitor liberatus, tunc creditor punitur eadem pœna, quam debitor esset soluturus, quæ licet in *rit.* 166. sit augustalis pro qualibet uncia, tamen non amplius ea servatur, sed servatur pœna trium tarenorum, vel duorum pro uncia, ut dicit *Carav. in d. rit. 166. num.* 25. vel secundum stylum, & pandectam cujusque Curiæ.

Sed meo tempore numquam vidi, nec audivi creditorem solvere pœnam, sed solet fieri decretum, ut rectius citetur, vel agatur ordinarie; aut alio simili modo.

10 Hic advertant Lectores, quod methodus, qua hodie utitur M. C. Vic. differt a suprascripta methodo antiqua, quæ servatur solum in aliis Curiis Regni.

Imo in aliis Curiis Regni servatur *Pragm.* 4. ut diximus in 2. *cap. de* 2. *Requisito*, quod nisi instrumentum sit prius visum, & lectum per Judicem, & relictum penes Actuarium, non possit expediri citatio, & non amplius restituitur instrumentum absque licentia Judicis, & scribitur statim dies præsentationis in dicto instrumento.

Sed in M. C. V. creditor consignat instrumentum cuicumque Scribæ M. C. ut super ejus tenore possit ille Scriba formare citationem, qua formata, & subscripta a Judice, restituit ad creditorem, tam citationem, quam instrumentum, ubi nullo modo inscribitur præsentata, tunc creditor consignat citationem Porterio, ut citet debitorem, & retinet creditor penes se instrumentum.

Verum tempore, quo Scriba accedit ad Judicem, ut subscribat citationem, aliquando, sed raro, vult Judex prius legere instrumentum, quia forsan non confidit Scribæ.

Deinde tempore ultimæ contumaciæ vocatur debitor, sed non legitur instrumentum, nec fit interrogatio aliqua debitori, nec creditori, solum tempore vocationis creditor extollit instrumentum sua manu in altum, & deinde consignat Actuario, ad quem spectat, quia dividuntur caussæ liquidationum inter Actuarios M.C.V.

Et si creditor postea velit rehabere instrumentum, debet prius obtinere licentiam a Judice, præcedente memoriali tenoris sequentis.

Form. memorialis pro rehabendo instrumentum præsentatum.

Al Signor Giudice di Vicaria.

D. Giuseppe Sica supplicando espone a U. S., come mesi sono presentò in Vicaria un' istromento originale in carta pergamena per liquidarlo contro Costantino d' Ambrosa. E perchè detto istrumento li serve, supplica U. S. ordinare al Mastro d'Atti d'Amato, che lo restituisca, relicta copia, che oltre d'essere giusto, lo riceverà a grazia, ut Deus.

Restituatur relicta copia, facta prius præsentata, & receptione.

Carmignanus.

Tunc facta præsentata super pergameno, fit copia instrumenti, ut jacet, cum extracta Actuarii, & in calce ipsius, fit receptio tenoris sequentis.

Ho ricevuto l'originale.

D. Giuseppe Sica.

De Practica, quando plures sunt citati, & unus compareat.

11 Citatio vero si pluribus debitoribus sit facta, unius comparitio aliis prodest, ut ex *rit.* 207.

colligit *de Franch. dec.685. num.2. de Marin. resolut. 194. lib.1. D.Petra rit.166.n.159.fol.57.*

Etiam post factam incusationem contra omnes, si unus se constituit in carceribus, alios excusat, *de Marin. & Petra ubi supr.*

12 Et practica est: quando unus ex citatis comparet, fiat decretum, quod constituto uno ex correis insolidum obligatis carcerato, audiantur omnes pro tuenda unica omnium defensione, & ita refert decisum *de Marin. d. resol.*194. in caussa instrumenti præsentati contra Horatium Viggianos, per plures particulares Terræ Gurgulionis Basilicatæ.

Et ita quoque se practicasse testatur *D. de Luca ad Franch. observ.*681. In caussa duarum mulierum nobilium, quæ cum essent insolidum cum viris prævio Regio Assensu obligatæ, & citatæ super tenore instrumenti, insimul cum viris comparuere, constituendo se in propriis domibus carceratas, fuerunt auditi omnes, & evitata contumacia maritorum non comparentium, ita concludit etiam *D. Petra d. rit.166. num.159. Novar. q.21. p.1. Rocc. respons.17. num.13. tom.2. Anich., Episc. Afflict., Moccia, & alii ibi.*

13 Unde tradit cautela idem *de Luca num.*8. ut creditor non faciat relaxari, & notificare citationem simul contra plures correos insolidum obligatos, sed diversis diebus, & prius agere contra idoneum debitorem cum clausula in citatione *citra præjudicium, &c.* nec differre citationem aliorum, alias per comparitionem mulieris se constitutæ domi carceratam, vel per comparitionem septuagenarii, vel pauperioris irridebitur creditor; Dum mirabile est, quod unus possit pro omnibus audiri in vinculis, & impedire contumaciam contra alios non comparentes, & consequenter alii carcerari non poterunt.

14 Adeo prædicta procedunt, quod si in ultimo peremptorio unus ex pluribus citatis accusat creditori non comparenti contumaciam, & se facit licentiari, omnes alii licentiati censentur, licet non comparuissent, *Galter. in 2. par.3. rubr. verum debitor de persona num.2. fol.*348.

Et sicuti comparitio unius, qui allegat solutionem, vel nullitatem contractus, vel alio modo se contra instrumentum opponit, cæteris prodest.

Et uno licentiato, omnes alii pro licentiatis habentur.

Ita quando condemnabitur ille unus, qui comparuit, condemnatio nocebit omnibus aliis non comparentibus; Et sicuti per ejus comparitionem tuti erant, deinde per ejus condemnationem condemnati remanent, *de Franch. d. decis.*685.*n.*1.

15 Et sicuti si essent duo Rei stipulandi, idest si essent duo creditores, quibus insolidum unus debitor se obligavit, unus ex dictis creditoribus debitorem communem convenire valet. Imo expedita citatione ad instantiam plurium creditorum potest ad liquidationem procedi, & contumaciam accusari ab uno solo pro tota summa, nec obstat præoccupatio facta per alterum concreditorem, quia non inducitur præoccupatio per simplicem citationem, sed per contestationem.

16 Quo fit, ut lite contestata cum uno creditore, non potest debitor alteri concreditori solvere, cum quo non est lis contestata, *de Marin. d. lib.1. resol.194. num.*5. per *Tex. in l. ex duobus reis la 2. ff. de duobus reis.*

17 Et compilato judicio nullitatis contractus contra unum correum credendi a communi debitore, non potest instrumentum ab aliis correis credendi liquidari, & judicium motum contra unum ex creditoribus insolidum nocet, & impedit, ne ab altero concreditore possit ad liquidationem instrumenti procedi, ut decisum refert *D. Reg. Petra n.12. rit.207. ex Fabr. defin.7. C. de duobus reis, Anichin. de prævent. c.2. qu.8. &* 30. quos sequitur *de Luca observ.*685.*n.*5

18 Pari ratione unus debitor citatus potest comparere, & excipere pro omnibus condebitoribus insolidum obligatis, & lite contestata contra unum ex reis debendi, interim non potest alter correus conveniri, *de Marin. ubi supr.* per *DD. in l. quoties* 48. *§. si creditor ff. de peculio*, licet contra hoc ultimum assertum *Regentis de Marin.* invehit *Moccia cap.49. n.13. & de Luc. in mulier. ibid. & ad Franch. dec.685. num.4.* contrarium probat per *tex. in l. reos, C. de fidejuss., l. generaliter, C. eod.* ibi: *Generaliter sancimus, nullo modo electione unius ex fidejussoribus, vel ipsius rei alterum liberari, vel ipsum*, & ita tenet *glos.*, *Bart. Alber. & Paul. de Castro in l.2. ff. de duobus reis, Noguerol. alleg.4. num.27. Salgad. in labyrint. credit. p.1. cap.77. a num.*10. per *text.* expressum in *l.1. §. si apud duos ff. depositi*, ibi.

Si apud duos sit deposita res, adversus unumquemque eorum agi poterit: nec liberabitur alter, si cum altero agatur, non enim electione, sed solutione liberantur.

19 Suprapostita autem conclusio, quod unius comparitio aliis correis non comparentibus prodest, declaratur, seu limitatur in casu deciso in M.C. V. per *Reg. de Marin.* relato in *resol.*194. *lib.1. num.* 27. ubi dum essent plures particulares Terræ Mirabellæ citati ad instantiam Donati Grassi super tenore instrumenti, incusata prima contumacia, ac triduo elapso, idem creditor supersedendo contra aliquos, fecit interlocutoriam interponi contra quosdam. Et vocatis illis in interlocutoria descriptis in banco juris, ut moris, nullus comparuit; Verum mane sequenti duo non vocati, licet citati, contra quos fuerat supersessum, ipsorum comparitionem de sero præsentarunt, etiam pro parte aliorum vocatorum; sed dicta comparitione non obstante, M.C. decrevit prædictos vocatos, qui nullatenus comparuerunt, condemnatos remanere, litteras executoriales contra illos relaxando.

20 Et similiter limitatur in casu relato per *Præsid. de Franch. dec.685. num.* 1. ubi citatis duobus fratribus insolidum obligatis super tenore instrumenti, & contumacibus reputatis, comparuerunt ambo de sero, quod est licitum usque ad primum somnum, per *Rit.* 206. & sic excusaverunt contumaciam per comparitionem de sero.

21 Sequenti vero Curia institerunt dicti debitores, prout insistere admittit *Rit.*704., qui incipit: *Item quod plerumque*; Et quia creditor non comparuit,
22 prout debebat, fuerunt licentiati; deinde creditor fecit requisitoriam contra unum ex prædictis, quod volebat procedere ad liquidationem, prout sic consuevit M.C. post licentiatum debitorem; Et intimata dicta requisitoria contra unum, comparuit alius non requisitus Curia sedente pro Trib., qua comparitione non obstante, M. C. condemnavit requisitum non comparentem.

Et ratio assignatur, quia per requisitoriam ei non intimatam, non poterat ipse non requisitus condemnari, nec socii in consequentiam poterant remanere condemnati.

Et quemadmodum ejus comparitio non poterat aliis obesse, ita nec poterat prodesse; Et tunc unius comparitio juvat, aliis non comparentibus, quando condemnatio comparentis potest nocere aliis non comparentibus.

Et licet prima citatio fuerit facta utrisque fratribus; tamen per comparitionem de sero, fuerunt ab illa prima citatione licentiati, & non amplius attenditur illa prima citatio; sed attenditur, quis fuit in requisitoria secunda citatus.

Et quoties non citatus comparet, non est legitima persona ad comparendum pro se, & ad respondendum super tenore instrumenti non interrogatus.

Et

Et minus est legitima persona ad comparendum pro aliis citatis, ad respondendum super tenore instrumenti non interrogatus. Et minus est legitima persona ad comparendum pro aliis citatis, ad respondendum ad interrogationem faciendam super tenore instrumenti, ubi non admittitur Procurator, sed personaliter debet venire, qui est interrogandus super tenore.

Diversum est, quando insolidum obligati citantur plures, & unus est legitimus ad respondendum pro omnibus insolidum, sicut insolidum unus pro omnibus potest cogi ad solvendum: Ita *de Franch. de Marin. ubi sup.*

Liquidationis formula vigore instrumenti censualis pro capitale, & tertiis cum citatione in Curia per hæredem creditoris, cum contumaciis, litteris exequutorialibus, & bonis executis, mandato ad reluendum, appretio bonorum, bannis, declaratione circa usum, declaratione quantitatis receptæ, & consequendæ, accensione candelæ pro persona nominanda, decreto, quod consignetur possessio, & actu possessionis captæ, & appellatione.

Citatio super tenore pro capitali, & tertiis per hæredem Clericum.

De Mandato M.C. Vic.

23 AD instantiam Rev. Diaconi Joseph Bello filii, & hæredis ex testamento q. Annibalis Bello ejus Patris, mediante decreto præambuli ipsius M.C. in banca Actuarii Izzo in actis præsentati, sive &c. Peremptorie citentur Santella Bayano vidua q. Josuelis Carandante, nec non Hieronymus, & Paulus Carandante mater, & filii insolidum in Curia Notarii Dominici Antonii Maturi, sita in hac Civitate in Platea S. Catherinæ Spinæ Coronæ subtus domos Theresiæ Donnartumma, etiam si tempore citationis nemo resideret, vel non regeretur officium Notariatus, in instrumento designata, quatenus prima die juridica, personaliter in dicta M.C. compareant, responsuri in judicio, & eidem exponenti super tenore publici instrumenti in dicta M.C. præsentati, & contra ipsos insolidum liquidari petiti pro ducatis centum capitalis solutis per medium Banci S.M. Pietatis, ut ex partita Banci S.M. Pietatis sub die 17. Martii 1674. in actis præsentata, & pro aliis duc. viginti unum debitis pro tertiis decursis, usque, & per totum diem 16. mensis Martii instantis anni 1683. ex caussa annuorum duc. septem per dictos Santellam, Hieronymum, & Paulum insolidum venditorum in beneficium dicti q. Annibalis, præcedente Regia dispensatione S.E. & Regii Collateralis Consilii, respectu dictæ Santellæ per verbum *liceat*, pro caussa in memoriali expressa, sub die 8. Martij 1674. in dicto instrumento inserta, vigore dicti instrumenti rogati sub die 13. Martii 1674. per manus dicti Notarii Dominici Antonii, ex quo vigore pacti in dicto instrumento adjecti, factus est casus rescissionis dicti contractus, secundum formam Ritus dictæ M.C., nec non compareant, tanquam Principales, & legaliores, ac scientes exinde super prædictis omnibus melius veritatem. Datum Neap. die 12. mensis Maii 1683.

Messia.

Gagliardus Act. Mag.

Ardia Scriba.

Hic nota, quod Clericus liquidat, non data cautione pro pœna, ut dixi in Cap.26. num.3.

Citatio super tenore instrumenti.

24 A 21. Maggio 1683. Io Scipione Guerra Portiero di Vicaria ho citato l'introscritto istromento a Santella Bajano, vidua del q. Gesuele Carandante, e a Geronimo, e Paolo Carandante madre, e figli nella Curia, dove risiedeva Notar Domenico Antonio Matura sita in questa Città di Nap. nella strada di Santa Caterina Spina Corona sotto le Case di Teresa Donnartumma designata nell' istromento, presenti per testimonj Vito Farrese Scrivano di detta Curia, e Tomaso Mastellone testimonio di detta strada.

Io Scipione Guerra.

(*Alguzini relatio ad præscriptum Prag.9., ut dixi in Cap.9.*)

25 Si fa fede per me sottoscritto Nicola Pennella Mastro d'Atti dell'Illustriss. Sig. Regente della G.C. della Vic., qualmente avendo perquisito lo registro degli Alguzini di Vicaria, ho ritrovato assentato il sopradetto Scipione Guerra per Alguzino ordinario di Vicaria, come appare dal detto libro, ed in fede &c. Neap. 21. Maii 1683.

Pennella.

(*Alguzini matricula, ut in d. Prag. 9.*)

Contumacia prima.

26 Die vigesima secunda Maii 1683. retroscriptus Rev. Actor apud acta accusat contumaciam.

Scodes.

Contumacia secunda, sive ultima.

Die 1. Junii 1683. Neap. Curia pro Tribunali sedente.

D. Joannes Baptista Spinellus.

Et quia introscripti citati, relati, & in banca vocati, minime comparuerunt in termino eis dato, nec aliquis pro eis, instante in judicio introscripto Actore, & petente.

Lecta lata.

N. Actuarius.

Qui vult regulam accusandi contumacias, videat in 1. *tomo meæ praxis tit.1. cap.12. qu.15.*

Literæ executoriales.

De mandato M. C. Vic.

27 Ex provisione facta per eandem ad instantiam Rev. Diaconi Joseph Bello sive &c. exequatur realiter, & personaliter contra, & adversus Hieronymum, & Paulum Carandante insolidum pro ducatis 121. hoc est pro duc. 100. capitalis, & pro aliis ducatis, 21. pro tertiis decursis debitis vigore instrumenti liquidati, Curia pro Tribunali sedente, & capti ducantur ad carceres M.C. Vic. ibidem &c. donec &c. sin autem in bonis penes Tubictam M.C. Vic. ibidem &c. donec &c., nec non exequimini etiam pro aliis carolenis viginti quinque pro præsentium expeditione, ac pro vostro justo, & competenti salario, alias &c. Neap. die 15. Junii 1683.

Guascus.

Antonius de Amato Act. Mag.

Relatio bonorum executorum.

28 A 16. Luglio 1683. nel Casale di Marano io sottoscritto Scipione Guerra Portiero di Vicaria mi sono conferito in detto Casale con uno essecutorio ad istanza del Rev. Diacono Giuseppe Bello contro Geronimo, e Paolo Carandante insolidum per la summa di doc. 121. una con altri carlini venticinque di spese, quale essecutorio è stato spedito per detta G.C. firmato dal Sig. Giudice Guasco in banca del Mag. Amato per esseguire, ed ho essecuto contro li sopradetti di Carandante uno basso con uno poco di largo avanti di quello, con forno, e lavatoro fuori detto largo, quale

quale basso con fina con Agostino Mercoglia, e Domenico Iazo, e via pubblica, dove si dice la Staiza, ed anco ho essecuto un' orto di percoca di due moja in circa con dieci cantara di percoca sopra gli albori, ed altri albori di frutti, quale orto confina con li beni dell' Ill. Duca della Guardia, e li beni delli Crisci, ed altri, dove si dice S. Nicola.

Io Scipione Guerra Portiero di Vicaria affirmo, ut supra.

Mandatum ad reluendum.

De mandato M. C. Vic.

29 Ex provisione facta per eandem ad instantiam Rev. D. Joseph Bello sive &c. mandetis Hieronymo, & Paulo Carandante, quatenus infra dies duos dare, & solvere debeant eidem Rev. duc. 121. per eos debitos vigore litterarum executorialium pro caussa, ut ex actis, & infra eundem terminum ad se reluere debeant subscripta bona contra eos executa vigore dictarum litterarum executorialium contra eos insolidum expeditarum, alias impartitur licentia de vendendo in forma. Datum Neap. die 21. mensis Julii 1683.

Guascus.

Antonius de Amato Act. Mag.

Mandatum ad reluendum pro bonis executis.

Bona reluenda, sunt.

Uno basso con uno poco di largo avanti di quello, con forno, fine li Tali, e Tali.

Un' orto di due moja in circa nel luogo, &c. fine, &c.

Antonius de Amato.

A 11. Agosto 1683. nel Casale di Marano Domenico Bravio Serviente di Vicaria refero aver intimato Geronimo Carandante personaliter, e Paolo Carandante domi, e lasciatoli cartella alle genti di sua casa, modo, e forma, ut supra.

Die 13. Augusti 1683. Actor apud acta accusavit contumaciam.

Scotes.

Die 27. Augusti 1683. Neap. M.C. pro Tribunali sedente, procedatur in contumaciam.

Antonius de Amato.

Oppositio debitoris.

30 Nella G.C. della Vic. & penes acta compare Geronimo Carandante, e dice, come essendo debitore di Annibale Bello in doc. cento di capitale, e per essi in annui doc.7. in virtù d'istromento in actis, per li quali ne ha pagato doc. 63. come appare per ricevuta de' 10. Aprile 1681., ed essendo passato a miglior vita detto Annibale, è stato liquidato detto istromento ad istanza del Rev. D. Giuseppe Bello figlio, ed erede di detto Annibale per doc. 21. di terze, oltre detto capitale.

E perchè detto istromento fu stipulato a' 26. di Marzo 1674. che fino a 16. Marzo 1683. importano doc. 63. per nove annate, che furono pagate, come da detta ricevuta, ut supra, che perciò non dovea cos' alcuna, il che ben conoscendo il detto D. Giuseppe, non volse citarlo di persona, che averia essibito detta ricevuta, però fa istanza etiam per viam reconventionis astringersi alla restituzione de' doc.12., che l'ha fatto pagare di pena al Regio Fisco, altri doc. 5. al Commissario, e tutti altri danni, spese, ed interessi, che in unum fanno la summa di docati 25. quali ex nunc s'intendano compensati al capitale, ed ordinare, non esser molestato più per le lettere essecutoriali spedite, salvis, &c. omni modo meliori, &c.

Monitio cum citatione principalis, & Procuratoris, & cum replicatione.

31 Ordinatione Judicis M.C.V. Petri Emilii Guasco. Moneantur partes, quatenus prima die juridica cum continuatione dierum sequentium legitime compareant coram eo ad dicendum, quæ voluerint, quoniam intendit providere super contentis in retroscripta comparitione, alias, &c. Neap. die 19. Augusti 1683.

D. Giuseppe de Bellis intimato fa istanza notificarsi il Dot. Carlo de Loffredo suo Procuratore, quale lo costituisce in detta causa, salvis &c.

A 13. Agosto 1683. Io Scipione Guerra ho notificato il sopradetto D. Giuseppe Bello personaliter.

De Loffredo dicit petitionem partis esse repugnantem Regiis Pragmaticis, proinde non esse admittendam, & procedi instat ad venditionem bonorum executorum, & audiri voce.

A 27. Agosto 1683. Io Scipione Guerra ho notificato il Dot. Carlo Loffredo personaliter.

De Mandato M.C.V.

Licentia de vendendo.

32 Ex provisione facta per eandem ad omnem instantiam, & requisitionem Rev. Diaconi Josephi Bello, sive &c. subscripta bona executa contra, & adversus Hieronymum, & Paulum Carandante pro summa dictorum duc. 121. pro caussa, ut ex actis, illa vendere, & incantare debeatis, tribus tamen legitimis subhastationibus præcedentibus, candela accensa, & demum extincta, & illa liberetis ultimo licitatori, & plus offerenti, & pretium ex dictis bonis perveniendum, deponere debeatis in publico Banco Neap. residente, liberandum ordine M. C. V. in subscripta banca, alias, &c. Neap. die 16. Septembris 1683.

Guascus.

Antonius de Amato Act. Mag.

Licentia de vendendo pro bonis executis in forma.

Bona vendenda sunt, v3.

Uno basso con un poco di largo avanti di quello, fine T. T. &c.

Un'orto di due moja in circa fine, &c.

De Amato Act. Mag.

Banna in partibus pro venditione.

33 A 16. Settembre 1683. nel Casale di Marano io Domenico Bonotte refero aver pubblicato banni in detto Casale di Marano in virtù del soprascritto ordine, ut supra.

A 7. Novembre 1683. Io Scipione Guerra Portiero di Vicaria mi sono conferito nel Casale di Marano, ed ho posto le cartelle in mezo la piazza in virtù di decreto di Vicaria spedito in banca di Antonio di Amato, dicendo ad alta voce, chi vuole comprare li soprascritti beni, presenti per testimonj T. T. &c.

Hinc sequitur tertium bannum consimile factum in partibus.

Banna in Civitate per Tubictam.

34 Die octava mensis Novembris 1683. Neap. Laurentius Catalano Tubicta M. C. V. retulit subhastasse retroscripta bona per loca solita hujus Civitatis, alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est, &c.

De Flore.

Officii Tubictæ M.C.V.

Die 15. mensis Novembris 1683. Neap. Laurentius Catalano Tubicta M.C. retulit subhastasse retroscripta bona per loca solita hujus Civitatis, alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est, &c.

De Flore.

Officii Tubictæ M.C.Vic.

Die 18. mensis Novembris 1683. Neap. Laurentius Catalano Tubicta M.C.V. retulit subhastasse retroscripta bona per loca solita hujus Civitatis, alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est, &c.

De Flore.

Officii Tubictæ M.C.V.

De-

Decretum appretii, & appretiatoris.

35 Die 24. mensis Februarii 1684. Neapoli.

Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. visis actis, provisum est, quod bona in actis deducta appretientur per Tabularium S. C. eligendum prævia bussula, & partes in biduo dent listam suspectorum, ut de non suspecto provideri possit, hoc suum, &c.

Marcianus.

De Amato Actorum Magister.

De Franco instat in comparitione præsentanda, salvis, &c.

A dì 26. Febraro 1684. Giacomo Santoro Portiero di Vicaria ho notificato al Dottor Tomaso di Franco personaliter.

Electio Tabularii.

36 Die Martis 7. mensis Martii 1684. præsens caussa tetigit per sortem Magnifico Tanco Tabulario Neapolitano, servata forma Regiæ Bussulæ.

De Mercatis Secretarius.

Monitio Tabularii.

37 Moneantur partes, quatenus prima die post intimationem &c. comparere debeant coram subscripto Tabulario, & super faciem loci ad dicendum &c. alias, &c. Dat. Neap. die 8. mensis Martii 1684.

Honuphrius Tango Tabularius.

De Franco pro suis principalibus reservat jura.

A 22. Marzo 1684. io Scipione Guerra ho notificato il Mag. Tomaso de Franco personaliter.

38 Die quinta Maii millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto. Neapoli præsentata per Honuphrium Tango principalem.

De Amato &c.

Appretii relatio facta per Tabularium.

Signor mio.

In esecuzione del decreto di U. S. sotto li 24. del mese di Febraro 1684. mediante la Regia Bussola, mi viene commesso l'apprezzo delli beni in actis dedotti, che si possedono per Geronimo, e Paolo Carandante siti nella Terra di Marano, e precedente monizione alle Parti, mi sono in quella conferito, e proprio dove si dice la Starza, distante da detta Terra mezo miglio in circa, ed ho ritrovato un bascio, che si possiede dalli sopradetti, coverto con astrico a cielo sopra travi, con focolaro, e lavatorio, con l'acqua comune, con Antonio Carandante confinante, ed anco confina con Agostino Mercogliante, e Territorio del Sig. Duca della Guardia, quale luogo l'apprezzo per docati cento venti per franco, e libero, dico 120.

Poco distante da detto basso, anche nel tenimento della Starza si ritrova un'orto, che si possiede dalli sopradetti, quale confina con detto Signor Duca della Guardia, Giovanni Coniscio, e Paolo Oleasso, che da me misurato, lo ritrovo di capacità di uno mojo, ed una quarta, piantato di percoche, prune, due piedi di fico, e cerase, che da me considerata la sua qualità, e la distanze, che tiene dall'abitato di detta Terra, l'apprezzo per franco, e libero per docati cento. 100.

Che unite dette due partite fanno la summa di docati duecento venti, dico 220.

E questo è quanto riferisco a U. S. facendoli umilissima riverenza. Napoli 29. Aprile 1684.

Di U. S.

Umiliss. Servo.

Onofrio Tango Regio Ingegniere, e Tavolario.

Oppositio debitoris contra appretium.

39 De Uva dicit de nullitate omnium Actorum, & specifice provideri super supplicatione porrecta in actis, & gradatim petit declarationem circa usum, instando similiter declarari quantitates vere, & realiter receptas per dictum Actorem, alias de nullitate &c.

A 10. di Giugno 1684. Gaetano Santoro Portiero di Vicaria ho notificato il Signor Tomaso Uva personaliter.

Declaratio circa usum, & circa quantitates receptas, & consequendas.

Die 16. Junii 1684. Neapoli.

40 Constitutus penes acta M. Cur. Vic. supradictus Rev. D. Joseph de Bello, qui sponte cum juramento tacto pectore more Sacerdotali declarat, quod vult uti omnibus actis, omnibus decretis, omnibus instantiis, ac scripturis præsentatis, omnibus Porteriorum, aut Alguzeriorum relationibus, & denique toto processu; nec non similiter declarat, quod facta liquidatione, nullam recepit quantitatem, Proinde consequi debere a dictis Hieronymo, & Paulo duc. centum capitalis, & ducatos viginti unum de tertiis, pro quibus fuit facta liquidatio, & interesse ipsorum ab illo die usque adhuc, & ita cum juramento declarat, & sic renunciavit, & juravit in forma.

Antonius Amatus.

Io D. Giuseppe de Bellis declaro, ut supra.

De Uva reservat omnia jura, & juris remedia, instando provideri super supplicatione in actis præsentata.

A dì 27. Giugno 1684. Gaetano Santoro Portiero di Vicaria ho notificato il Dottor Tomaso Uva personaliter.

„ Ex nova Regis Constitutione supra allata §. 1. *nu* 23. vetitum fuit, nè amplius peti possent declarationes circa usum, quibus quotidie abutebantur cavillosi litigantes ad injuste partes defatigandas, millies, milliesque illam in eadem causa, & in qualibet scriptura petendo, cum jus parti quærendum ex dicta declaratione, ex ipsa scripturæ præsentatione acquiratur; ideo hæc declaratio hodie cessat, circa quantitates tantummodo firma manente.

Oblatio pro persona nominanda.

41 Die 20. Junii 1684. Neap. præsentata per U. J. D. Carolum Loffredo Principalem.

Cum alia advertentia, quod creditor debet esse diligens in requirendo infra terminum unius mensis decurrendum a die primæ contumaciæ accusatæ, si citatus fit intra Civitatem, & infra duos menses extra Civitatem, alias lapso termino prædicto erit noviter citandus debitor super tenore. De qua praxi dixi latius in 1. *tomo meæ praxis tit. 1. cap.2. qu. 15. fol.91. num.22.*ubi vide; Nam post lapsum terminum unius mensis infra, & duorum mensium extra Civitatem, prima contumacia dicitur circumducta, & non poterit accusari secunda, & consequenter requisitoria pro secunda Curia esset invalida.

Se-

Secundus casus erit, quando creditor adeo infirmatur post expeditam citationem, ut non possit venire ad Curiam, tunc fit decretum, ut supersedeatur, donec convaluerit, & interim non spiret citatio facta, & postquam convaluerit, volens creditor prosequi liquidationem, expeditur requisitoria, ut debitor veniat, alias condemnatur absque alia citatione, prout de hoc secundo casu dixi superius in *cap. 10. nu. 2. vers. Et si adeo infirmatur.*

Tertius casus, quando Instrumentum est conditionatum, sive pactionatum, & licet creditor ex parte sua producit adimplementa facta, tamen non potest debitor citari super tenore, nisi prius expedita requisitoria, per quam requiratur debitor ad adimplendum ex parte sua, alias non adimplente infra terminum in requisitoria statutum, expeditur citatio super tenore instrumenti, ut dixi in *cap. 6. num. 3. & 10. per totum.*

Quartus casus erit, quando solutio fuit promissa in aliquo loco Regni, ubi non habitat creditor, & instrumentum liquidaretur in M. C. Vic. vel Regia Provinciali Audientia, aut in alio foro similiter competenti, tunc non potest expediri citatio super tenore, nisi prius fiat requisitoria, & requiratur debitor ad solvendum in loco destinato, quo non adimpleto infra terminum datum, expeditur deinde citatio super tenore.

De hac requisitoria hujus secundi casus dixi in *cap. 6. num. 17. vers. imo poterit*, ubi non sic clare locutus fui.

Quando vero fuerit solutio promissa in eadem Civitate, in qua habitat creditor, tunc absque requisitoria expeditur citatio super tenore instrumenti in M.C. vel Reg. Aud.

91 Requisitoriæ Form. in primo casu contra debitorem licentiatum.

De Mandato M.C.Vic.

Ad omnem instantiam, & requisitionem Ignatii de Rosa, sive &c. citetur, & requiratur Magnif. Cæsar N. quatenus prima die juris, & deinde cum continuatione sequentium compareat in Curia, nullo triduo expectato, nec contumaciis incusatis, responsurus super tenore instrumenti liquidari petiti ad instantiam dicti Ignatii de Rosa pro summa ducatorum biscentum sexaginta sortis principalis, & ducatorum triginta quatuor pro rata interesse ipsius maturati, contenta in citatione super tenore instrumenti, alias expedita, & sibi notificata, pro caussa, ut in ea, alias, &c. Neapoli die &c.

Requisitoria, quæ fit in quarto casu superius narrato ad solvendum in loco destinatæ solutionis, de qua vide etiam in cap. 6. nu. 17. vers. Imo poterit.

De mandato M.C.Vic.

92 Ad instantiam Julii Conte, & Catherinæ Abbate conjugum, sive &c. mandetis Cajetano N. ad pœnam U.A. 25. Fisco Regio, quatenus infra dies duos post &c. dare, & solvere debeat eisdem conjugibus in Terra Juliani, sive eorum legitimo Procuratori ducatos duodecim per ipsum debitos pro tertiis decursis, usque, & per totum diem 12. mensis Julii præteriti anni 1699. ex caussa annuorum ducatorum sex pro capitali ducatorum centum vigore publici instrumenti rogati die 30. mensis Junii 1697. manu Notarii Thomæ Porcelli Terræ Juliani, alias ipso termino elapso expediatur citatio super tenore dicti instrumenti, secundum formam Ritus M.C.Vic. pro dictis capitali, & tertiis, alias &c. Datum Neap. die 26. Martii 1700.

Guascus.
Sorrentinus Act.

Requisitoria ad solvendum tertias in loco contractus, alias expediatur citatio super tenore instrumenti pro capitali, & tertiis.

De Fusco Scriba.

Relatio citationis super requisitoria contra debitorem intra carceres.

93 A 27. Marzo 1700. Nap. Io Michele Angelo Ippolito Portiero di Vicaria ho notificato Gaetano Abbate personaliter dentro le carceri della G. C. della Vicaria, e lasciatoli nota.

Procurationis mandatum debitoris requisiti contra creditorem requirentem, & liquidare volentem.

94 A 29. Marzo 1700. Nap. Constitutus penes acta M. C. V. Cajetanus N. carceratus in carceribus ipsius M. C. ubi dicitur esse retentus, sponte in judicio præsentis caussæ constituit suum Procuratorem U.J.D. Antonium de Novellis absentem, &c. & promisit de rato, &c. & sic renunciavit, & juravit in forma.

Sorrentinus.

Io Gaetano N. costituisco, ut supra.

Instantia Procuratoris in calce Requisitoriæ.

95 De Novellis instat contrario imperio revocari supradictum mandatum de solvendo, dum instrumentum fuit simulatum, & non debetur capitale, nec tertiæ, & suus principalis est creditor, ut ex actis in Banca de Amelio, instando pro unione actorum, & interim ad alium actum non procedi, alias appellat, & de nullitate dicit, notificatus hac die duodecima Maii 1700.

A dì 12. Maggio 1700. Onofrio Saragosa Portiero di Vic. ho notificato il Magn. Antonio de Novellis personaliter.

Die 14. Maii 1700. præsentata per Antonium de Novellis Procuratorem Neap.

Libellus contra Requisitoriam.

96 Nella G. C. della Vicaria, & penes acta compare Gaetano N., e dice, come ad istanza di Giulio Conte, e sua moglie, si ritrova spedita requisitoria a pagare doc. 12. di terze per capitale di doc. cento; E perchè detto istrumento apparente fu fatto ad pompam, per potersi effettuare il loro matrimonio, e che il suo principale è creditore d' essi conjugi, come dal giudicio compilato in Banca di Amelio. Perciò gravato di detto mandato, fa istanza contrario imperio rivocarsi, con ordinarsi l'unione di detti atti, e che dichiarino con giuramento, & sub pœna falsi, se esso Giulio è debitore di detto suo principale, in che summa, e perche causa, deducens, &c. salvis, &c. omni meliori modo, &c.

Decretum, quod stat in decisis pro requisitoria facta.

Die 8. Julii 1700. Neap.

97 Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. visa retroscripta comparitione, & actis omnibus, fuit provisum, & decretum, quod retroscriptus Dominus Judex stat in decisis in requisitoria facta sub die 26. Martii 1700. fol. 1. & proinde expediatur citatio super tenore instrumenti pro capitali, & tertiis, hoc suum, &c.

Constantinus.

Et quia duo Porterii fecerunt relationem, non potuisse invenire Procuratorem de Novellis; Ideo fuit expedita provisio pro notificatione retroscripti decreti notificandi in Terra Juliani ad Principalem.

Rela-

Relatio Nuncii scribere nescientis valet, ut hic, sed esset invalida super tenore instrumenti, ut in cap. 9.

98 A 9. Novembre 1700. in Giugliano, Cesare Chiantese serviente della Corte di detta Terra di Giugliano relero avere notificato Gaetano Abbate, domi, presenti, &c. testibus il Dott. Nuntio Cinuuo, e Giulio Abbate, modo, & forma, ut supra.

Cesare Chiantese refero ut supra, e per esso non sapere scrivere per mano di me Not. Antonio Cacciapuoto di Nap. ed in fede signavi requisitus.

Contumaciarum formula super requisitoria.

99 Die 7. mensis Novembris 1700. Neap. Actor apud acta accusavit contumaciam.

De Auria Act.

Die 12. Novembris 1700. procedatur in contumaciam.

Sorrentinus Act.

Decretum, quod expediatur citatio super tenore, stante requisitoria notificata, & contumaciis.

Die 15. Novembris 1700. Neap.

100 Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. stantibus notificatione requisitoriæ. & contumaciis incusatis expediatur citatio super tenore publici instrumenti pro capitali, & tertiis decursis, & consignetur, hoc suum, &c.

Constantinus.

Citatio super tenore ad depositandum capitale, & solvendum tertias, stante requisitoria in loco contractus.

Carolus II. Dei Gratia Rex.

101 Regens, & Judices M.C.V. ad omnem instantiam Julii Conte, & Catharinæ Abbate conjugum, sive, &c. peremptorie citetur Cajetanus N., quatenus secunda die juridica personaliter in dicta M. C. compareat responsurus in judicio, & eisdem exponentibus super tenore publici instrumenti rogati in terra Juliani sub die 30. Junii 1697. manu Notarii Thomæ Porcelli terræ Juliani in publicam formam reassumpti per manus ejusdem Notarii Thomæ Porcelli in dicta M. C. præsentati; & contra ipsum liquidari petiti pro ducatis centum capitalis soluti per medium banci S. M. Pauperum, ex partita banci prædicti penes acta præsentis liquidationis præsentata; ac pro aliis ducatis viginti debitis pro tertiis decursis ex causa annuorum ducatorum sex usque, & per totum diem 15. currentis mensis Novembris currentis anni 1700. Stantibus requisitoria facta ad solvendas tertias in loco contractus, personaliter notificata supradicto Cajetano Abbate, & confirmata per decretum subscripti Domini Judicis Joseph Constantini sub die 8. ulti proximi præteriti currentis anni, quod stat in decisis in dicta requisitoria; & proinde, quod expediatur citatio super tenore dicti instrumenti, secundum formam Ritus M.C.V. prædicto capitali ducatorum centum, & tertiis, pariter notificata. stante lapsu termini. & contumaciis incusatis, ad depositandum tamen d. duc. centum capitalis penes publicum Bancum hic Neap. residens pro illis applicandis per dictos conjuges in aliam emptionem bonorum, sive annuorum introituum, in dicta terra Juliani, ejusque territorio & districtu, servata forma partitæ dicti Banci sacr. Montis Pauperum, cedulata M.C.V. enunciatæ in dicto instrumento; Ex quo vigore pacti in dicto instrumento adjecti; factus est casus rescissionis dicti contractus secundum formam Ritus M.C.V.; Necnon compareat tanquam principalis, & legalior, ac sciens exinde melius super prædictis omnibus veritatem. Datum Neap. die 15. Novembris 1700.

Joseph Constantinus.

Citatio super tenore.

De Fusco.

Relatio citationis domi super tenore.

A dì 15. Novembre 1700. in Giugliano.

102 Io Marcello della Terza Giurato della Corte di detta Terra di Giugliano relero aver notificato Gaetano N. domi suæ solitæ habitationis, presenti per testimonj Ferrante Abbate, ed Angelo Romano, e Giesuele di Alessio della medesima terra, modo, & forma, ut supr.

Io Marcello della Terza Giurato referò ut sup.

Fo fede io Not. Antonio Cacciapuoto di Nap. la sudetta relazione essere stata scritta, e sottoscritta di propria mano del sudetto Marcello della Terza Giurato della Corte della Terra di Giugliano; siccome a me costa, & in fidem signavi requisitus.

Matricula Alguzini Curiæ Baronalis.

103 Si fa fede per me sottoscritto Dott. Dionisio Porcelli al presente Eletto al regimento dell'Università di Giugliano, come Marcello della Terza è in atto Giurato di detta terra di Giugliano, e da molto tempo avè essercitato l'ufficio di Giurato, come al presente quello essercita, ed in fede, Giugliano 20. Novembre 1700.

Io Dott. Dionisio Porcelli Eletto fo fede, ut supra.

Fo fede, che la sudetta firma è di propria mano del sudetto Dott. Dionisio Porcelli Eletto, ut supra, & in fede Io Not. Antonio Cacciapuoto di detta terra di Giugliano ho signato.

Nota, quod suprad. cta matricula Alguzini Curiæ inferioris solet fieri diversimode, vel per Mag. de Regimine, vel per Actuarium, vel Officialem Curiæ, licet Pragm. dicat, quod fiat per Officialem Curiæ.

Form. contestationis, sive interrogationis, quando mulier est creditrix, quæ liquidat.

104 Die 7. Aprilis 1661. Neap. M. C. V. pro Trib. sedente vocato in banca supradicto N. debitore prævio accessu ad Ecclesiam respectu actricis; Et quia prædictus N. debitor comparuit cum scripturis; & supplicatione, fuit provisum, quod condemnetur, & non ponatur, donec visis scripturis extra bancam providebitur, & quoad supplicationem adimpleat in forma Reg. Pragmaticæ, & cito monitus.

Garruppa.

Hic adverte, quod Actuarius contumaciarum in prima contumacia, quando est mulier creditrix, quæ ob nobilitatem, vel aliud impedimentum non potest accedere ad M. C. V. tunc Actuarius contumaciarum accedit ad domum actricis, & accepto juramento ab ea, dicit, quod T. actrix apud acta mediante accessu facto ad ejus domum accusavit contumaciam.

Et hodie mihi certificavit Dominus Mattheus de Auria actualis contumaciarum Act. quod idem practicatur cum personis illustribus, vel religiosis, sicut cum mulieribus.

Supplicationis, sive appellationis formula ab indebita citatione super tenore.

S. R. M.

105 Supplicat humiliter Stephanus Biancardus, dicens

fuisse

fuisse citatum super tenore instrumenti ad instantiam Isabellæ Hodierna pro summa ducat. biscentum, & quia instrumentum prædictum est pactionatum, & nullo modo potest liquidari, & super eo non poterat expediri citatio; Propterea gravatus a citatione prædicta cum rev. supplicat ordinari M.C.V. quod faciat verbum in S.C. ad finem, ut sit provisum super sua indemnitate, omni meliori modo, &c.

Comparente supplicante citata parte, & præstita cautione de parendo mandatis S.R.C., M.C.V. de supplicatis verbum faciat in S.C.

Zufia R. & Præs.

Provisum Neap. die 7. Novembris 1661.

De Martino.

Capta est fidejussio.

De Aversana.

Fidejussionis form. præstandæ per appellantem ab indebita citatione super tenore instrumenti.

106 Die 8. Novembris 1661. Neapoli. Constitutus Stephanus Biancardo de Neap. commorans in Sedili Nidi, qui sponte, &c. pro observantia supplicationis præsentatæ in caussa liquidationis instrumenti ad instantiam Isabellæ Hodierna pro summa duc. 200. contentorum in citatione expedita in banca Magn. Garruppa, stante ejus appellatione, se obligavit qualibet die Jovis se personaliter præsentare in S.R.C. ad videndam relationem faciendam in d. S.R.C. de meritis ejus caussæ, qua relata parere mandatis S.C. & tenere Palatium M.C. loco carceris, In forma fidejussit Jo: Petrus Biancardus, qui insolidum se obligaverunt ad omnia prædicta, modo, & forma, ut supra, obligando se, hæredes insolidum, &c. bona, &c. ad pœnam, &c. cum potestate capiendi &c. constitutione precarii &c. renunciaverunt &c. juraverunt &c.

De Aversana Act.

Se subscribunt principales, & testes.

Decretum super appellatione liquidationis instrumenti.

107 In caussa liquidationis instrumenti pro Isabella Hodierna cum Stephano Biancardo.

Die 17. mensis Novembris 1661. Neap.

Per M. Cur. Vic. s. v. provisum est, quod pœna ponatur: verum non exequatur, donec aliter facta relatione in S. Reg. Cons. fuerit provisum, hoc suum, &c.

Salamanca.

Decretum per S. Cons. quod licentietur debitor, stante deposita libero præsentato.

Audita relatione Domini D. Joannis de Salamanca Judicis M.C.Vic.

Die 17. Novembris 1661. Neap.

108 Per S.R.C. remissa est caussa eidem M. C. V. quæ provideat, quod stante fide crediti totius debiti in Aula S. C. præsentata, licentietur Stephanus Biancardo debitor, hoc suum &c.

De Mercatis Secr.

Reclamatia per creditorem contra debitorem licentiatum.

S. R. M.

109 Supplicat humiliter Isabella Hodierna dicens, cum fuisset citatus super tenore instrumenti Stephanus Biancardus ad instantiam supplicantis pro duc. 200. sibi debitis, comparuit prædictus debitor, dum regebatur Curia, præsentando supplicationem de verbo faciendo, uti gravatus de citatione prædicta; & cum per M.C. die sequenti, juxta Regiam Pragmaticam, facto verbo, fuisset ordinatum, pœnam esse ponendam in libro, verum non exequi, nisi facto verbo in S.C.: Dum pendebat verbum faciendum, prædictus debitor obtulit in M.C. fidem crediti ducat. 200. Banci S. Jacobi, cum girata in beneficium supplicantis, instando se licentiari: Cumque per M.C. fuisset denegatum hoc, & quia solutio oblata fuit extra tempus statutum a Regia Pragmatica, fuit de omnibus factum verbum in vestro S. C. per quod fuit ordinatum, quod stante fide crediti in Aula prædicta consignata supplicanti cum girata libera, licentietur, facta quietatione, & cassatione instrumenti prædicti. Cumque supplicans adimplevisset omnia, cassando instrumentum, & faciendo quietationem debiti prædicti, procuravit sequestrum in Banca ad instantiam Emin. Cardinalis Barbarini, cui dictus de Biancardo non est obligatus, sub prætextu quod possideret bona censui subjecta, pro quibus nulla apparet obligatio facta, sed colludendo cum Procuratoribus dicti Eminentissimi Cardinalis. Cumque S.M. hæ fraudes non debent permitti, cum S. C. in tantum mandavit dictum debitorem licentiari, practicando æquitatem, in quantum creditor cum effectu haberet explicitam solutionem, eo quia voluit cassationem instrumenti prædicti, & quietationem; quapropter cum de cassatione, & quietatione, tamquam cum fraude facta, cum rev., nulla sit habenda ratio, imo debet solvere pœnam Regio Fisco; Propterea se gravando a decreto prædicto, cum pecunia sibi soluta non sit, ad M.V. recurrit, eique supplicat mandari eidem M.C., quod de prædictis iterum verbum faciat in V. S.C. loco reclamationis in Aula Ill. Marchionis Tertiæ, ubi caussa alias fuit relata, ad hoc, ut visa fraude prædicta mandari possit, quod nulla habita ratione de prætensa quietatione, & cassatione, dictus debitor remaneat condemnatus & solvat pœnam una cum expensis, omni modo meliori, &c.

Magna Curia Vic. de supplicatis faciat verbum in S. C. loco reclamationis in Aula prædicta.

Zufia Reg. & Præs.

Provisum Neap. die 17. Decembris 1601.

Lavianus.

Decretum, quod pœna ponatur in libro Inferni, nulla habita ratione de cassatione, & quietatione facta.

110 Monitis Partibus, fuit provisum v3. Die 22. Decembris 1661. Neap.

Audita relatione Domini U. J. Doctoris D. Joannis de Salamanca Domini Judicis M. C.V.

Per S.R.C. visis supplicatione, fol. 10. atque sequestro, fol. 8. provisum est, quod suspenso decreto S.C. lato sub die 17. Novembris 1661., remissa est caussa eidem M. C. Vic. quæ provideat, quod pœna ponatur in libro Inferni, nulla habita ratione de cassatione instrumenti, & quietatione, ut ex caussis, hoc suum &c.

De Mercatis Secr.

Die 22. Decembris 1661. Neap. &c.

Per infrascriptum Dominum Judicem M.C.V. provisum est, quod pro executione supradicti decreti S.C. pœna ponatur in libro Inferni, hoc suum &c.

Salamanca.

Garruppa.

111 In supradicto decreto S. Cons. notabis illam clausulam, *ex caussis*; nam dicta clausula non potest uti alia Curia inferior dicti Regni, nisi Supremum Trib. Sacr. Cons. & quoties apponitur dicta clausula in decreto, non admittitur reclamatio per Spectab. Præsidem S. C. nisi prius habito colloquio cum Dominis Consiliariis de illa Aula, qui si non consentiunt, non admittitur. Ita practicatur; quod bene nota.

Instantia pro taxa expensarum, cum decreto, sequitur.

Al

Al Signor Giudice Salamanca.

112 Isabella Hodierna dice a U.S. come per la liquidazione fatta contro Stefano Biancardo, ha speso molti danari per la reassunzione, e molti atti fatti col Procuratore, quali tutti deve pagare detto Stefano; Pertanto supplica U. S. ordinare al Mastro d'Atti della causa, che tassi dette spese, ed anco, che detto Stefano debbia quelle pagare, ut Deus.

Taxentur expensæ per Magn. Actuarium Caussæ Hieronymum Garruppa, die 8. mensis Februarii 166a

Salamanca.

Taxa expensarum in liquidatione instrumenti.

113 Avendo conosciuto detto processo di liquidazione, ritrovo che le spese fatte per la retroscritta magn. Isabella Hodierna, sono le seguenti, cioè.

Per la citazione super tenore instrumenti, e Maestro d'Atti.	o.	o.	15.	÷
Per le contumacie accusate, e fede di matricola.	o.	1.	16.	
Per l'accesso alla Chiesa.	o.	1.	o.	
Per lo decreto della Vicaria pœna ponatur, verum non exequatur, donec facta relatione in S.C.	o.	1.	o.	
Per presentata di una supplica al Portiero.	o.	o.	2.	÷
Per portare detto processo expediendo.	o.	1.	o.	
Per lo decreto del S.C.	o.	o.	10.	
Per il decreto della Vicaria in esecuzione di detto decreto del S.C.	o.	o.	10.	
Per le lettere esequutoriali, e sigillo carl.	o.	3.		
Per un'altro accesso alla Chiesa.	o.	1.	6.	
Dice anco detta Mag. Isabella per la reassunzione di detto istromento aver speso carlini venti.	2.	o.	o.	
	4.	o.	10.	

Geronimo Garruppa.

Instantia pro liquidatione interesse a die moræ.

114 Nella G.C. della Vicaria, ed appresso gli atti compare Isabella Hodierna, e dice come avendo in essa G. C. liquidato istromento contro Stefano Biancardo per doc. 200. è restata a conseguire non solo le spese fatte in detta liquidazione già tassate in docati 4. o. 10. ma anco l'interesse della mora, per non aver pagato nel tempo stabilito; Pertanto fa istanza via executiva ordinarsi, che detto Stefano li paghi detti docati 4.o.10. per dette spese tassate, altrimente si esegua.

E di più liquidarsi detto interesse del lucro cessante, e danno emergente a die moræ, almeno a ragione del sette per cento con danni, e spese, ed interesse, così dice, ed in ogni altro miglior modo &c.

115 Provisum est, quod Stephanus N. infra quatuor dies solvat duc. quat & gr. 10. pro expensis juxta taxam factam, & respectu interesse liquidandi infra eundem terminum audiantur partes, hoc suum &c.

Hic nota; quod in liquidatione interesse, maxime quando non est conventum, necessario debet dari terminus, & in termino examinantur testes, vel producuntur scripturæ, ex quibus constet intentio actoris, & in eodem termino reus potest probare suas exceptiones, & compilato termino committi solet calculus Scribæ, & fit sententia, præcedente monitione, vel decreto facultatis, prout res expostulabit.

Quando vero interesse est conventum, solet committi calculus Scribæ absque termino.

Citatio super tenore instrumenti reassumpti aliena manu.

De mandato M.C.Vic.

116 Ad Instantiam Antonii Albarella, & Antoniæ Rocco conjugum, quibus insolidum fuit promissa solutio, peremptorie citetur Magnif. U.J. Doctor Antonius N. de Neap. & citatio fiat in Curia Notarii Dominici Anelli Palmerio de Neap. sita in Platea Sedilis Capuani in Frontispitio Banci Sacri Montis Pauperum, etiam si tempore citationis nemo habitaret, in instrumento designata, quatenus prima die juridica personaliter comparere debeat responsurus in judicio eisdem exponentibus super tenore publici, & liquidi instrumenti rogati manu dicti Notarii Dominici Anelli sub die 30. Maii 1696. & in publicam formam reassumpti manu aliena, prævia Regia dispensatione S.E. prout constat ex actis præsentis liquidationis, & in eadem M.C. præsentati, & contra ipsum liquidari petiti, pro ducatis biscentum septuaginta quinque sortis principalis pec dictum Doctorem Antonium infra certum tempus solvere promissis, & pro aliis duc. 14.3.6. ÷ pro interesse decurso, & ob solutionem illorum non factam, lactus est casus rescissionis via Ritus, nec non compareat tamquam Principalis, & melius sciens facti veritatem, secundum formam laudabilis Ritus dictæ M. C. alias, &c. Datum Neap. die 18. Mensis Septembris 1702.

Joseph Constantinus.
Simon Gagliardus.

Citatio super liquidatione instrumenti penes Rogerium.

Licentia Regia reassumendi instrumenta aliena manu.

117 Fo fede io Not. Agostino Cammardella di Nap., qualmente il Magn. Not. Domenico Aniello Palmiero di Napoli tiene potestà di scrivere, e stendere li suoi contratti, e farli reassumere d'aliena mano in pubblica forma, in virtù di licenza ottenuta dall'olim Ecc. Sign. Vicerè in questo Regno Marchese de los Velez, e suo Regio Collat. Conseglio spedita nell'anno 1678. che si conserva per esso Not. Palmiero, conforme a me costa, ed in fede ho signato.

Idem signum.

Frequentius vero præsentatur copia authentica totius integræ dispensationis Regiæ obtentæ per Notarium scribendi contractus aliena manu, illosque reassumendi in publica forma.

Form. dispensationis Regiæ pro Collegio Monialium, ut possint liquidare instrumenta mediante Procuratoris persona non interventa in stipulatione.

Carolus Secundus Dei Gratia Rex.

118 Magn. Vir R. Fid. Dilecto. A noi è stato presentato memoriale v3. Ecc. Signore. Il Venerabile Collegio di Donne Monache sotto il titolo della SS. Annunciata della Città di Nola, come gli altri convicini, si degnò l'Ecc. sua ordinare al Regio Governadore di detta Città, che l'avesse fatto sodisfare; E perchè incumbe ad esso Venerabile Collegio procedere anco alla liquidazione d'istrumenti contro diversi debitori, nè può farlo, se non per mezo del suo Procuratore: Che perciò ricorre dall'Ecc. sua, e la supplica, che si possa procedere col detto suo Procuratore alla liquidazione di qualsivogliano istrumenti, contra i suoi debitori così di presente, come in futurum via Ritus M.C.V. dispensando per detto effetto, tanto al detto Rito, quanto a qualsivoglia altro ordine in contrario, ut Deus. Qual memoriale per Noi inteso, ci è parso far la presente, colla quale vi dicemo, ed ordinamo che oc-

correndo liquidarsi istrumenti via Ritus M. C. V. contro i sudetti debitori per parte di detto Vener. Collegio, possiate far quelli liquidare dal detto suo Procuratore, non ostante, che non sia intervenuto alla liquidazione di essi, ed ordinando con la presente alla G. C. della Vicaria, e ad ogni altra Corte, a chi spetta insolidum, che cosi lo debbiano permettere, ed esseguire, che tal è nostra volontà. Datum Neap. die 14. mensis Novembris 1698.

Ludovicus de la Zerda y Aragon &c.
Vidit Guerrero R.
Vidit Gascon R.
Vidit Andreassi R.
Vidit Mercado R.

D. Dominicus Florillus Secr.

Solvit tt. duos.

In Par. 22. fol. 87. at.

Mangus, &c.

Summarium dictæ Reg. dispensationis.

V. E. inteso l'esposto nel preinserto memoriale per il sudetto Venerabile Collegio supplicante, ordina, che occorrendo liquidarsi instrumenti via Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ contro li sudetti debitori per parte di detto Venerabile Collegio, si possano quelli far liquidare dal sudetto Procuratore, non ostante, che non sia intervenuto alla stipolazione di essi, ed ordina con la presente alla G. C. della Vicaria, ed ogn' altra Corte a chi spetta insolidum, che cosi lo debbiano permettere, ed eseguire, ut supra.

Hæc dispensatio solet concedi etiam cuicumque laico absenti, impedito ob senectutem, infirmitatem, carcerem, vel aliud impedimentum, ut vidi practicari ad instantiam cujusdam senis sistentis in Provincia Aprutii, qui voluit liquidare in M.C.V. mediante persona Procuratoris.

„ Pro corollario hujus Praxis liquidationis, non omittendum, quod ex Constitutione sæpissime *cit. §. 5. n.* 10. „ præscriptum habemus, ne impedimento sit Judicibus „ ire vesperi ad Curiam, quominus domi expediant negotia, eo tempore, quo dies perbreves sunt; quod „ mensibus Novembris, Decembris, Januarii, & Februarii cujuslibet anni Curia regatur de mane, pulsatâ „ Campana; ut pluries observatum etiam ante hanc „ Constitutionem videram; unde prædictis mensibus „ de mane proceditur, & ubi loquitur de comparitione de sero, intelligi, & practicari debet de mane.

Finis Praxis Liquidationis Instrumenti.

SECUNDUS TITULUS

De Praxi procedendi per querelam de perjurio contra debitorem juratum promissiones non servantem.

PRÆLUDIUM.

Creditor, ut in *præcedenti capite de liquidatione instrumentorum* diximus, non semper potest liquidare instrumentum contra debitorem, vel quia illud non habet reassumptum in forma probante in pergameno, juxta Constitutionem, *Instrumentorum robur*, vel si habet in pergameno, tamen erit pactionatum per plura pacta invicem promissa, & sic illiquidum, vel erit aliqua conventio cum Fabris super aliquo ædificio faciendo, vel similibus; ubi altera pars defecerit a jurata promissione.

Tunc licet non potero liquidare instrumentum via Ritus, potero tamen criminaliter agere, & accusare illum de perjurio.

Hic secundus Titulus dividitur in 2. Capit.

I. Caput, de pluribus, in quibus convenit querela perjurii cum liquidatione instrumenti via Ritus.

II. Caput, de differentiis inter querelam de perjurio, & judicium liquidationis.

C A P. I.

De pluribus, in quibus convenit querela perjurii cum liquidatione instrumenti via Ritus.

S U M M A R I U M.

Judicium querelæ, & liquidationis utrumque est criminale, & ad criminalem jurisdictionem pertinet, num. 1.

Procurator non admittitur in dictis utrisque judiciis, num. 2.

Contumacia accusatur contra citatum non comparentem personaliter, tam in uno, quam in altero ex prædictis judiciis, eademque pœna pecuniaria mulctatur, num. 3.

Compromissi exceptio locum non habet in dictis judiciis, quia utrumque est criminale, num. 4.

Hoc Judicium in multis convenit cum judicio liquidationis via Ritus, in multis vero differt.

1 Primo convenit, quia utrumque judicium est criminale, & Judex criminalis jurisdictionis est competens, ut diximus in *præced. cap.*

2 Secundo, quia in utroque judicio non admittitur Procurator, sed tam creditor, quam debitor personaliter debent esse in judicio, *Tartagl. in prax. civ. cap. 1. num. 51.*

3 Tertio, quia contumaciæ eodem modo accusantur in uno judicio, sicut in altero.

Quarto, quia eadem pœna pecuniaria mulctatur accusatus in judicio liquidationis, quam in hoc judicio perjurii, nempe unius caroleni pro quolibet ducato, vel unius tareni, juxta stylum, & pandectam cujuslibet Curiæ.

4 Quinto, convenit cum judicio liquidationis, quia non habet locum exceptio compromissi, nec in uno, nec in altero ex his judiciis, cum utrumque sit criminale.

CAP.

C A P. II.

De differentiis inter querelam de perjurio, & judicium liquidationis instrumenti via Ritus.

S U M M A R I U M.

Liquidatio instrumenti fieri non potest, quando instrumentum non est in pergameno reassumptum, sed querela de perjurio fit per simplicem copiam in bambacina charta, num.1.

Creditor, & debitor jurare debent in liquidatione via Ritus, sed in querela jurat solum debitor, num.2.

Debitor citatus super tenore instrumenti via Ritus, sive confiteatur, sive neget, non evitabit carcerationem, sed citatus super querela si negat, evitat carcerem, praestita cautione, num.3.

Litterae executoriales statim expediuntur post contractam contumaciam in liquidatione, secus in contumace super querela, num.4.

Praxis haec querelandi de perjurio diu recessit ab usu, num.5.

Differt vero in multis praxis querelandi de perjurio, & liquidandi instrumentum via *Ritus* 166.

1 Primo, in liquidatione non admittitur instrumentum in bambacinio, sed pernecesse debet esse in pergameno, ad praescriptum Constitutionis, *Instrumentorum robur*.

In hoc vero judicio querelae perjurii, sive in pergameno, sive in bambacinio praesentatur instrumentum, admittitur, non obstante Constitutione praedicta, ut testatur *Tartagl. in prax. M. C. V. cap. 1. num.* 51. quia dispositio Constitutionis praedictae cursu temporis in desuetudinem venit, & servata fuit in judicio praesentationis instrumenti via *Ritus* 166. tantum, non in aliis judiciis, ut nos late *praecedenti Titulo* diximus *cap.* . . . .

2 Secunda differentia est, quia in ultimo peremptorio si debitor compareat in liquidatione, datur prius juramentum creditori liquidanti pro tot duc. & deinde datur citatio debitori super tenore instrumenti, ipsum interrogando, si instrumentum sit verum, & si teneatur ad summam in instrumento contentam.

At in hoc judicio querelae non datur juramentum creditori, sed tantummodo debitori citato.

3 Tertia differentia est, quia in liquidatione, sive debitor confiteatur, sive neget, & quamvis debitor asserat se satisfecisse, vel instrumentum esse nullum, falsum, simulatum, vel offerat omnia bona sua mobilia, stabilia in vim executionis, aut aliam quamcumque exceptionem opposuerit, non evitabit carcerationem, nec excarcerabitur, nisi soluta prius poena fisco, & debito creditori.

At in hoc judicio querelae perjurii, si debitor confiteatur, fit praeceptum, quod non discedat a Palatio, nisi prius solvat debitum creditori, & poenam fisco, vel prius adimpleat promissionem juratam, vel pacta, &c. & solvat poenam fisco.

Si vero neget, tunc non carceratur, sed datur terminus in caussa ad probandum incumbentia, praestita prius cautione per dictum debitorem de stando juri, & se praesentando tempore publicationis, & refectis expensis, & soluta poena fisco.

Quibus adimpletis proceditur in caussa cum Procuratore, & tempore publicationis debitor tenetur se praesentare, quia si non se praesentet, expeditur citatio contra principalem, & fidejussorem, sive requisitoria ad praesentandum.


4 Quarta differentia est, quia in liquidatione si non comparet debitor, reputatur contumax, & statim expediuntur litterae executoriales realiter, & personaliter, & debitae executioni demandantur, nullo tempore amplius expectato, & non evitat poenam, etiam si eodem die, quo carceratur, solverit creditori.

At in hoc judicio querelae perjurii, si non comparet debitor citatus, reputatur contumax, sed non statim expediuntur litterae executoriales, nisi post mensem, & elapso mense exequuntur realiter, & personaliter, tam pro debito, quam pro expensis fisco, & solutis expensis parti, & praestita cautione de stando juri, & se praesentando, tempore publicationis, datur terminus in caussa ad probandum, & proceditur modo superius dicto in tertia differentia, ut testatur *Tartagl. ubi sup.*

Et ex his collige totam practicam accusandi de perjurio criminaliter, ubi non poteris criminaliter liquidare via Ritus.

5 At quia hoc procedendi modo per querelam, hodie non utimur, & diu haec praxis recessit ab Aula; ideo formulas non ponimus, & haec pauca dicta sint juvenibus, ne eos antiqua praxis lateat, quae traditur a *Tartaglia* tantum, non ab aliis modernis Practicis.

Finis Secundi Tituli.



T E R T I U S T I T U L U S

De Associatione Familiae Curiae.

PRAELUDIUM.

Expeditis duobus remediis, sive viis, quas creditor habet agendi criminaliter contra suum debitorem, devenimus ad tertium modum, quem adhibere potest civiliter, petendo associationem familiae Curiae virtute pacti de capiendo possessionem propria auctoritate, & quia hic est modus magis privilegiatus post illos duos criminales, ideo de eo formavimus consecutive hunc tertium Titulum.

Qui tertius titulus non dividitur in capita, sed unico capite explicatur.

CAP. UNICUM.

S U M M A R I U M.

Creditor habens instrumentum cum pacto executivo, potest propria auctoritate, nulla obtenta Judicis licentia, possessionem ingredi, vel a Judice in possessionem mitti absque ulla judicii figura, aut partis citatione, num.1.

Sed contraria opinio, num.2.

Conciliantur duae contrariae opiniones circa hoc, num.3.

Differentia inter immissionem, & associationem Curiæ, num.4.

Usufructuarius habens jus accipiendi possessionem propria auctoritate sibi præjudicat adeundo Judicem, nisi atatur cautela, quæ traditur, num.5.

Creditor post decennium amittit possessionem civilem, quæ vigore constituti ei competit, nisi intra decennium capiat realem possessionem, ideo associatio familiæ intra decennium, & non ultra peti potest, & quod sit vivus principalis debitor, num.6.

Principali mortuo etiam intra decennium, infra sex menses potest obtineri associatio familiæ, & non ultra super re occupata per hæredem, vel alium, num.7.

Possessorem dejiciens propria auctoritate creditor amittit creditum, & qui non est creditor punitur, sed quæ pœna de jure communi, & quæ de jure Regni, explanatur, num.8.

Creditor, qui publicum instrumentum habet contra suum debitorem cum constituto, & precario, & pacto de capiendo in forma, sive ingrediendi propria auctoritate, an possit petere a Judice familiæ associationem ad capiendam possessionem bonorum debitoris, ipso, vel alio tertio possidente aliter non audito, ad *text. in l.creditores 3. C. de pignor. & in l. creditor 3. §.fin.ff.qui potior.in pignore habeantur*.

Super hoc quatuor reperiuntur *Doctorum* opiniones, quorum tres sunt relatæ a *Visconte in suis conclus. var. creditor. fol. mihi* 44.

1 Prima est opinio affirmativa, quod potest creditor propria auctoritate, nullaque obtenta Judicis commissione possessionem ingredi, vel a Judice in possessionem mitti absque ulla judicii figura, aut partis citatione, *Dominus Regens Petra rit.*302. *num.*75. ubi dicit procedere, ubicumque fuerit pactum executivum, & ex *Aretin.cons.*21.*num.*4. *Soccin.sen.cons.*82.*num.*9.*vol.*3. sic judicatum refert *Affl. dec.*326. *& in Constit. pacis cultum*, quod ubi non petitur licentia ingrediendi, sed petitur familia ad associandum in capienda possessione ad evitandum rixas, debet familia concedi absque partis citatione, & *Marant.p.*6. *ver.citatio n.*38. *& in verb. executio num.* 33. *& in tract. de remed. possess. n.*43. *Daen. in reg.*275. *in* 6.*limit.in fin.fol.*410. *in prax., Maxill.in consuet. Baron.fol.*178.*num.*18. *& fol.*276. *num.*55. *Gabr.conclus.*1. *num.*512.*tit.de citatione, Vivius commun. opin.*93. *par.*1. *& opin. cap.*39. *lib.*3. qui de communi testatur, & infinitos allegat, & *dec.*42. *num.* 2. *&* 6. *& dec.* 203. *num.* 2. *&* 236. ubi pluries judicatum refert per Reg. Aud. Apuliæ, & Barri, quod dicit procedere non solum in hærede, sed etiam in singulis successoribus, seu tertio possessore, *Magon. decis. Lucens.*87. *col.fin. Faria.decis.*856.*vol.*6. *in fragmentis, Rot. Rom. dec.*146. *&* 150. quæ fuerit contra tertium, *Sanfel. decis.*151. *Staib. observ.*107. *n.*21. & alii apud dictos *Auctores* citati, & *Muscat. p.*2. *gl.gradum in addit. litt.G. versus finem*, videtur assentire cum *Affl.* hic, & subjungit, quod citatio in licentia de ingrediendo non inducit judicium, nam fit absque libello, & petitione, & summarie ex urbanitate auditur, si comparet, sicuti in instrumento liquido præsentato, & statim providetur esse exequendum pactum, & associandam familiam, & finitur judicium, sicque in executione hujus pacti imploratur officium Judicis absque libello, & petitione, nam in hoc Judex est merus executor voluntatis partium, quæ possunt pacisci, ut inchoetur processus ab executione, *Affl. d. dec.*326.*Dom.Petr.ubi supr.*

2 Secunda est opinio negativa ex *Foller. in add. ad Marant. ubi supr. & in prax. cens. fol.*156. *sub n.*111. *in noviss.* ubi dicit, quod in bonis Tribun. talis licentia non datur sine partis citatione, & ita servari in M.C.V. testatur idem *Foller. in cap. Regni* 103. *fol.*69. *Anna singul.*189. refert numquam potuisse obtinere, parte non prius citata, *Rovit. in pragm.*1. *tit. de conservator.* reprobat *Affl.* pluribus rationibus, ibi. His adde *Muscatell.* qui in *part.*3. *glos.venduntur num.*30. testatur, quod in practica servatur, ut semper vocetur pars, cujus interest, & inspecto pacto capiendi audito debitore si comparet, sin autem in ipsius contumaciam, interponitur decretum, familiam esse associandam, quem sequitur *Gallup.p.*2. *cap.*2. *n.*40. *Muscatell. in prax. appell.num.*3. *vers. quatuor modus*.

Et quod parte non citata, nullatenus sit concedenda, resolvit *de Marin. ad Revert.obs.*567. & contra tertium possessorem, scilicet prævia citatione obtinuisse testatur, qui comparuit, & multa opposuit, & instetit terminum impartiri, sed oppositis non obstantibus obtinuit, *lib.*1. *resol.* 302. qui tamen dicit in dicta *obser. Revert. & lib.* 2. *resol.* 62. quod mortuo principali, tunc constitutum, & precarium dicitur extinctum, & propterea, nec hypothecaria contra tertium possessorem agi potest, hærede debitoris prius non discusso, tam attenta *l. fin. C. de acquirend. possess.* quam attento jure Regni, *Pragm. de assist.*

3 Tertia opinio conciliat has duas contrarias cum distinctione, quod scilicet extra Neapolim viget praxis secundum opinionem affirmativam ut statim concedatur familia parte non citata.

In Civitate Neap. secus; nam ibi servatur secunda opinio negativa, ut non concedatur familia, nisi prius parte citata.

Ita distinguendo concludit *Ursill. ad Affl. in d. dec.* 326. *Viv. dec.*163. *num.*2. & hanc amplectitur distinctionem *Visconte ubi supra*, concludit in fine, sic intelligendum esse etiam incertum *Auctorem in Apostilla post tract. de Judice Roberto, fol.*414 *in volum.tract.* qui dicit in dicta Apostilla non sine magna causa M.C.V. non admittit practicam *Affl.*, & aliorum quia esset nullius momenti, & multæ oriuntur difficultates, quod dicta Apostilla loquitur de M.C.V. tantum, juxta distinctionem, ut supra.

Quarta opinio est, quod in arbitrio Judicis sit, nulla citatione præcedente, juxta *decis. Affl.* 226. vel parte prius citata, juxta doctrinam *Rovit. in Pragm.*1. *de conserv.* concedere associationem familiæ, etiam contra tertium possessorem, inspecta personarum, loci, & temporis qualitate, quæ associatio conceditur etiam contra minorem absque partis citatione, *Surd. cons.*771. *num.*25. *lib.*1. & demum etiam contra Ecclesiam, *Tiraquell. de constit. possess. part.*1. *num.*41. *Cenc. de cens. p.* 2. *cap.* 2. *q.* 5. *art.* 5. *ex num.*13. *Maas. de caus. execut. ampliat.*6. ex *num.*26. ubi defendit *Affl.* a *Rovit.* impugnatum, & dicto fœdere distinctionis concordat, & ab hac opinione, quod sit in arbitrium Judicis, non videtur recedere idem *Rovit. ubi supr. n.*3 *Carleval. de judic. executivo lib.*1. *tit.*3. *disputat.*1. *num.*7. & hæc quarta opinio servatur in Curiis Regni nostri extra Neapolim, juxta distinctionem *Maas. de caus. execut. d.ampliat.*6. ex *num.*26. *Alderis. de assist. qu.*2.*num.*17. Quod arbitrium Judicis est regulandum, juxta distinctionem *Domin.Cons.Altim.rubr.*12.*qu.*22.*num.*75. ut si quis petat simplicem associationem Curiæ, tunc non requiri citationem, si manifeste appareat de non jure possessionis, & de notoria justitia petentis; quod etiam in aliis judiciis, & actibus servatur, ut citatio non sit necessaria, quando citatus non potest contradicere, ut diximus *cap. de citat. in prax. Judicis ordinarii*, quam mox dabimus in lucem.

Sed si justitia petentis sit aliquantulum dubia, & possessor posset aliqualem rationem dubitandi afferre, non competere petenti licentiam ingrediendi propria auctoritate, tunc iniquum esset tollere defensiones ob citationem non factam possessori; Ita quoque firmat *D.R.Petr.rit.*302. *num.*91. ex *Rot. Rom. apud Buratt. dec.*786.

dec.786.in fin.& aliis ibi, & *num.90.* refert in caussa Veter. Monasterii Cassinensis cum Universitate Vallis Rotundæ, Sacr.Cons. habuisse pro absoluto juris articulo in Aula *vid.D.Petr.dec.191.* non licere Domino directo apprehendere possessionem propria auctoritate sine nota violentiæ, & turbationis, non citato prius utili Domino possidente.

Nisi constet aperte emphyteusim esse finitam, & devolutam, itaut possessori nullo modo competat defensio, ne dubitari possit, ut idem *Petra d.num.91.in fin.ex Possib.dec.24.num.13.& dec.25.& 132.168.271.& 293.*& aliis ibi citatis.

Prout, quando cum speciali hypotheca adsit pactum de non alienando, nam tunc tertius possessor absque processu, & citatione conveniri potest; quia tunc ob alienationis nullitatem dicitur illa res esse in posse alienantis, *D.Altim.ubi supr. num.62.* & vide, quæ nos diximus inferius in *cap.3. de via executiva contra tertium num.5.& 6.*ubi fusius.

4 Et non omittendum duco auream advertentiam a doctissimo *Cons. Altim.* tradictam in *Rubr. 12.qu. 22. num.75.*quod si quis adit Judicem pro capienda possessione, tunc omnino, & indistincte requiritur citatio partis; quando vero quis non petat immissionem, sed simplicem associationem Curiæ, tunc militat arbitrium Judicis, regulatum ex distinctionibus supra traditis, ut quandoque possit sine citatione fieri, *D. Altim. ubi supr.*

Alterum quoque non erit omittendum, quod ubi executio petitur de ingrediendo petitur contra principalem, tunc nulla est necessaria citatio, ut firmat dictus *Dom.Altim.*omni laude dignus in *d.rub.2. qu.22. num.71.ex Coman.cons.7.col.17.Gabriel. conclus.1.nu. 470.Bart.in l.3.qu.5.in princip.C.de pignor. Marant.de remed.possess.num.43.Borrell.tit.44. nu.425. Marta in compil.jur.3.de pactis cap.17.*

5 Et usufructuarius habens jus accipiendi possessionem propria auctoritate, ibi præjudicat, adeundo Judicem, dicit *Dom.Reg.Petr.d.tit.302. num.92.* ex doctrina *Fab.Amman addit.ad sing.Patris 189.Vivian.Cirocc.discurs.15.ex num.4.& discurs.26.num.29.*

Nisi illum adiens, petat a Curia associari, ut evitetur tumultus, & scandala evitentur, ex *Portio concl. 43.l.1.ampliat.53.Borrell.in summa dec.tom.1. tit.44. num.443.Muta cons.Sicil.34.num.45. Fab. Amm. in addit.ad Patrem ubi supr.*

6 Creditor constitutarius, qui possidet rem obligatam per constitutum debitorem, si intra 10.annos negligit accipere realem possessionem, censetur per negligentiam amisisse, ac veluti derelictam habuisse illam constitutitiam possessionem, *argum. l.furtum, §.ult.* & ibi *glos. ff.de usucapio.* & aliarum legum, quas congerit *Tiraquell.de const.possess. part.3. limit.20. num.1. Rovit.in prag.1.de conservat.n.15.super verb.creditor.*

Et hoc intelligitur vivente eo, quia constituit se ulterius non possidere, ut *Tiraquell.ubi supr. num.9. & Rovit.ibid.*

Ex his collige practicam, ut intra decennium tantum possit creditor petere familiæ associationem contra principalem, nisi alia esset caussa, vel præsumptio, quare creditor intra decennium non recuperavit possessionem, ut quia noluit esse caussa mali, vel rixæ; tunc enim una præsumptio tollit alteram; *l.divus, ff. de in integrum restit.l.non est verisimile, ff. de eo quod metus caussa*, quo casu non censetur talis possessio amissa, etiam post decennium, ut idem *Tiraq. ubi sup. num.10.*

7 Si principalis debitor moriatur, & res fuerit ab hærede illius, aut ab alio apprehensa, & creditor sciat ab alio esse occupatam illam rem, tunc per modicum tempus amittit constitutitiam illam possessionem, quam habebat, quia videtur suspicare se posse repelli, per jura a dicto *Tiraquell.*adducta, *ut supr.*

Et ex hoc sume practicam, quod tunc non potest rem occupatam recuperare per familiæ associationem, nisi incontinenti, ut dictat *Tiraquell. & Rovit. ubi supr.*

Quod autem tempus dicatur in hac re modicum, & incontinenti, *Tiraquell.*remittit se *Panormitan cap.cum vidisset col.ult.vers.ultimo nota*, sed *Rovit. in d.Prag. de conserv.*dicit esse spatium sex mensium, & sic intra sex menses tantum potest peti associatio familiæ contra hæredem, vel singularem successorem, sive tertium possessorem.

Hæc praxis petendi associationem familiæ hodie in Regno nostro amplius non servatur, sed diu ab usu recessit & propterea formulas ponere hic non opus est, & *D. Carolus de Alexio* Advocatus nostræ tempestatis celeberrimus *ad Reg.Latro consult.88. num.18.* exclamat, cur in Regno dicta associatio non practicatur? prout practicatur Romæ, *Cardin.de Luca disc.44.n.28.*

8 Hic duco non omittendum, quod creditor capiens bona debitoris propria auctoritate, amittit creditum, *L.extat, ff.de eo, quod met. caus. Rov. in pragm. 1. de conserv.Gait.de credit.cap.4.qu.7.num.838.*

Imo tam creditor, quam quicumque alius dejiciens possessorem a possessione sine armis, punitur pœna *l. Julia de vi privata, l.5. ff. ad l.Juliam de vi privata, Menoch.casu 394.num.193.*

Qui vero dejicit possessorem cum armis, punitur pœna *l.Juliæ de vi publica, l.3. in fine, ff. ad l.Juliam de vi public.& l.si quis ad fundum, Cod.*& ita est intelligendus *Menoch.d.casu 394.num.82.*

Quæ utraque pœna, nempe tam vis publica, quam privata, hodie est arbitraria, quando agitur criminaliter.

Sed quando agitur civiliter, creditor occupans bona debitoris propria auctoritate, amittit creditum, *L. extat, ff.de eo, quod metus caussa, Rovit.in Pragm.1. de conserv.Gait.de credit.cap.4.qu.7. num.838.*

Et hoc etiamsi habeat instrumentum cum clausula, quod possit propria auctoritate possessionem bonorum capere, & cum constituto, & precario, quia ex dicta clausula associatio familiæ sine citatione potest prætendi, *(quod etiam negatur a Rovit.)* sed non quod sine Judicis potestate occupetur res, secundum veriorem sententiam.

Et omnia supradicta intellige de jure communi, nam in Regno habemus duo jura in puniendo violentiam in re immobili.

Primum est Constitutio Regni, *Violentias*, de violentiis in possessione illatis, per quam mandatur, ut spolians, non solum teneatur possessionem ipsam restituere una cum fructibus, sed pro pœna violentiæ commissæ solvat medietatem æstimationis ipsius rei stabilis, in qua violentia est commissa.

Per hanc Constitutionem corrigitur *text.in l. extat, ff.de eo quod met.caussa*, ubi pro violentia spolians privabatur proprietate suæ rei stabilis, & corrigitur alius *text.in l.si quis in tantam, C. unde vi*, per quam statuitur, ut si res non esset propria spoliantis, tunc teneatur ad æstimationem.

Hodie non in totam æstimationem rei, sed in medietate punitur per hanc Constitutionem, & dicta pœna debetur spoliato, ut dicit *Isernia in suo repertorio in verb.violentias, & verb.si quis spoliatur.*

Et respectu rei mobilis tenetur in quadruplum computato simplo, ut in dicta Constitut.*Violentias.*

Secundum Jus est *Cap.Regni*, incipiens, *Subditorum nostrorum*; Quod addit pœnam ultra per arbitrium inferendam, & sic punitur arbitrarie, ut advertit *de Nigris in d.cap. subditorum num.15. fol.mihi 17.*

Sed dicta pœna arbitraria vigore *dicti cap.* habet locum, ubi criminaliter agitur, & dicta pœna medietatis

tatis æstimationis vigore constitutionis, *Violentias*, habet locum, quando agitur civiliter ad recuperandam rem, ut concludit, & advertit idem *Isernia in d. repertorio ubi supr.*

Sed has pœnas civiles numquam meo tempore vidi servatas in hoc Regno.

Et quando agitur criminaliter, vide alia apud *Muscatell. in sua prax. crimin. rubric. de furtis, fol. mihi 38. num. 21. & cap. Regn. placuit, Affl. in d. Constit. Violentias num. 72.*

Finis Tertii Tituli.

QUARTUS TITULUS

De Via Executiva Civili vigore Reg. Pragm. de Censib.

PRÆLUDIUM.

Via executiva, qua frequentius utimur in Regno, duplex est. Altera criminalis vigore *Ritus* 166. de qua supra diximus in 1. *Tit. hujus 1. Speciei Judiciorum.*

Altera civilis, vigore *Reg. Pragm. de censib.* vel vigore pacti in instrumento adjecti.

Nam illa via per querelam, & per associationem familiæ in praxi his nostris temporibus usui non est.

Videns itaque Advocatus, quod via Ritus non poterit suo clienti consulere, vel quia sunt lapsi viginti anni, vel quia instrumentum non habet in pergameno reassumptum, vel ob aliquem alium requisitorum defectum.

Tunc recurret ad viam executivam civilem vigore *Reg. Pragm.*, si est instrumentum censuale, vel vigore pacti, si est alia species contractus.

Propterea successive subnectitur hic quartus Titulus: De via executiva vigore Reg. Pragm.

Qui quartus Titulus dividitur in duobus Cap. v3.

Primum Caput: De via exequutiva contra Principalem, vel hæredem.

II. Cap. De via exequutiva contra tertium Possessorem.

CAP. I.

De via exequutiva contra Principalem, vel hæredem.

SUMMARIUM.

Legitimatio personæ, tam Actoris, quam Rei requiritur in principio Judicii executivi, alias non potest expediri præceptum executivum de solvendo, secus in judicio ordinario, ubi in termino omnia probantur, num. 1.

Contractus censualis habet privilegium via executivæ ex Reg. Pragm. 1. de Censib. *& exceptio nulla reperitur, per quam possit impediri executio tertiarum, nisi per exceptionem solutionis, & quæ requisita concurrere debent, ut impediatur executio per dictam exceptionem solutionis,* num. 2. & 5.

Via executiva civilis est magis privilegiata, quam via criminalis liquidationis via Ritus circa tempus exercendi dictam viam executivam: Nam illa criminalis præscribitur spatio 20. annorum, sed civilis durat usque ad triginta annos a die natæ actionis, num. 3.

Præscriptio absque bona fide non datur; Hoc fallit in præscriptione juris executivi, ubi bona fides non requiritur, & ratio assignatur, num. 4.

Census existentia probari potest sine scriptura, & quomodo, & an probetur ex assertione facta in instrumento, rem esse reddititiam, & quanto tempore præsumitur assensus in censu debito per Universitatem, num. 6.

Creditor tenetur debitori facere apocam de recepto. Debitor tenetur creditori facere antapocam solutionis factæ de debito, ut probetur continuatio, & possessio exigendi, num. 7.

Possessio exigendi, seu quasi, & in omnibus actionibus personalibus est manutenenda lite pendente, num. 8.

Executio realiter, & personaliter non conceditur in hoc judicio executivo in M.C.V. licet Pragm. 1. de censib. §. 4. *concedat, ut de persona cogatur debitor censuarius, quæ* Pragm. *non servatur quo ad hoc, secus in Curia per Regnum,* num. 9.

1 Judicium executivum requirit, ut ab initio, & ante omnia fiat legitimatio personæ actoris, & rei, etiam si quis agit nomine proprio; Ut si agit contra hæredem, ostendere, illum esse hæredem, & si contra fidejussorem, ostendere illum esse fidejussorem, & sic de aliis, & si ipse agit uti hæres creditoris, ostendere, se ipsum esse hæredem, & sic de aliis, & ab initio producere instrumenta omnia, & Judex non debet, nec potest expedire mandatum executivum, nisi productis, & visis instrumentis habentibus executionem paratam, quibus constet petenti executionem competere viam executivam, ita *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 3. num. 21. ex Coler. de process. executiv. part. 3. cap. 1. ex num. 17. 21. & 28. Gizarb. decis. 10. & decis. 17. Boer. decis. 10. de Marsil. sing. 26. Bald. in l. per diversos 22. num. 21. C. mandati.*

Et rationem diversitatis assignat, quare agens nomine proprio, vel cum adjuncta qualitate filii, vel hæredis in judicio ordinario, non teneatur in initio ante litis contestationem personam legitimare, nec producere instrumenta, ex quibus constet se legitime agere, sed poterit in termino probatorio dictas qualitates justificare.

At secus in via executiva, in qua debet ab initio justificari; Quia in via executiva incipitur ab executione, & captura bonorum, & personæ, quæ continet damnum, & injuriam, si injuste fieret, sed in via ordinaria nullum damnum infertur ante sententiam, & sic durante judicio potest justificari qualitas agendi, qua deinde non justificata, non obtinebit Actor.

Et Procurator cum speciali mandato potest agere via hac executiva civili, vigore *Prag. de censib. Foller. in prax. censual. nu. 52. vers. tamquam res judicatas. Gais. 1. p. 2. par. rub. cujus nomine agat n. 27. fol. 175.*

Et cessionarius quoque potest eadem ratione agere, *Rep. Petr. rit. 236. num. 3.* secus ad formam *rit. 166.* criminaliter præsentandi instrumenta, quia actio criminalis cedi non potest, ut diximus in superiori *Tit. de liquid. instrum. cap. 9. n. 16.*

2 Contractus censualis est privilegiatus, ut habeat prom-

promptam, & paratam executionem, tamquam res judicata, nulla provocatione suspensa, ex vi *Reg. Pragm. 1. de censib.* & sic ipso jure, non vi pacti conceditur via executiva, ut in *§. 3. d. Pragm.*

3 Et licet via executiva criminalis vigore *Ritus 166.* praescribatur spatio 20. annorum a die natae actionis, ut dixi in praecedenti *Tit. 1. de liquid. instrument. cap. 7.* tamen in hoc est magis privilegiata haec via exequendi civiliter, tam vigore dictae *Reg. Pragm.* quam vigore pacti; nam haec via executiva civilis per praecepta de solvendo, non praescribitur, nisi spatio 30. annorum; quemadmodum jura exequendi sententiam, quia instrumentum aequiparatur sententiae; & eodem spatio 30. annorum praescribitur jus exequendi obligationem penes acta, ita *Carlev. lib. 6. tit. 3. disp. 4. a num. 13.* ubi increpat *Regentem Tapiam*, dicentem, praescribi jus exequendi obligationem spatio annorum decem, quod falsum demonstrat, ut late dicemus in *Tit. de oblig. penes acta*.

4 Et licet praescriptiones omnes regulariter requirant bonam fidem, stante jure Canonico, juxta *text. in cap. possessor 2. de regul. jur. in 6.* fallit hoc in praescriptione juris executivi, quod praescribitur etiam data scientia debitoris, quae illum in mala fide constituit, *Gratian. discept. for. tom. 1. cap. 52. n. 22. Barbosa in l. sicut 3. num. 165. C. de praescript. 30. vel 40. annorum, Tusch. lit. P. concl. 547. num. 7.* ita *Carlev.* concludit *lib. 1. tit. 3. disp. 4. n. 2.*

Et rationem assignat, quia praescripta via executiva nulla tollitur actio, aut jus principaliter competens creditori, sed illi remanet via ordinaria, qua potest agere post amissam executivam, & sic punitur negligentia creditoris, cui aufertur illa celeritas in agendo, quam tarditate sua meret omisisse, salvo illi jure agendi via ordinaria, ita *Carl. ubi supr. n. 3.* tibi *n. 4.*

Aliam rationem addit; Quia cui prodest beneficium statuti, nocet exceptio ex illo orta contra se, & cum per statutum sit inducta ad creditoris beneficium via executiva, & ex eodem sit orta dicta praescriptionis exceptio, aequum est, ut creditor, qui vult dicti statuti beneficio uti, utatur etiam praescriptione ex eodem orta.

Et praescriptionem allegans actionis, non dicit aliquid contra instrumentum, vel ejus vigorem; Imo approbat instrumentum, cum dicat actionem natam, quae non potest esse nata, nisi instrumentum esset verum, & efficax in vigore suo; Non enim excipit probare aliquid contra instrumentum, sed contra negligentem, & sic instrumentum approbatur; dum allegatur actio nata esse praescripta ex negligentia non petentis; Illud enim praescribitur seu perditur, quod est, argum. *l. nam & si, vers. post defectum ff. de injusto testamento, Napodan. in glos. ad consuet. contra instrumentum de jure quartae, Barra obs. 80. cent. 2. num. 17.*

5 Censualis contractus est privilegiatus vigore *dictae Pragm. 1. de censib.* ubi via executiva intentata nulla exceptio reperitur, per quam possit impediri executio tertiarum, sed solum exceptio realis solutionis; *Intrigl. de censib. qu. 15. nu. 5.* ponderando verba *Pragm. in §. 4. v3. Qua executio nullo falsitatis, nullitatis, aut alterius cujusvis exceptionis objectu impediri valeat*; Nam ly *cujusvis* est indefinita, & aequipollet universali, *l. si ita relictum, & l. si plurib. ff. de legat. 2. cum similib.*

Ea propterea contra debitorem citatio expeditur ad dicendum caussam, quare contra eum exequi non debeat, juxta formam *Reg. Pragm.* pro duc. tot a creditore petitis, & debitis ex caussa annui census duc. tot pro capitale duc. tot, *Amend. ad Franch. dec. 173. num. 11.*

Exceptio itaque realis solutionis tantum impedit executionem censualis redditus, ut supra dictum est; Intellige, si de illa ante captionem personae debitoris, vel ejus bonorum judicialem distractionem legitime constiterit authenticis documentis, vel aliis scripturis plenam fidem facientibus, ut ex *Pragm. 1. de censib.* firmarunt *Carav. in rit. 166. Carlev. lib. 1. tit. 3. disp. 16. num. 25.*

Secus post expeditas litteras executoriales, quia non auditur debitor, allegans solutionem factam fuisse ante expeditionem litterarum; audiretur tamen, allegando solutionem factam post litteras executoriales expeditas, *Carav. rit. 128. num. 1. Sanfel. dec. 38. num. 25.* qui loquuntur in obligatione penes acta. Confert *Pragm. 8. de instrum. liquid. §. 5.* sed melius *Pragm. 82. de offic. S.R.C. §. 14.*

6 Census existentia probari potest sine scriptura, *Cenc. de censib. qu. 43. num. 15. & qu. 82. num. 23. & qu. 112. num. 11. Buratt. dec. 46. a num. 2.* & ibi *Ferrentill. num. 19.* quos sequitur, & probat *de Luc. ad de Marin. melior. 102.* rejecto *Gratian. discept. 208. n. 7. Cyriac. contr. 54. n. 10.*

Imo potest probari ex conjecturis, testibus, & aliis adminiculis. Exemplificatur prima conjectura, si dominus census probaret sibi solutas annuas responsiones in praeteritum; quia resultaret praesumptio impositionis validae, *Seraph. dec. 2226. a nu. 1. Cenc. qu. 44. num. 33 de Luc. ubi supr. in fin.* ubi dicit sufficere, si per annos decem solutum sit censuale, prout ad praescribendam obligationem censualis requiri tempus 40. vel 30. annorum, ex *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 13. num. 46. Cencius qu. 43. num. 25. Cancer. var. resol. 3. cap. 1. a n. 188. Grat. ubi supr.*

Universitas, quae solvit tertias per annos viginti, licet non appareat assensus Regius, remanet efficaciter obligata, quia praesumitur Reg. Assensus ex tanto temporis cursu, juxta decretum Regiae Junctae, latum sub die 30. Martii 1615. teste *Franc. de Petris cons. 52. num. 17. Tassan. de antefat. vers. quarto observa. num. 9.* quos citat *Dom. Marad.* & sequitur in sua elaborata *Praxi cap. 4. n. 385.*

Et an census probetur ex simplici assertione facta in instrumento venditionis, rem esse redditutiam, itaut cogi possit emptor ad census solutionem, vide, quae dicemus infra in *seq. cap. 1. n. 9.*

7 Creditor, sicuti tenetur facere debitori apocam solutionis, ita debitor creditori facere tenetur ante apocam, in qua contineatur se solvisse debitum, *l. plures, C. de fid. instrum.*

8 Creditor, qui reperitur in possessione exigendi annuum censum mota lite per debitorem praetendentem non debere, manutenendus est creditor in possessione, seu quasi exigendi, *Sanfel. in prax. sect. 28. num. 5. fol. 120.*

Et in omnibus actionibus personalibus lite pendente manutenendus est in possessione, seu quasi exigendi, *Sanfel. ubi supr. & dec. 312. vol. 2.*

Hoc tamen limitatur, ubi evidenter de injustitia creditoris appareret; ut quia jus resistit, vel quia debitor est tutus aliqua perpetua exceptione in odium creditoris, puta *Vellejani*.

Nam tunc lite pendente, quis esset manutenendus, juxta tradita per *Cancer. lib. 3. resol. 14. nu. 74. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. cap. 17. num. 21. Staib. resol. 175. num. 64.* Et ita mihi testatur *D. Ascanius Gammacorta* sublimis doctrinae, & morum probitatis Advocatus excellens, se patrocinante obtinuisse coram doctissimo, & integerrimo D. Consiliario Brancacio Comm. Patrimonii Ill. Ducis Bisacciae, in banca Mag. Falvi, penes Scribam Curatium, ex *text. in l. qui exceptionem 40. ff. de condit. indebit.* fuit dictum, quod infra quatuor dies audiantur Partes.

9 Censualis contractus habet aliud privilegium vigore

gore *dicta Reg. Pragm.1. de censibus*, ut exequi posit non solum contra principalem debitorem, sed etiam contra tertium possessorem, tam realiter, quam personaliter, nulla discussione facta cum principali, super qua *Pragm. Rovitus* dixit *num.* 10. quod in judicio executivo tantum, non autem in judicio ordinario assistentiæ contra tertios possessores, habet locum dispositio *dictæ Reg. Pragm.*

Et *D. Floridus Mausonius in qu.2. de causs. execut. conclus.2. ampliat.4. sub num.*31. testatur, quod M.C.V. citat debitorem ad solvendum, vel ad dicendum caussam, quare non debet exequi realiter, & personaliter pro summa in instrumento contenta, & deinde relaxat litteras exequutoriales realiter, & personaliter vigore pacti executivi pro summa petita, & expensis.

Sed *Laganarius* increpat contra *Mausonium*, & testatur contrarium servari in M. C. V. ubi numquam personaliter cogitur, nec principalis, nec tertius possessor, & vere ego possum de hoc testari pluries me vidisse in M.C. denegari, quoad actionem de persona; sed vix contra principalem executive agitur realiter tantum, & sic quoad hoc non servatur *d. Pragm.1. de censib.§.4. in judicio civili execut.*

Sed in Curiis inferioribus per Regnum, servatur dispositio *dicta Pragm.* in procedendo contra principalem in judicio executivo civili, realiter, & personaliter; de qua observantia possum ego testari, qui plura officia exercui per Regnum, & sic servatum fuit, etiam retroactis temporibus in Curiis inferioribus, ut testatur *Marott.cap.31. discept.forens.n.*66.

Unde bene nota, quod debitor conventus criminaliter vigore *Ritus M.C.V.* 166. vel obligationis penes acta, vel apocæ Bancalis recognitæ, aut verificatæ, vel litterarum cambii acceptatæ, cogi potest de persona.

Sed in judicio civili executivo cogitur realiter tantum, servata forma juris in Trib. Neap. At in Curiis per Regnum cogitur realiter, & personaliter debitor principalis, etiam quando agitur via executiva civili, tam vigore *Reg. Prag. de cens.* quam vigore pacti.

Contra vero hæredem dicitur, *exequatur realiter tantum in bonis hereditariis*, &c. & ita est notoria praxis hodierna absque ulla controversia.

C A P. II.

De via executiva contra tertium possessorem.

S U M M A R I U M.

Via executiva in quinque casibus exerceri potest contra tertium possessorem, num.1.

Actiones duæ conceduntur contra tertium possessorem, & quæ sint, num.2.

Emens rem cum onere solvendi censum obligatur actione personali ex stipulatu, & executive potest compelli; sed quando realiter, & personaliter, & quando realiter tantum, num.7. *& quando non potest cogi ad censum ex dicta reservatione*, num.3. & 9.

Tertius possessor executive potest conveniri, quando in contractu censuali est pactum de non alienando cum constituto, & precario, & potestate capiendi, quo casu conceditur etiam associatio familiæ absque citatione, num.4.

Et super corpore speciali convenitur tertius, nulla discussione facta cum principali pro tertiis decursis, & quomodo, & quando, num.5. & num.13. & 15.

Tertius possessor rei specialiter subjugatæ pro censu, executive cogi potest, sed contrarium verius, & vigore pacti capiendi propria auctoritate creditori conceditur associatio familiæ absque partis citatione, etiam contra tertium minorem, num.6. *sed contrarium servatur hodie.*

Decisio de Franch. 273. *declaratur*, num.8.

Census an probetur ex assertione per venditorem facta in instrumento, rem esse reddititiam, num.9.

Secus favore Ecclesiæ, num.10.

Emptor pro censibus emphyteuticis decursis, executive cogitur, & assignatur ratio, num.11. *sed vide* num.13. *& seq.*

Via executiva conceditur contra tertium emeutem rem pendente judicio super hypothecaria, num.12.

Actio personalis in rem scripta sequitur rem, & parit actionem realem, & realiter tantum cogi potest tertius possessor, & tam pro censu consignativo, quam emphyteutico; Ordinarie tamen, non executive, num.17.

Quando convenitur, non discusso Principali, & pro censibus decursis, num.13. *& vide*, num.15. & 16.

Tertii possessores, quando pro rata & quando insolidum conveniri possunt pro censibus, num.14.

Via executiva contra tertium possessorem hodie non est in usu in his Triban. Neapolitanis, num.17.

1 Via executiva tertius possessor conveniri potest, in quinque casibus relatis per *Carleval. de judic. exec. lib.1. tit.3. disp.*21. sed in aliquibus executio personalis, & realis conceditur, in aliis sola realis impartitur; Et antequam dictos casus enumeremus

2 Præmitto, quod contra tertium possessorem duæ conceduntur actiones; Una, quæ *realis* dicitur; Altera *personalis*; & actio realis est in totum opposita personali, competens ratione dominii, vel pignoris, vel hypothecæ spectantis ad creditorem super re per tertium possessa.

Actio vero personalis duplex est, una ex stipulatu, respectu solutionis fructuum, vel tertiarum, quæ est mere personalis, & adhæret ossibus personæ obligatæ, & semper sequitur principalem obligatum, & ab ejus persona separari nequit.

Altera dicitur personalis in rem scripta, quæ non sequitur personam, sed rem ipsam censui suppositam; & sic contra possessorem rei; Unde creditor ex caussa census potest semper convenire possessorem fundi pro solutione census, etiam quod per mille manus transeat, *de Marin. lib.1. resol.12. n.5. Affl. dec.95. n.2.*

At ut melius dignoscantur casus, in quibus executive procedi potest contra tertium, scias, quod pri-
3 mus casus, in quo tertius possessor executive compelli potest, & de persona molestari, est quando tertius possessor emit rem cum onere solvendi censum eidem creditori, quia emptor assumendo in se onus dicti census promittit, & se obligat ad illius solutionem, tunc remanet obligatus actione personali ex stipulatu, & hoc expresse firmat *Foller. de censib. num.28. Cencius de cens. p.2. qu.5. num.28. Affl. & Addent. ad Vinc. de Franc. dec.273. num.3.* & conferunt tradita per *Affl. dec.95. num.6.*

4 Secundus casus est, quando debitor census apposuit pactum de non alienando bona in censuali submissa, cum constituto, & precario, & in casu alienationis, posit creditor dicta bona capere; tunc constito per summariam informationem tertium possessorem, caussam habuisse a principali debitore, & præcedente citatione notificata eidem tertio, dictum pactum executivum potest exerceri; modo bona sint specialiter obligata in contractu, *Roder. de annuis redit. lib.2. qu.9. num.59. Vivius dec.226. Felic. de cens. lib.1. cap.10. num.3. Mauson. de caussa exec. ampl.6. num.25.*

Imo volunt tali casu posse conveniri tertium via executiva absque processu, & absque citatione concedi associationem familiæ, quia propter nullitatem alienatio-

nationis dicitur illa res esse in possessione alienantis, ut late *D.Altim.rubr.12.de null.qu.22.n.62.*

Imo ubicumque bona sunt obligata cum constituto, potest agi contra tertium via executiva; firmat dictus *D.Cons.Altim.ubi supr.num.6.* ex *Surd. dec.173. num.ultim. & Aret.cons.25.columu.pen.*

5 Alii tenent, quod etiamsi in instrumento non apponatur clausula de non alienando, quemadmodum re vera non solet apponi, habet executionem paratam contra tertium possessorem rei, specialiter subjugatæ pro censu, & via executiva agitur contra eum, ita dictat *Pragm. 1. §.4. de cens.* & notat *Petrus Gregor. de cens.qu.6.* ex *num.9. & 29. Mastrill.* ex *nu.91. Giurb. dec.22. Foller. in prax. civil. verb. Tamquam res judicat. num.39. Rov. in d.Pragm.1.num.20.* & ita, rejectis contrarium sentientibus, concludit *Carlev.lib.1. tit.3.disp.11.num.5.*

At *Laganarius in addit. ad Rovit. super d. Prag.* dicit, quoad hoc *Pragm.* in praxi non servari, quia contra tertium ordinarie proceditur;& sic servatur hodie, ut in fine hujus capitis latius dicemus.

6 Tertius casus est, quando in instrumento adest pactum executivum, quod creditor possit propria auctoritate possessionem bonorum in specie obligatorum capere, cum clausula *constit. & prec.*; tunc in arbitrio Judicis est, nulla citatione præcedente, vel parte prius citata, juxta doctrinam *Rov. in pragm.1.de conserv.num.3. Aff. dec.326. & Musc. in glos. venduntur num.30.*, quos sequitur *Gullup. cap.2. num.31.* concedere associationem familiæ etiam contra tertium possessorem, inspecta personarum, loci, & temporis qualitate; quæ associatio conceditur etiam contra minorem, absque partis citatione, ex *Surd. cons.271. num.25. lib.2.* & demum etiam contra Ecclesiam, ex *Tiraquell. de constit. possess. p.1. n.43. & Cenc. de cens. p.2. c.2. qu.5. art.5.* ex *num. 13.* & *Mausson. de causs. execut. ampl.6.* ex *num.26.* & vide, quæ latius diximus in *Tit.3. cap.1. de associatione familiæ*, sed vide contrarium *num.17.*

Et pactum executivum resultat ex clausula in instrumento apposita, ut possit exequi more pensionum Civitatis Neap. ut aliqui volunt, quos reprobat *Sanfel. dec.312. num.12. lib.2.* ubi concludit, quod pactum executivum resultat, ex clausula, *cum potestate capiendi*, ex qua clausula executive procedi potest etiam contra tertium,& singularem successorem, quem sequitur *D.Reg.Petr.rit.166.num.10.* post *Coler.de processu executivo cap.5.par.1.*

7 Quartus casus est, cum debitor vendit rem censui specialiter subjugatam, ubi fecit mentionem, sive asseruit esse T. creditori obligatam, hoc casu juxta *decisionem Surdi 32. num. 10.* emptor compelli potest de persona, actione mere personali ex stipulatu; sed magis communis opinio est, quod executive potest compelli ad solvendum realiter tantum, non personaliter; & hic quartus casus differt a primo, nam ibi emptor ultra assertionem in contractu, promisit solvere annuum censum, & emit cum dicto onere solvendi, & ideo tunc potest actione reali, & personali conveniri, at in præsenti facti specie adest sola assertio, sive mentio crediti, sed deficit promissio solutionis, quia emit absque dicto onere solvendi, & ideo sufficit concedere executionem realem tantum; Ita *Mauson. de causs. execut. ampl.6. num. 39. Felician. de censibus tom.1. lib.3.cap.6.num.6.*

8 *Hodieru. ad Surd.* hic impugnat contra *Surd.* & declarat *decis. de Franch. 273.* ubi licet in fine dicat decisum contra emptorem, tamen id fuit ad evitandum circuitum inutilem; ut advertit *Hodier.* qui concludit, nec in bonis executive molestari posse, per *text. singularem in l.2.§. fin. ff. de contrab.empt.* ibi: *Quamvis enim ex lege emerit.*

Ponit limitationes tamen:

Primo ad evitandum circuitum inutilem, ut in casu dictæ *decisionis de Franch.*

Secundo, quando sua sponte emptor solvisset annuos census creditori, quia censetur contraxisse cum dicto creditore, vel approbasse onus in contractu enunciatum, & demum se remittit *dict. Munson. & Giurb dec. 61.* qui late tractat hanc materiam, vide *Petr. rit.166. n.21.Laganar.ad Rovit.in Pragm.1. de censib.*

9 Census enim, vel redditus, verior, & magis communis opinio est, quod non probetur ex assertione, quæ fit per venditorem in instrumento venditionis, rem illam esse reddititiam, vel suppositam annuo censui ad Titium debito, & dicta assertio nil probat, nullamque parit actionem ad effectum, ut emptor ad census solutionem conveniri possit *Staib.tom.2.resol.176.num.57.* ubi citat *Amend. de jur.emphyt.qu.56.num.7.ver.ponit modum, & num.8. de Franch. dec.273. num.1. & 3.* & ratio assignatur, quia dominia rerum non transferuntur per simplices assertiones.

Et ex alia ratione, quia hujusmodi assertiones tamquam verba enunciativa fidem non faciunt in absentis favorem, ut late resolvit *de Marin. lib.1. res.102.* & testatur decisum *Guid. Pap. decis.24.* ubi *Ranchin. & Ferrer. addent. Foller. de censib. in verb. hujusmodi num.98.* per *Text. in l. fin. in fin. ff.de contrab.empt.* & *arg. tex. in c. si Papa de privil. in 6.*

Ideo ultra dictam assertionem debet simul probari, venditorem solvere consuevisse per longum tempus dictum censum enunciatum in venditione, *de Marin. ubi supr. de Amato* post plures alios, quos allegat *lib.1. var.resol.41.num.7.*

Vel debet probari, quod debitor dispositive, & non enunciative ante distractionem asseruit, tenere rem illam sic reddititiam, sive censui subnoxiam parte, vel Notario acceptante.

Vel ubi emptor se obligasset in specie solvere censum creditori præsenti, vel Notario pro eo stipulanti, *de Marin. ubi supr.* & hic est primus casus, de quo sup.

Concluditur ergo, quod emptor non potest cogi solvere censum ex assertione inter venditorem, & emptorem, absente domino census, quam conclusionem probat *de Luca ad dictum Reg. de Marin. melior. 102. & ad Gratian. c.739.num.5.* contra *Cravet. & Cassan.* ibi citatos.

10 Et licet limitet hanc conclusionem favore Ecclesiæ, & piæ caussæ, *Gratian.d.cap.739.* quia verba enunciativa etiam incidenter,& propter aliud emissa probant, & dispositionem inducunt favore Ecclesiæ, & piæ caussæ,& cum *Bart. & Alex.* tenet *Tiraq. de pia caussa privileg.36. Rot.dec.70.num.8.part.2.rec.*

Tamen hoc impugnatur a *Noguerol.alleg.27.Giurb. dec.72.num.29. Hodieru. ad Surd.dec.10. & in addit. ad dec.32. num.4.* ex *Rot. apud Farin.dec.607.num.1. part.1.rec.Canc.tom.1.cap.9. num.16. & tom.3. cap.1. num.29.Cyriac.controv.91.Gait.de credit.cap.2.tit.3. num.241.*

Et dictus *Noguer.* respondet ad *Text.* allegatum per *Tiraq. priv.212.* quod confessio extrajudicialis favore piæ caussæ aliquid plus probat, sed non quod plenam probationem faciat.

Sed quando,& quomodo census probetur conjecturis, diximus superius in *1. cap. hujus Tit. n.6.*

11 Et quod in censu emphyteutico novus emphyteuta teneatur pro censibus decursis ante suam possessionem, etiam si emerit cum pacto, & lege, ne teneretur ad census præteritos, quæ remaneant ad onus venditoris; Nam dicta conventio non valebit in præjudicium Domini directi.

Ideo in Supremis Tribun. Neapolitanis executivo modo potest hic novus emphyteuta conveniri ad evi-

tandum circuitum inutilem, ut decisum apud *Præs. de Franch. d. dec.373. n.5. vers. discussi, Giurb. decis.62. n.26. vers. valet secundo.*

Item, quia proceditur sola facti veritate inspecta, & tantum attenditur, an aliquo modo agenti competat jus.

Vel quia in dictis Tribun. nulla ordinis requiritur excussio, ut late *d. Staib.*

Licet in aliis Regnis distinguunt, ut ibi est videndum.

12 Quintus casus est, quando pendente judicio super hypothecaria, res alienatur in alium tertium, tunc quemadmodum creditori permittebatur via executiva contra principalem, & ad ejus capturam procedere, ita etiam eidem creditori conceditur contra tertium easdem experiri actiones, *de Franch. decis.587. circa modum, vers.quia licet,* ubi alios refert, *Mauson. ampl.6.num.40.*

Et præter hos quinque casus hic enumeratos, nullus tertius possessor, nec singularis successor, potest executive conveniri, quia actio, & obligatio nequit in tertium transire, & personalis actio non conceditur contra illos, *l.1. §. si hæres, ff. ad Trebell.* ubi *Ripa num.2.* fatuos Causidicos appellat, qui viam executivam contra tertios proponunt, *Mart. decis.215.* Et in contractu censuali non posse contra tertium viam executivam, sed hypothecariam, vel Salvianum interdictum, quod nos assistentiam in Regno vocamus, proponi, firmat *Cenc. de censib. part.2. cap.2.art.6.nu.*21. ubi alios allegat, & *art.8. in fin.* ubi asserit contra tales possessores esse formandum libellum, ut vel solvant annuos census, vel dimittant rem censui suppositam, ex *Felic. de censib.tom.1.lib.3.c.6.n.2.*

Quia tertius possessor potest suas proponere exceptiones contra instrumentum, etiam si statutum dicat, quod non possit opponi nulla exceptio, nisi realis solutionis, ut dictant *Ritus hujus Regni, & Pragm. de censibus,* ita firmat *Grass.de except.in prælud.n.249. & 250. & Mans.ampl.6. num. 3. & 22. Amend. ad Franch. decis.273.num.28.* ne forte cogerentur facere depositum, vel carcerarentur, quod dictus *Amend.* advertit esse bene notandum in practica.

Nec obstat auctoritas *Follerii*, & aliorum, qui inmunt in censuali esse concedendam personalem apprehensionem, etiam contra tertium, quia in praxi non est recepta, & aliter servatur, ut *Cenc. ubi supra n.23. & Mans. ubi supr.n.22.*

Nec obstat, quod detur actio personalis in rem scriptam, quia illa de per se sola semper sequitur rem, & actionem realem parit, ut *Rot.Rom.decis.230.Cenc. de censibus part.2.cap.2.quæst.5.art.8.n.3.*

13 Sed adverte, quod *Covarruv. variar. lib.3. cap.6.* tenet

Tertium possessorem corporis censui specialiter subjecti, posse directe pro censu conveniri, nulla prius facta excussione principalis, cum tale corpus quocumque transeat transit affectum onere censuali: *clem.1. hoc tit. colligitur* ex *l. rescripto 6. §.ult. verb. sciendum, ff.de muner. & honorib.Surd.decis.32.num. 15. Valasq. cap.96. num.7. Gamma decis.Lusit.13. & 145.* & in nostra *Pragm.* specialiter constituitur in *vers. non solum*, quod contra tertium possessorem agi possit, principali non discusso, nedum via executiva reali secundum jus commune, verum etiam executiva personali, quod est mirabile, juxta *Rovit.ibid.n.14.* Qui tamen subiicit, executionem personalem contra

Tertium solum concedi pro censibus decursis, quamdiu ipse tertius possederit, pro præteritis autem dari executionem, dumtaxat realem; idipsum confirmatur a *Valasq.loc.cit.& Cusan.super Prag.1.de censib. fol. mihi 46. num.4.* & quoad capturam personalem contra tertium possessorem in judicio executivo tantum, non autem in judicio ordinario assistentiæ, dicit idem *Rovit.* verum *Laganar. in addit. & Marott. discept. for.21. num.66. & Petra rit.166. num.21.* dicunt non servari in M. C. V., confutato *Foller.* aliter sentiente, vide *Laganar. & Marott.*

Sed ut tertius possit pro tertiis prædictis cogi, debent prius esse liquidatæ cum principali, vel hærede, vel Curatore hæreditatis jacentis, ut late dicam in *subsequenti tit. de resciss. contractus, & in 7. tit. de assist.*

14 Tertii possessores omnes conveniri possunt, nedum pro rata, quam possident, sed quilibet ipsorum pro integro censu, & tota summa insolidum, etiam pro illis censibus decursis, antequam bona censui submissa ad eosdem devenerint, dummodo conveniantur judicio hypothecariæ, vel assistentiæ & dummodo res per eundem possessa sit sufficiens ad solvendum, sin autem tertius tenetur dumtaxat relaxare fundum una cum tertiis, & censibus decursis, ita *Mans. ampliat.6. num.45. Cenc.de censib. part.2.cap.2.qu.3.art.8. a n.1. Rovit.pragm.de censib.n.2.& 3. Galt.in 2 secundæ partis, rubr.unica n.38. & 40.* sed nota, quod

15 Tertius, si conveniatur actione personali in rem scripta, tunc ad solvendum tertias, & census decursos a die possessionis bonorum detentorum tantum adstringi poterit, *Surd.decis.204. num.9. & Gabriel. cons.7.num.14. lib.1. Cenc.de censib.part.2. cap.2.qu.5. art.8. & art.9.Mauson.ubi supra num.*13. & ita decisum in M.C.V. refert *de Marin.ad Revert.dec.*362.ipso *de Marin.* referente.

16 Nam pro decursis, antequam ipse cœperat possidere; tunc opus est, ut creditor agat actione hypothecaria, *de Marin. ubi supr.* post *Rovit. in Prag.1.de censib.num.21.* ubi alios citat.

17 Advertit tandem idem *R. de Marin. ibid.* quod licet possit tam Dominus directus census emphyteutici, quam Dominus census consignativi agere contra tertium possessorem pro consecutione annui census decursi, actione illa personali, quæ dicitur in rem scripta, quæ quemlibet comitatur possessorem, *l.3.§.est autem, ff.ad exhibendum, Ursill.ad Afflict.dec.95.n.7.*

Tamen intellige via ordinaria tantum, non autem executiva, ex doctrina *Cenc. part.2. de censib.cap.2. qu.3.art.6.* & in *qu.5.num.8.* & nullatenus permittendum est via executiva agi pro census consecutione adversus tertium possessorem, *Cenc.& Dom.de Marin. ubi supr.* post *Roderic. de ann.reddit.lib.2.qu.9.nu.53. vers. quæ prædiximus, Felician. de censib. lib.3. cap.4. n.6.vers. Quarto infero,* & alii per *Cenc.*citati

Et in his Tribun. Neapolitanis numquam potui obtinere mandatum executivum contra tertium possessorem; & ita hodie sine dubio servatur opinio *Laganar.ad Rovit.super Pragm.de censib. in fin.* ubi concludit, *dictam Prag.* non servari, quoad hoc, nisi in casu, quo copulative tertius possideat rem specialiter subjugatam, & quod fecerit instrumentum recognitionis in favorem creditoris in forma publica, obligans se ad census solutionem, juxta doctrinam *Roderic.de ann.redd.qu.9.n.13*

Finis Quarti Tituli.

QUIN-

QUINTUS TITULUS

De Judicio Executivo Vigore Pacti.

PRÆLUDIUM.

R*Eg. Pragm.* 1. *de censib.* dat privilegium executionis paratæ contractibus censualibus, de quibus in præcedenti IV. Tit. explanavimus Praxim, & quia alii contractus non habent a *Reg. Pragm.* dictum privilegium viæ executivæ, sed per pactum specialiter apponi solitum, executive procedi potest vigore pacti, merito sequitur præsens hic Tit. V. Qui dividitur in duobus Capitibus.

Primum Cap. de Praxi pacti executivi.

II. Cap. de Formulis Judicii executivi.

C A P. I.

De praxi pacti executivi.

S U M M A R I U M.

V*Ia executiva per præcepta, quando potest vigore pacti exerceri*, num. 1.

Pactum executivum, ex quibus clausulis resultet etiam contra tertium possessorem, num. 2. & n. 5.

Exceptio illiquida non impedit viam executivam, nec exceptio requirens altiorem indaginem, num. 3.

Judicium executivum, quomodo incipit, quomodo, & quando expediuntur literæ executoriales, & cur vocatur executivum, & quando via executiva fit ordinaria, num. 4. & num. 18.

Exceptio excussionis quando locum non habet in via executiva, num. 5.

Executive agi potest contra debitorem apud diversos Judices per diversos processus, nec obstat exceptio litis pendentiæ, nec in judicio executivo datur instantia, ideo si justitiam non consequitur coram uno Judice, poterit creditor alium Judicem adire, donec realem executionem consequatur, num. 6.

In judicio executivo fori declinatoria locum non habet, & a M. C. denegatur remissio vassallis Baronum, prout denegatur in liquidatione instrumenti, recognitione apocarum, accusatione obligationis penes acta, & literarum executorialium vigore consuetudinis, num. 7.

Clausula conveniendi in omni Curia, loco, & foro declaratur, num. 8.

Regia Camera Summariæ habet privilegium privativum in suos Ministros, ne ab alio Tribunali cognoscantur, & tamen in judicio executivo intentato in S. R. C. contra Rationalem fuit denegata remissio.

Hodie remissio denegatur in omnibus causis.

Fori declinatoria nec habet locum in judicio hypothecariæ, vel assistentiæ, ubi adsit aliquis privilegiatus fori prorogabilis, & res sit individua, num. 9.

Actor eligens agere via ordinaria, an poterit mutare, & redire ad viam executivam, num. 10. & num. 15.

Actionem mutare, seu variare, & variare modum agendi, est res nimis diversa, & quæ diversitas sit, & quando possit mutari actio; num. 11. & num. 12.

Decisio S. R. C. relata per Marantam disp. 8. *declaratur*, num. 13.

Via executiva tam civilis, quam criminalis in liquidatione instrumenti via Ritus impeditur ob promptuariam probationem, quæ producitur ex probatis in judicio ordinario, num. 14.

Exceptio litis pendentiæ in via executiva non obstat, num. 15.

Clausula in libello, quod per viam ordinariam non censeatur præjudicatum via executiva est utilis, & de aliis clausulis libelli, num. 16.

Clausula in instrumento, ut una via electa, vel uno remedio alio, vel aliud non tollatur, efficit, ut non impediatur via executiva per ordinariam cœpta, num. 17.

Actionum cumulatio, & variatio quando est licita, num. 18.

Via executiva convertitur in ordinariam, quando allegatur solutio, vel alia exceptio, quæ inturbidat viam executivam, num. 19.

Capitula matrimonialia privata data ab utraque parte ad Notarium habent viam executivam. Item debitor confessus judicialiter, num. 20.

1 VIa executiva per præcepta proceditur, quando de pacto constat per instrumentum publicum, licet non sit juratum de facie ad faciem, vel quando ex alia caussa non possit servata forma Ritus liquidari, *Sanfel. in praxi sectione* 28. *num.* 14. *fol.* 120. ex *Text. in l. a divo Pio, §. super rebus, ff. de re judicata*, & ex *Nicosantio in* 4. *part. princ. num.* 23. & exercetur non solum ad instantiam creditoris, sed etiam ejus cessionarii, & contra hæredes debitoris, *Staiban. lib.* 1. *resol.* 84. *n.* 16. *Gizz. ad Latr. decis.* 58.

2 Et ex clausula, *cum potestate capiendi*, pactum executivum in instrumento resultat, *Alex. cons.* 85. *num.* 4. *lib.* 6. etiam contra tertium, & singularem successorem, *Sanfel. decis.* 212. *num.* 14. *lib.* 2. *Gizzias ad Capyc. Latr. decis.* 98. *num.* 2. quos citat, & sequitur doctissimus, & integerrimus *D. Carolus Petra ritu* 166. *num.* 10. *Colerus de processu executivo cap.* 5. *part.* 1. licet aliqui afferant induci ex clausula, quod possit exequi ne re pensionum domus Civitatis Neapolitanæ, quod *Sanfel.* non placuit, ut loco citato, & dixi in *præcedenti Tit.* 4. *cap.* 2. *n.* 6.

3 Via executiva pro summa liquida consequenda non impeditur per exceptiones objectas illiquidas, quæ in termino summario viæ executivæ liquidari non possunt, neque per depositum, nec per fidejussionem de solvendo, neque ratione, quod liquidum continetur simul cum illiquido; nulla enim ratione liquidum per illiquidum potest impediri, quin suam executionem habeat, nisi per solutionem, ut diximus supra. & addo *Coleram de processu executivo part.* 3. *cap.* 1. *num.* 46. *Giurb. decis.* 15. *Text. in l. quidam existimaverunt* 15. *ff. si certum petatur*, & *in l. statuliber rationem* 5. *in princ. ff. de statu liberorum, l. residuum* 5. *C. de distractu pignorum, l.* 5. *Cod. de compensat.* ita *Carlev. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 15. *n.* 2. *Muscatell. lib.* 1. *part.* 3. *glos. actorem num.* 15.

Via executiva non impeditur per exceptiones requirentes altiorem indaginem, & sic neque per nullitates propositas, quæ non constant ex actis, vel per probationes in incontinenti: ita *Carlev. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 16. *num.* 2. *Bart. in l.* 4. *§. condemnationem an.* 2. *ff. de re judicata, Roman. cons.* 76. *nu.* 3. *Affl. decis.* 283. *Vantius de nullitat. tit. quot, & quibus modis nullitas judicio proponatur n.* 32. *Giurb. dec.* 100. *n.* 7.

Et in via executiva numquam admittendæ sunt exceptiones, quæ postulant altiores dilationes, quam substineat via executiva, idem *Carl. dicto tit.* 3. *disput.* 13. *num.* 4. per *Text. in l. hac actione* 3. *§. ibid. ff. ad exhibendum.*

Judicium executivum duplex est; unum criminale, quando criminaliter præsentatur instrumentum, & liquidatur juxta *Ritum* 166. Alterum civile, quando civi-

civiliter præsentatur.

4 Quoad judicium executivum civile expeditur, & incipit a præcepto, per quod mandatur reo, ut intra breve tempus solvat, cum commipatione executionis, quod fit loco mandati de parendo, quam praxim observandam dicit *Colerus de processu executivo in 3. part. cap. 7. num. 1.* & hoc præceptum solet de æquitate repeti semel, aut iterum arbitrio Judicis, quod si reus compareat, allegans legitimas exceptiones, resolvitur præceptum in simplicem citationem, juxta *Tex. in l. nequicquam. 9. § ubi decretum, ff. de officio proconsulis, & legat. Coler. de processib. executivis 1. part. cap. 2. num. 271. Marant. in praxi tit. de sent. num. 27. Affl. decis. 165. num. 4.* sin vero reus, neque comparet, neque solvit obediendo, expediuntur litteræ executoriales, *Carl. lib. 1. tit. 3. disput. 1. num. 26.* & ideo vocatur judicium executivum, quia non continet aliud, nisi executionem; nam Judex non condemnat debitorem vigore pacti, sed viso pacto mandat, quod solvat, & tunc Judex est merus executor voluntatis partium, *D. Carolus de Petra ritu 302. n. 76. & 77. Carleval. de judiciis tom. 1. tit. 3. disput. 3. n. 26.* & post facta bina, vel trina præcepta, expediuntur litteræ executoriales realiter tantum, & fit executio servata forma *l. a Divo Pio, ff. de re judicata,* ut docet *D. Cons. Petra ritu 302. num. 69. Giaz. ad Latr. dec. 58.* & conferunt tradita per *Laganar. ad Rovit. in Prag. 1. de censibus,* & sic passim videmus hodie servari in M.C.V. & S.R.C. ubi nunquam expediuntur litteræ executoriales realiter, & personaliter, sed realiter tantum, servata forma juris, & *num. 5. d. Laganar.* concludit, quod pactum, ut debitor possit de persona capi, non valet, rejectis *Mans. & aliis.*

Judicium enim summarium non requirit ordinem juris, nec est necessaria litis contestatio, *Carl. lib. 1. tit. 2. disp. 4. num. 6.* ubi allegat *Affl. in constit. pacis cultum num. 34.* imo pactum executivum non est caussa, cum non exigat judicium, neque citationem, sed præceptum, ut pareat pacto, in quo convenerunt partes, quæ possunt inscio Judice, & propria auctoritate possessionem ingredi, sed vel ut urbanius agant, vel ut creditores Judicis protectionem habeant, ad evitandas rixas, quæ ex debitoris perfidia contingi solent, *D. Petr. in d. ritu 302. n. 84.*

Præceptum in aliis caussis non fit sine clausula justificata, & quando substinetur sine dicta clausula, vide *Gaill. m in tit. de pace publica cap. 5. lib. 1.*

5 Exceptio excussionis non habet locum, quando proceditur vigore pacti executivi de ingrediendo bona propria auctoritate contra tertium, quia tunc rejicitur, ut ex pluribus adductis firmat *Menoch. de adipiscenda possessione remed. 5. num. 143. & Maranta ubi supr. num. 64.* & superius hic *num. 2.* latius diximus.

6 Judicium executivum est privilegiatum, ut in eo non detur instantia, *Canarius de executione instrumenti qu. 33. num. 71. Affl. dec. 346. ex num. 1. & num. 12. Surdus cons. 542. & num. 11. Mort. de jurisdictione part. 4. casu 177. num. 8.* & per consequens non datur in executivis exceptio litis pendentiæ, *Grat. disceptat. forensium tom. 1. cap. 118. num. 144.* Unde communis DD. doctrina est, ut non obstet viæ executivæ exceptio litis pendentiæ executivæ, cum duæ viæ sint compatibiles, & Actor potest agere executive contra reum debitorem apud diversos Judices, & per diversos processus executivos, adhibitisque diversis remediis, ita *Carleval. lib. 1. tit. 3. disp. 14. ex n. 1.*

Ideo si coram uno Judice justitiam non fuerit consecutus, creditor poterit coram alio paratam habere executionem, nec ei obstabit exceptio litis pendentiæ, dum agitur judicio executivo, *Giurb. dec. 100. num. 16. & dec. 55. Mansor. ampliat. 9. num. 6.*

Et ideo non prohibetur creditor adire plures Judices, donec realem executionem consequatur, cum omnia remedia executiva tendant ad unum finem, & alterum ab altero non impeditur, ratione præjudicii ex diversis sententiis res obstantis, ut fuse *Staibanus lib. 2. cent. 1. observ. 113. num. 63* ex *Gallesio de obligatione Cameral. part. 2. in qu. 7. tertiæ partis, Paulus Rub. dec. 161. num. 5.* Nec in hoc obstabit regula *Text. in l. ubi coeptum, ff. de judiciis,* quia limitatur in judiciis executivis, *Staibanus ubi supr. num. 64. & Surd. cons. 542. n. 11. lib. 4. Cæsar Carena resol. 159. n. 5.*

Nec fori declinatoria habet locum, cum agitur de
7 pacto executivo, *Capyc. Latr. decis. 58. num. 13. Motill. de grad. citat. n. 78. in fine.*

Quo fit, ut si vassallus Baronis conventus sit in M. C. V. vigore pacti executivi, denegetur remissio, tam si petatur ab ipso vassallo, quam ab ipso Barone; ut decisum refert *D. Cons. Petra in ritu 302. num. 71.* contra Ill. Ducem Sermonetæ.

Quam decisionem dictus sapientissimus *Petra,* omnique virtute dotatus convallat, non solum ex pervetusto stylo M. C. quæ numquam consuevit hujusmodi caussas remittere.

Verum etiam ex generali decreto S.R.C. anni 1625. inserto in *Pragm. 82. de officio S.R.C.* quo cavetur, ne Commissarii generales dati a S. C. audeant inhibere M. C. circa pactum executivum; & sic quod interdicitur Curiæ superiori, intensive intelligitur de inferiori, ex identitate rationis, ne ab ea apponetur impedimentum in festinatione pacti executivi, ut late dictus *D. Petra num. 74. & 75.* addit rationem; Quia pactum executivum cum simile censeatur caussæ liquidationis instrumenti, recognitionis apocarum, accusationis obligationis penes acta, & litterarum executorialium vigore consuetudinis, sicuti in prædictis denegatur Baroni petenti remissio, nisi facto prius deposito, vel in vinculis reo constituto & recognitis prius apocis, aut verificatis, juxta decretum quatuor Rotarum, per nos relatum in *cap. de apocis Baccal.* de quo *Sanfel. dec. 154.*

Ita etiam in caso pacti executivi; cum æquiparatorum eadem sit dispositio, ut late dictus *D. m. Petra ubi supr.*

8 Maxime, quando agitur pro solutione censuum decursorum per clausulam *conveniendi in omni Curia, loco, & foro,* quæ indubitanter valet in præjudicium Baronis in contractu censuali, per *Pragm. 1. de censib.* ut disputato artic. concludit *Follerius in practica censuali, vers. & submissiones cuicumque foro num. 30. D. Consil. Petra dict. ritu 302. num. 80.* & quod citatus in M.C.V. vigore pacti executivi in instrumento adjecti non debet remitti ad suum forum competentem, refert decisum *Thorus in compendio decis. part. 3. sect. 3. vers. remissio. fol. 119.*

Et dicta clausula *in omni Curia loco, & foro &c.* intelligitur in quocumque loco idoneo, dummodo Judex non sit incompetens; Ideoque in odium debitoris morosi.

Non enim facto vassalli, sed ipso jure privatur Baro illius caussæ cognitione, *Capibl. Prag. 8. part. 2. num. 143.* ex *tom. 2. qu. 55. num. 16.* qui loquitur in fortiori casu, nempe in judicio ordinario, quod facilius dixisset in executione, ut advertit oculatissimus *D. Petra d. ritu 302. num. 82. in fin.* Unde non obstat, quod idem *Capibl.* antea in *dict. Pragm. 8. part. 4. num. 201.* reliquit dubitandum respectu Baronis petentis remissionem, cum postea in *2. tom. ubi supr.* concludit etiam contra Baronem, sed respectu vassalli petentis, nullum dubium cadit, quod denegatur remissio.

Et in fortiori casu refert decisum idem *D. Petra ibidem num. 83.* contra Rationalem Reg. Cam. conventum in S. R. C. vigore pacti, fuit die 14. Novembris

bris 1662. denegata remissio petita, tam ad instantiam dicti conventi, quam ad Procuratoris instantiam realis patrimonii prætendentis remissionem ex privilegio Reg. Cam. jurisdictionis privative in suos Ministros; Quod privilegium non personæ, sed officio sit concessum, ne a munere suo distraberetur; & tamen in gradu reclamationis fuit confirmatum decretum S. R. C., quod procedatur in S.R.C., petita remissione non obstante, ex rationibus ibi adductis.

Et licet *Scialoya de foro competenti c.8.nu.87.* dicat procedere indubitanter, quando in instrumento est pactum conveniendi in omni Curia, loco, & foro, secus sine dicto pacto.

Tamen in S. C. anno 1669. etiam non existente dicto pacto ad relationem M. C. V. fuit denegata remissio in caussa Rinaldi Beniucasa cum Octavio Buono, ut refert *D.Conf.Altim.in rubr.9. de nullit.qu.28. num.97.*

Et ratio (meo judicio) est clarissima: Quia pactum executivum non est caussa, non enim exigit judicium, neque citationem; Nam inscio Judice, & propria auctoritate possessionem potest ingredi, attento pacto, & conventione in instrumento inita, sed creditor ad evitandas rixas, ut habeat protectionem Judicis, vel ut urbanius agat, implorat brachium Judicis, qui per præceptum mandat debitori, ut pareat pacto; Ubi non requiritur contestatio litis, nec ordo juris, sed tanquam merus executor voluntatis partium, omnis Judex prorogabilis potest hanc meram executionem facere, & suum brachium impartire, & non est quærendum, cur potius ad unum, quam ad alium Judicem accedat pro dicto brachio; Quia in mera executione dicti pacti voluntarii omnis Judex prorogabilis est competens, sicuti omnis serviens cujuscumque Curiæ potest citare, & potest exequi ordines superioris.

„ Hodie, ut jam supra vidimus, cessat hæc remissio
„ in quibuscumque causis; sola enim M. C. procedere
„ debet, ni Officiales alicujus Tribunalis in ipso officio
„ deliquerint, ex *nov. Constit.§.1.n.7.*

9 Neque cum agitur judicio hypothecariæ, vel assistentiæ, & inter conventos adsit aliquis privilegiatus fori prorogabilis, & res sit individua, ne continentia caussæ dividatur, *Motill.ubi supr. & Capyc.decis.122.*

10 Verum ubi quis agere posset via executiva contra suum debitorem & eligit agere via ordinaria, dissonæ reperiuntur *DD.* opiniones.

Aliqui distinguunt, quod ante litis contestationem sit licitum creditori, relicta via ordinaria intentata, ad executivam convolare. Post vero contestationem non licere, quia obstabit exceptio litis pendentis in via ordinaria, *Galter.in 3.part.princ.rubr.repræsentet instrumentum num. 8. Ursill. ad Afflict. decis.326. ex Doctor.recensit. in cons.Dec.146.*

Ante enim contestationem non dicitur judicium fundatum, *Masc.1.part.glos.petitur num 5.* & ideo non solum est licitum mutare modum agendi, sed etiam mutare actiones, & nova capita addere, & novas actiones cumulare, *Muscatell. ubi supra.*

Post vero contestationem non est licitum variare circa mutationem actionis: *Afflict.decis.60.num.2.* & pari modo non debet mutari via agendi, sed contrarium concluditur, ut infra.

Aliqui distinguunt, quod si creditor protestatus fuerit, nolle præjudicari per viam ordinariam intentatam, sed quandoque possit executive procedere, quod tunc per dictam protestationem non impeditur, quin possit creditor ad viam executivam redire, *Muscatell. in part.2.glos. Tribunali in add. extra lit.C. Motill. in gradu cit. num. 86. Mastrill. decis.157, Galeot. lib.2. controv.14.num.13.* & alii per eos allegati, *Giurb.decis.100. num.53.* & sic decisum refert *Concius de censibus art.6.num.39.part.2.cap.2.qu.5.Gallup.part.2.& 3.num.6.*

Alii volunt, quod relicta via ordinaria, potest Actor ad executivam regredi, si tamen reo reficiat expensas litis ordinariæ, *Rebuff.tom.1. in const. Regni tract. de literis & oblig. artic.6. glos.3.nu.7. Guttierez lib.3. pract. qu.39. inter limitationes num.5.Felician. de censib.tom.1.lib.3.cap.2.n.9.*

Alii indistincte tenent, quod in judicio executivo exceptio litis pendentiæ non habet locum, si pendentia est litis similiter executivæ, quia actor potest adhibere diversa remedia contra debitorem per diversos processus executivos apud diversos judices, ut supra dictum est.

At si pendentia est litis ordinariæ, ut quia actor prius elegit viam ordinariam, tunc si velit recedere a dicta via ordinaria cœpta, & redire ad viam executivam, obstabit ei exceptio litis pendentis in via ordinaria.

Et per dictam exceptionem impeditur via executiva, etiamsi fuerit protestatus, ut agendo via ordinaria, non intelligatur præjudicatum viæ executivæ, ita *Gallup.p.2.cap.3.num.6.* & citat *Giurb. dec.100.* & sic decisum refert apud *Concium de censib. art.6. n.29. cap.2.qu.5.*

Et ita quoque si opponitur exceptio, ne caussæ continentia dividatur, *Menoc.b. casu 371. num.25. & Jason, ut ibi*, ex regula, quod Actor eligens remedium ordinarium, videtur renunciasse remedio executivo, & propterea amplius ad executionem devenire non possit, per *Text.in Clem. sæpe de verb.signific.Cavalcan. dec.1.num.15.Valasc.consult.88.num.9.Guttierez.lib.3. qu.39.Monter.dec.Aragon.22. Fontanell. de pactis nuptial. lib.2.in addit.num.24. Mastrill.dec. Sicil.157. per Text. ne qui duos de electione in 6.*

Hanc quæstionem per duodecim argumenta hinc inde adducta, examinavit *Maranta disp.6.* ubi concludit, fuisse decisum in S. Cons. contra actricem, quæ prius intentavit judicium assistentiæ contra debitorem, & postea facta publicatione præsentavit instrumentum criminaliter in M.C.V. juxta *Ritum* 166. & apposita per debitorem litis pendentia civilis in Sac. Cons. fuit dicta exceptio admissa; eamdem decisionem approbat *Borg.Cavalc.in dec.1. num.14. Frecc. in tract. de præsentat. instrum.p.9.qu.9. Gravin. super Bor. & eodem tractatu p.4.declarat.1. Gram.cons.civ. 91.* quos citat, & sequitur *Masc. in glos. Tribunal.p.2. lib.1. in sua additione lit.C. Galter.de liquid. instrum. 3.p.princ.num.8. Surd.dec.92. Giurb.dec.74. num.11. & dec.105.num.5,* & alii relati, & congesti per *D.Cons. Petra ritu 134.num.14.fol.579.Ricc.decis.179.num.5. part.2.Carlev.lib.1.tit.3.disp.14.num.2.Novar.gravam. 311.num.7. tom.1. & q. for.52.p.2. Hodiern.controv. for.19.Revit.Prag.1. de censer.num.4. Coler.de processu exec.3.par. cap.5.* ubi contrarios refellit, & eis respondet.

Alii demum indistincte volunt, quod admittatur variatio etiam post litem contestatam, & quandocumque, & non impediri viam executivam, ob viam ordinariæ cœptam, quia prædicta sunt remedia, quæ tendunt ad eundem finem.

Et qui habet plura remedia, electio unius non præcludit viam ad aliud, *l.1.§.quid ergo, ff.de ventre inspiciendo*, & per *Bart.in l.consentaneum*, cum aliis ibi per eum allegatis.

Adeo quod si coram uno Judice Actor convenire fecit reum ordinarie, & ibi esset oppositum per reum, poterit hoc non obstante coram illo, vel coram alio Judice petere executionem instrumenti, sive obligationis; quod procedit, donec sit judicatum, & sic usque ad sententiam, ut latissime substinet *Staib. cent.2. tom.2. resol.13.num.17.* ubi innumeros allegat, & in

obser-

observatione ad dictam resolut. 113. *num.* 17. relatis prius contrariam sententiam tenentibus, demum concludit ad confirmationem dictæ suæ opinionis, quod per electionem remedii ordinarii non prohibeatur Actor agere via executiva; & ultra Auctores in d. resolutione citatos, addit, sic tenuisse *Colerum de process.execut.p.1.c.8.n.*47. & decisum referre *Gayll.pract. observ.lib.*1. *observ.*60.*num.*4. *Cavall.qu.*815. *num.*22. & sic in praxi observatur, rejectis contrarium tenentibus, prout ego obtinui in M. C. V. in caussa Mariæ Moctulæ Laurini Piagenarum, contra Mag. Joseph de Vita Civitatis Caputatii anno 1698. ad relationem Dom. Petri Æmilii Guasco Judicis d. M. C. veterani, & in ejus explendis muneribus, summa cum laude omnino versati. Processus est in banca Mag. Antonii de Amato, penes Scribam Alexandrum Bovem.

Et quod post litem contestatam in judicio ordinario prohibitum non sit executivum instituere remedium, & præsertim in Supremis Curiis, in quibus sola facti veritate inspecta proceditur, concludit *Reg. de Marinis ad Revert. dec.*173. *in fin.* post *Merlin. ibi citatum in cent.*2. *cap.*97. *Musc. in glos. servata p.* 3. *lib.*2.*num.*33. & latius *D.Cons.Petra sup.cit. ritu* 134. *num.*14. ubi plures *Doctores* congerit, & plures rationes assignat; Primo, quia via ordinaria, & executiva non sunt inter se contrariæ, licet sunt diversæ, & ad idem tendunt, & proinde electione unius non fit alteri præjudicium, ex doctrina *Noguerol, tom.*1.*alleg. jurium* 4. *num.*16.

Secundo, quia Procuratores, sive Advocati imperiti judicium ordinarium inchoantes, ubi executive erat procedendum, non possunt principali præjudicare, ut notavit *Cavall. commun. contra communes tom.*3.*cap.*85.*num.*40. ex *Text. cum gl. in l. sed & si, §.fin.ff. quod cum eo.*

Tertio, quia in Regno nostro Neap. per Capitulum, *Detestantes*, & per *Ritum M. C. V.* 288. judicatur simpliciter sola facti veritate inspecta, nulla habita ratione de defectu ordinis judiciorum, ut advertit *Merlin. cent.*2. *cap.*97. *num.* 14. *& cap.* 27. *d. cent.*2. *num.*34.

Quarto, quia agens in via ordinaria, ideo agit, ut possit ad executionem venire, ergo minime subaudiri poterit, esse renunciatum executioni, ut notavit *Rebuff. art.*6. *glos.*3. *a num.* 7. *vers. nec refragatur in tract. de litteris, & obligat. ad Constitutionem Galliæ*, quas rationes approbat *D.Cons.Petra d.ritu* 134. *n.*16. *fol.*580.

11 Quinto demum alia ratio assignatur a dicto *Rebuff. loc. citat.* quod diversum est variare actionem, & diversum est variare modum agendi.

Nam per *Text. in l. quod in herede, §. eligere, ff. de tributoria actione*, Jurisconsultus prohibet una actione electa ad aliam convolare, & hæc non est materia hic pertinens, ut advertit *Musc, in glos. servata p.* 3. *lib.*2. *num.*32.

12 Nam hic non mutatur actio, sed mutatur modus agendi, quod longe diversum est; Quia competit via activa, sive ordinaria; & executiva, sive extraordinaria; tunc per unius electionem, & inchoationem alia non amittitur, *Musc.ubi supr. & D.Cons.Petr.loc. cit.* per *Text. in l. miles, §. qui judicati, & l.*4.*§. si ex conventione, ff.de re judicata:*

13 Nec obstat decisio Sac. Cons. per *Marantam* relata in *disput.*6. aliaque argumenta, & jura ibi adducta, nam in casu illius disputationis bene fuit decisum, quia testes ibi erant publicati, per quos erat probatus metus, & vis illius contractus, per quas probationes in promptu productas inturbidatur liquiditas instrumenti, & via executiva convertitur in ordinariam.

14 Et est regula generalis, quod si in ultimo peremptorio, & in actu liquidationis debitor aliquam probationem in promptu produxerit, nascentem ex probatis, & productis in judicio ordinario, impeditur liquidatio, & via executiva convertitur in ordinariam, *Musc.ubi supr.Carlev.lib.*1.*tit.*2.*disput.*8.*n.*36.*Graz.ad Latr.dec.*58.*n.*4.

15 Concluditur itaque, quod secundum hanc posteriorem opinionem non obstat exceptio litis pendentis, etiam post litem contestatam.

Sed ante contestationem *Musc.* discrepat, quia non adhuc dicitur fundatum judicium.

16 Maxime si adest protestatio, quod per viam ordinariam non censeatur præjudicatum viæ executivæ.

17 Et quando in instrumento est clausula, ut *una via electa*, vel *uno remedio, alia*, vel *aliud non tollatur*, prout solet in Regno sæpius dicta clausula adhiberi, certe non impeditur via executiva per ordinariam cœptam, *Petra d. ritu* 134.*n.*13.

18 Et dum superius tetigimus materiam variandi actiones, licet non pertineat hic dicta materia, tamen ne remaneat sic confusa, nolo omittere, quod ante contestationem litis possunt etiam mutari actiones, & alia nova cumulari, vel variari. Post vero contestationem non licet, quando actio nova est penitus diversa a prima, & ita intelligendus est *Text. & DD.* negantes variationem, & cumulationem actionum, ut est casus decisus apud *Affl.dec.*60.

At quando nova descendunt a primis, & non sunt omnino diversa; tunc Judex supplebit, & pronunciabit super illis, ut sunt casus *decis. Affl.*23. 83. *&* 372. ut late *Musc.in glos. petitur par.*1.*n.*54.

Et regula, quod post litem contestatam variatio, seu mutatio non admittitur in judicio particulari, limitant *DD.* pluribus aliis modis.

Primo, quando in libello, vel supplicatione adest clausula, *omni meliori modo*, maxime quando ponitur cum copula, *&*, vz., *isto, & omni alio meliori modo*.

Etenim tunc comprehendit alios modos non expressos, *Staib.cent.*2.*observ.*113.*num.*42.*tom.*2. ex doctrina *Cavall.q.*815.*num.*14.*Ricc.coll.*879. *effectu* 5. *Marta de claus. claus.*84.*num* 5.*par.*1. ubi plures decisiones Rotæ refert, *Capyc. Latro dec.* 120. *num.*25. & alii ibi.

Secundo, quando in libello adest clausula. *Jus, & justitiam ministrari*, tunc possunt contineri remedia ad invicem repugnantia, *Staib. ubi supr. num.*46. ex *Grat. cons.*156.*vol.*2. *Gabr. comm.conclus.lib* 6. *tit. de claus.concl.*4. *num.*5. & idem *Capyc. Latro d. dec.*120. *num.*25.

Tertio, quando non per viam emendationis libelli, sed per novam petitionem actor ageret, tunc non dicitur mutatio primi libelli, sed ex ea nova actio deducta, *Staib. ubi supr. num.*50. ex *Facchin.controv. jur. lib.*11. *cap.*94. *in fine*, relati per *Capyc.Latr.d.dec.*120. *num.*25. & late *Paul.Rub.in dec. Rotæ Rom.num.*18.*& seq. lib.*2.

Quarto limitatur in Curiis Supremis, in quibus tam in prima, quam in secunda instantia admittitur variatio, *Staib.ubi sup.num.*53 *ex Boer. dec.*41. *num.*14. *lib.*1.*Cavall.qu.*805.*num.*20.*Latro dicta dec.*120. *n.*29. & in specie in Sac. Reg. Cons. tenet dictus *Staib.* esse admittendam variationem actionis Actori, ut in *dicta observat.resol.*113.*n.*57.

Quinto, & ultimo in arbitrium Judicis remittitur totum, ut dictus *Reg.Latr.* substinet, & plures allegat, *d.dec.*120.*num.*30. quem sequitur dictus *Staiban. ubi supr.num.*54.

19 Pactum itaque executivum in instrumento petens exequi, fit debitori præceptum de solvendo cum comminatione executionis, ut dixi superius; Verum si debitor allegat solutionem, vel compensationem, aut alias exceptiones legitimas contra obligationem,

reco-

recedi solet a via executiva, & providetur, quod infra tres, vel quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis, & ex via executiva fit ordinaria *Carlev.lib.1.tit.2.disp.8.n.39.*

20 Sunt & alii casus, in quibus per præcepta executiva proceditur contra debitorem, licet non sit obligatus per instrumentum publicum, nec vigore pacti, ut est debitor ex capitulis matrimonialibus traditis ab utraque parte ad Notarium pro illis conservandis, quamvis sint capitula privata, & non stipulata per actum publicum. Item in debitore confesso judicialiter; & aliis, de quibus non est hic locus opportunus, sed dicemus in sequenti secunda specie judiciorum vigore variarum scripturarum, & in tertia specie judiciorum sine scripturis, dum hic agitur de prima specie judiciorum vigore publici instrumenti.

C A P. II.

De Formulis Judicii executivi civilis.

S U M M A R I U M.

Libelli Form. in judicio executivo, num.1.
Decreti Form. sive præceptum de solvendo, n.2.
Advertentia procedendi per præcepta intra districtum Civitatis, & extra, num.3.
Præceptum secundum in via executiva, num.4.
Præceptum tertium in via executiva, num.5.
Differentia, quando in præcepto dicitur, alias providebitur, quod exequatur, & quando dicitur, alias exequatur, num.6.
„ *Sublatus usus expediendi tria præcepta, & duo*
„ *tantummodo præscripta ex nov. C nstit.*
Praxis procedendi in contumaciam per præcepta, n.7.
Litterarum executorialium form. in judicio executivo per præcepta, num.8.

Formula Libelli in judicio executivo pro tertiis vigore Reg.Pragm. de censib.

1 NElla G. C. della Vicaria compare Rocco de Marco cessionario di Lucrezia Auriemma donataria della qu. Teresa Auriemma sua sorella, e dice, come essendo creditore in annui carlini 27. e mezo per capitale di doc. 55. d'Antonio Jaccarino della Città di Sorrento, il quale richiesto più volte, ha mancato di pagarli dieci annate, che importano doc.27. e mezo, salvo però miglior calcolo, ed offerendo di bonificare ogni legittimo pagamento, che apparirà, unica solutione contentus; Perciò ricorre in essa G. C., e presentando in promptu, così l'istromento del debito, come della donazione, e cessione predetta, fa istanza colla via effectiva vigore pacti, & Reg. Prag. de censib. summarie, & de plano astringersi detto Antonio a pagarli detti doc.27. e mezo decorsi, e continuare in futurum detta annualità, e per detta summa spedirseli le lettere effectoriali, & interim sequestrarsi li piggioni, e casa sita in detta Città di Sorrento, per residuo del prezzo della quale detto Antonio è debitore in detta summa, protestandosi di tutti danni, spese, ed interessi, in questo, ed in ogni altro meglior modo, &c.

Die 28. Mensis Maii 1701. Neapoli.

2 Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. doml, &c. Visis retroscripta comparitione, ac instrumento crediti, fuit provisum, & decretum, quod Antonius Jaccarino Civitatis Surrenti in biduo solvat in beneficium retroscripti exponentis retroscriptas pecuniarum quantitates, debitas pro annatis decursis vigore instrumenti prædicti, & pacti executivi in eo adjecti, alias providebitur, quod exequatur, & expediantur provisiones in forma, hoc suum, &c.

Biscardus.
Mayonus Scriba.

3 Hic nota, quod expediuntur provisiones cum inferta forma decreti, quando debitor citandus degit extra locum judicii, si vero degit intra Civitatem, vel in Suburbiis, aut casalibus, sive intra districtum Civitatis, tunc non fiunt provisiones, sed fit copia decreti, & intimatur personaliter, vel domi, quo decreto intimato elapso biduo, sive compareat, sive non

Interponitur alterum decretum tenoris v3.

Die 10. mensis Junii 1701. Neap.

4 Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. doml &c. provisum est, quod prædictus Antonius Jaccatino conventus in alio biduo servata forma alterius decreti cum effectu solvat in beneficium Rocci de Marco, petitas pecuniarum quantitates debitas vigore instrumenti in actis præsentati, alias providebitur, quod exequatur, hoc suum, & intimetur.

Biscardus.
Mayonus Scriba.

Die 14. mensis Julii 1701. Neap.

5 Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. Visis actis, ac retroscripta comparitione, fuit provisum, & decretum, quod Antonius Jaccarino conventus, pro executione decretorum interpositorum sub diebus 28. Maii fol.1. & 11. mensis Junii proximi præteriti fol.11. cum effectu in alio biduo præcise, & peremptorie solvat in beneficium comparentis petitos ducatos 27. pro totidem debitis pro annatis decursis vigore instrumenti, & pacti executivi in eo adjecti, alias exequatur &c. hoc suum, & intimetur.

6 Hic nota, quod est in arbitrium Judicis facere duo, vel tria præcepta; at si vult facere duo; tunc in secundo præcepto dicat, *alias exequatur*, si vult facere tria, tunc in secundo præcepto dicat, *alias providebitur quod exequatur*.

Verum facto præcepto, quod solvat, alias exequatur; tunc elapso biduo, fit decretum, ex quo debitor non curavit in termino solvere servata forma decretorum sub die T & sub die T. exequatur realiter tantum, servata forma juris, & expediantur litteræ executoriales pro ducat. tot debitis ex caussa tertiarum vigore instrumenti, & pacti executivi, & consignentur.

Hoc ultimum decretum non intimatur. Verum quando debitor est nobilis, solet circumspectus Judex in calce litterarum executorialium addere, ut prius ostendantur.

„ Recepta praxis in foro apud omnes Judices erat mo-
„ nere semper debitorem per trina præcepta, ante ex-
„ peditionem literarum executorialium; nunc vero o-
„ mnino vetatur ex *nov. Constit. §.1.num.x1.* plus quam
„ bina decreta interponere; adeout in secundo addi de-
„ bet clausula *præcise, & peremptorie*; adversus quod
„ non admittitur amplius comparitio contrarii imperii
„ (quæ tamen competit post primum) sed tantum sup-
„ plicatio de V. F. in Aula; vel in S. R. C., si agitur de
„ decreto facto, aut domi, aut per M. C. V. ab aliquo ex
„ Judicibus ejusdem M.C.V.

7 Cum alia advertentia, quod si debitor degit extra locum Judicii, & non respondet, accusantur contumaciæ, & deinde fit secundum præceptum eodem modo, prout superius, solum superadditur ibi, *alias exequatur, & in contumaciam*, hoc suum, &c.

Tunc hoc decretum non intimatur contumaci, sed lapso biduo fit ultimum decretum, ex quo non curavit solvere, servata forma decretorum sub die T. & die T. exequatur in contumaciam contra [illegible] tantum, servata forma juris, & exp[illegible]

executoriales in forma, & consignentur, hoc suum, &c.

Dixi, quando citatus degit extra locum, & districtum Judicii; nam si degit in districtu intra Civitatem, vel in Casalibus, tunc non potest procedi in contumaciam, sed intimantur semper praecepta.

Form. litterarum executorialium pro tertiis.

Philippus V. Dei Gratia Rex.

18 D.Marianna Sinforosa, &c.Quibusvis Alguzeriis, & Servientibus tam dictæ M. C. quam aliarum quarumvis Curiarum insolidum dicimus, & regia auctoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem Rocci de Marco, sive &c. exequatur realiter tantum, contra, & adversus Antonium Jaccarino pro ducatis 27. cum dimidio per ipsum debitis pro tot annatis decursis vigore instrumenti in actis præsentati, & pacti executivi in eo adjecti, stante quod per plura decreta sibi notificata non curavit solvere summam prædictam, & denique stante altero decreto, hodie subscripto die ordinatum fuit, quod stante lapsu termini, expediantur, & consignentur litteræ executoriales, ut ex actis, & facta executione prædicta ponatur penes tutum tertium, ibidem &c. donec &c. exequatur etiam pro aliis carolenis duodecim pro præsentium expeditione, Magn. Secretario, Sigillo, vestroque justo, & competenti salario, alias &c. Datum Neapoli die 22. mensis, &c.

Finis Quinti Tituli.

SEXTUS TITULUS

De Rescissione Contractus.

PRÆLUDIUM.

EXpedita Praxi agendi via executiva tam criminaliter, quam civiliter; restat tradenda Praxis rescindendi contractus, ut possit creditor a debitore suo moroso, vel aliter deficiente repetere capitale; quæ sors demortua dicitur, vel repetere fundum ab emphyteuta ob Canonem non solutum, vel ob alium caducitatis casum, & in quocumque casu rescissionis, ubi contractus rescinditur.

Quem Titulum divisimus in 3. Capita, v3.

Primum Cap. de Pacto, & casibus rescissoriis.

II. Cap. De Praxi rescindendi contractum.

III. Cap. De formulis rescissionis contractus emphyteutici, & aliorum contractuum.

C A P. I.

De Pacto, & Casibus Rescissoriis.

S U M M A R I U M.

CEnsus dividitur in tres species, emphytenticus, præservativus, & consignativus, & qui sunt? num.1.

Contractus annuorum introituum est vetus contractus nominatus emptionis, & venditionis, in quo non datur penitentia, & resolvitur, sicut resolvuntur contractus innominati, num.2.

Pactum restituendi capitale infra terminum annorum tot, est invalidum, num.3.

Pacta rescissoria in instrumento censuali an valida sint? dubitarunt aliqui DD., imo negarunt; sed in Regno procul dubio sunt valida, adeout si omittantur a Notario, censentur apposita, num.4.

Dominus directus habet electionem, vel petendi caducitatem ob canonem non solutum, vel petendi census decursos, sed per electionem unius perditur electio alterius; sed in Regno contrarium est decisum per S.Reg. Cons. & concluditur, quod tam in censu emphiteutico, quam consignativo, per electionem rescissionis non censentur remissæ tertiæ debitæ, num.6.

Pactum rescissorium est illicitum in censu vitalitio, & ad quam rationem pro centum est licitum, num.7.

Pacta rescissoria quot, & quæ sint, num.8.

Moræ purgatio admittitur in omnibus casibus rescissoriis, num.9.

Creditor instrumentum potest liquidare via ritus criminaliter, vel civiliter rescindere, & sortem repetere, quando in instrumento asseritur rem census suppositam esse francam, & deinde detegatur alteri obligata, cum declarationibus, & limitationibus; & quomodo debitori succurratur, num.10.

Pacta rescisseria in contractu emphyteutico de natura emphyteusis sunt tria, & quæ sint, late declarantur, num.11.

Emphyteusis Ecclesiæ potest concedi ad tertiam generationem, & in perpetuum, sed in dubio censetur ad tertiam generationem tantum, num.12.

Personæ prohibitæ, quibus emphyteuta non potest vendere, etiam post lapsum terminum bimestris, concessum domino directo ad consentiendum, quæ sint, num.13.

Emphyteusis, quando est transmissibilis ad Monasterium, & fiscum, & alias manus mortuas, tenetur infra annum illam rem vendere idoneo; & extra manus mortuas ponere, & dominus infra biennium declarare suum consensum, num.14.

Emphyteusis quando durante vita Monaci transit ad Monasterium, num.15.

Emphyteusis, quando dicitur transire in manus mortuas, num.16. & 21.

Lis refertur, quæ patrocinatur per U.J. Doctorem Franciscum Riccio Pepoli Auctoris filium in beneficium Dominæ Principissæ Sancti Martini, (quæ cum ejus sorore, & viro laudatur) cum Monte Verecundorum, num. 17.

Emphyteuticus contractus præsumitur, quando a partibus ita denominatur, licet non constet de origine, num.18.

Laudemii solutio facit præsumere emphyteusim, licet non constet de origine, num.19. & num.33.

Laudemium debetur in venditione subhasta, num.20.

Mons Pauperum erubescentium, & omnis locus, qui per Administratores regitur, dicitur manus mortua, & debet obligari ad solven dum quindennia, & cogitur ponere extra suas manus, d.num.16. n.21. & 22.

Laudemium, & Quindennium sunt fructus directi dominii, d. num.22.

De-

Decisio refertur facta inter Ill. Dominam Principissam Sancti Martini, & Montem Verecundiorum, ut ponat emphyteusim extra suas manus, cum duabus aliis decisionibus consimilibus, num. 23. *ubi laudatur*

Ill. Marchio Dom. D. Carolus Rosa.

Dom. D. Blasius Altimari.

Dom. D. Carolus Cito.

Dom. D. Jo: Baptista Ravascherius.

Dom. D. Dominicus Alvarez Escalera.

Pactum affrancandi pro se, & suis hæredibus, & successoribus facit extinguere emphyteusim, & transferre utrumque dominium utile, & directum, & adeo reputatur contractus venditionis, ut non excludat vicinum a jure congrui, num. 24.

U. J. D. D. Franciscus Vitalis laudatur, num. 25.

Pacto redimendi non obstante debetur laudemium, & competit prælatio domino directo in alienatione, & in caducitate incurritur, exceptis duobus casibus tantum, num. 26.

Pactum affrancandi quando potest exerceri post caducitatem, & post prælationem petitam a Domino, num. 27.

Directus Dominus habet omnes prærogativas directi dominii, donec exerceatur pactum affrancandi, imo pactum affrancandi extinguitur ob caducitatem, vel prælationem, num. 28.

Pactum affrancandi in emphyteusi, quando est reale, & quando personale, & quando non transit ad successorem, declaratur, num. 29.

Pactum redimendi ad beneficium hæredum, & successorum, quando singulari successori non juvat, nu. 30.

Legatum factum alicui, & successoribus, quando universali tantum successori intelligitur, num. 31.

Emens rem a Principe pro se, & suis hæredibus cum exemptionibus, exemptio ad singularem successorem non transit, num. 32.

Census ex quibus conjecturis præsumatur emphyteuticus, quando non constat de origine, num. 33.

Illustriss. Episcopus Verde laudatur.

Census, de quo non constat origo, nec constat per conjecturas, tunc in dubio præsumitur censualis, & non emphyteuticus, num. 34.

Census semper emphyteuticus præsumitur in favorem Ecclesiæ secundum unam opinionem, quæ secundum alteram opinionem non est vera, remissive, num. 35.

Census in dubio pro una Ecclesia contra aliam absque dubio censetur potius censualis, quam emphyteuticus, num. 36.

Census non solum præsumitur in dubio potius censualis, quam emphyteuticus, sed præsumitur redimibilis, & non reservativus, num. 37.

Laudemii solutio ad quemnam spectet, num. 38.

Emphyteuta novus tenetur se obligare ad beneficium directi domini de facie ad faciem, num. 39.

1 PRo clariori hujus primi capitis explanatione, præmittendum est, quod tres species census constituuntur a Doctoribus, relicto multiplici illius significatu. Prima species est census emphyteutici, ubi rem meam in alium transfero cum utili tantum dominio, remanente directo penes me, cum jure percipiendi aliquid in pecunia, vel fructibus singulis annis, & contractus libellarius licet proprie fit ad tempus 29. annorum, ut late *Speluncam. in forma instrumenti locationis ad libellum*, *fol.* 132. ex *auth. ingressi, C. de Sacros. Eccl.* tamen continetur in contractu emphyteutico, *D. Altim. qu.* 18. *rubr.* 1. *part.* 2. *nu.* 234. *de null. contract.*

Secunda species est census reservativi, ubi rem meam alteri concedo cum pleno dominio directo, & utili, reservato tantum mihi certo annuo reddito percipiendo.

Tertia species est census consignativi, ubi aliquis vendit mihi annuum censum consequendum ex fructibus alicujus certæ rei stabilis, consignato per me ei pretio capitali dictæ venditionis factæ, *Laganar. ad Rovit. in Pragm. de censib. in princip. D. Altim. rubric.* 1. *part.* 2. *qu.* 19. *de null. contract. n.* 219.

2 Hic itaque contractus annuorum introituum est verus contractus emptionis, & venditionis, *Canonistæ omnes in cap. in Civit. de usuris, de Franch. decis.* 254. *n.* 10.

Unde cum sit contractus nominatus non datur locus pœnitentiæ, nec poterit agere adimplens, ut resolvatur contractus, & restituatur pretium capitale, sed solum potest agere adimplens, ut ab altero quoque contractus adimpleatur in promissa solutione annua, *Tex. in l. in civile* 12. *C. de rei vendic. Jason in l. si pecunia* 5. *num.* 12. *ff. de condit. caus. dat. l. sicut, C. de obligation. & action.*

Nam pœnitentia datur in contractibus innominatis tantum.

3 Quo fit, ut censualis contractus ita celebratus, ut remaneat debitor obligatus ad restituendum capitale intra certum tempus, puta duorum, vel trium annorum, & interim ad solvendas tertias ad rationem sex, vel septem pro centena 110, ex omnium sententia est usurarius, reprobatus, & invalidus, ita *Carlev. lib.* 1. *de judicio executivo tit.* 3. *disp.* 8. *sect.* 4. *n.* 84.

4 Hinc dubitarunt *DD.* an validum sit pactum rescissorium in instrumento censuali, sive resolutivum, quod ob non solutionem annuorum censuum, sive tertiarum, vel ob alienationem corporis, super quo census est constitutus, vel in aliis casibus rescissoriis, possit sors repeti, cum illa pro demortua habeatur, ut dicit *Gutierez pract. qu. lib.* 2. *qu.* 172. *n.* 4.

Negavit *Roderic. de annuis redditibus lib.* 2. *qu.* 1. *nu.* 4. & in specie per Bullam *Pii V.* prohibetur repetitio sortis.

Alii voluerunt posse repeti sortem ad finem tantum, ut emantur alii introitus pro securitate census, & non aliter, & sic pactum rescissorium ponatur, ut in casu solutionis possit creditor sortem repetere ad finem se assecurandi, & per dictam verborum conceptionem validum sit, & non aliter; quia si verba sonarent, ut restituatur sors simpliciter, tunc etiam in terminis Bullæ *Papæ Nicolai* contractus esset usurarius.

Sed his non obstantibus in Regno nostro sine dubio pacta rescissoria valent, quia Bulla *Pii V.* non est recepta in Regno; & aliis omissis sine dubio praxim receptam esse in hoc Regno, concludunt Dominus *Reg. Petr. tit.* 166. *num.* 15. ex *Mastrill. decis.* 95. *Paschal. de virib. Patriæ potestatis part.* 2. *cap.* 9. *sub num.* 10. *Apicell. de tutam. Paup. tit.* 2. *sub num.* 41. *Prat. Tapp.* & alii ibi, quibus addo *de Marin. resol.* 163. *num.* 5. *lib.* 2. & *resol.* 195. *lib.* 1. *num.* 15. & 66.

5 Unde creditor census consignativi habet duo remedia, scilicet petere tertias decursas, & rescindere contractum pro repetitione sortis, ita tamen ut per electionem rescissionis contractus non censeantur remissæ tertiæ debitæ, sed rescissio petitur; *Rovit. cons.* 37. *num.* 8. ubi refert sic quoque fuisse judicatum in contractu emphyteutico per S. C. pro Jo: Augustino Garappo contra particulares Monopolis; nam fuerunt declarata devoluta bona ob non solutionem Canonis, & fuerunt quoque possessores condemnati ad census præteritos usque ad litem contestatam, & deinde in antea ad fructus perceptos, rejecta opinione Doctorum tenentium, quod Dominus directus, licet habeat duo remedia, nempe aut dejicere emphyteutam, petendo rem devolutam, aut pensionem petere, tamen electione unius, alterum tollatur, ut in §. *si vero qui: locutor in Auth. de alien. & emphyt.* & sic petendo caducitatem, non possit exi-

gere canonem, juxta tradita per *glos. in ver. repellere circa medium, vers. item triennio, C. de Jur. emphyt.* Nam hæc *glos.* non est accepta in Regno, ubi viget dicta praxis petendi utrumque, ut supra, sortem, & tertias.

6 Adeo vero hæc praxis in Regno recepta est, ut si in instrumento pacta rescissoria, quæ per Notarios Regni solita, & consueta solent apponi, non apponantur, habentur pro appositis, itaut contractus rescindi possit in casu non solutionis tertiarum, & est communis opinio, ut docet *Reg. Petra* vir semper laudandus, in *ritu* 176. ex auct. *Trentacinq. cons. 59. nu. 5. lib. 1. Thoro vota 60. num. 21. & voto 64. nu. 138. part. 1. & vot. 35. par. 2.* & late *de Marin. loc. cit.* omnino videndus, quicquid de hoc dubitet *Cyprius ad Capyc. Latra decis. 105. num. 10.*

7 In censibus vero vitalitiis licitum non est pactum rescissorium, idem Dominus *Petr. d. rit. 166. num. 16.* ex *Rovit. in Pragm. 2. de censib. num. 4. Thor. in supplem. compendii verb. Instrumentum liquidari an possit*, & proinde rescissio in contractu vitalitio practicari non potest, ex rationibus adductis per *Reg. de Marin. lib. 1. resolut. 306.* rejectis *Reg. de Ponte cons. 41. lib. 2. Reg. Tapp. decis. 25. Riccio resolut. 92. part. 3. Molfes. cons. 8.* affirmantibus posse rescindi contractum vitalitium.

Quæ conclusio est intelligenda, quando annualitas excedit decem pro centenario, nam si non excedit dictam summam, pactum rescissionis apponi posse, concludit idem *de Marin.*

Item quando creditor esset multum senex, etiam si exigeret ad rationem quatuordecim pro centenario, ad quam rationem hodie in hoc Regno redacta est, nam prohibetur ultra quatuordecim pro centenario, & si ad majorem summam fuerit conventa, ad quatuordecim pro centenario moderatur per Sacr. Cons., *de Luca ad. de Marin. dict. resol. 306. num. 3.* neque est licitum contractum rescindere propter alienationem rei subjectæ censui, quia pretium in censu vitalitio datur, ut perdatur, & nunquam repetatur, quia ipsa annualitas extinguit sortem, *de Luc. ibid. num. 6.*

8 Pacta rescissoria, quæ frequentius apponuntur per Notarios in contractu census consignativi, sunt sex, & additur septimus, ut infra.

Primo, ut possit instrumentum rescindi in casu, quo debitor defecerit a promissa solutione tertiarum tempore præfixo, scilicet per duas tertias continuas, vel per duos semestres, vel per annum unum, & mensem unum, vel duos, prout in instrumento fuerit conventum.

Secundo in casu nullitatis contractus, ex quocumque capite.

Tertio, in casu evictionis, quæ forte sequeretur ann. introituum in toto, vel in parte ex quavis caussa.

Quarto, in casu assertionis non veræ factæ in contractu.

Quinto, in casu venditionis, vel alienationis fundi censuarii in toto, vel in parte.

Sexto, In casu inobservantiæ cujuslibet ex contentis in contractu. Quæ pacta in Regno nostro sunt in viridi observantia; *D. Alexan. de null. contract. rub. 1. p. 2. qu. 23. num. 218.*

Septimo, in casu ratificationis non secutæ, ubi per alium ratificandus erit contractus, & tunc instrumentum censuale potest pro sorte rescindi ob ratificationem non secutam, in executionem pacti, *D. Cons. Petra rit. 166. num. 83. fol. 34.* ex *Thor. vot. 84. num. 160. par. 1. Marta decis. 98. num. 9. Cenc. decis. 129. num. 5. & dec. 130. num. 2.*

9 Verum potest purgari mora, ut late *de Marin. lib. 1. resol. 167. num. 13.* & excusatur, si mortuus sit ille, pro quo de rato promisit, ante, tamen moram contractam, secus post contractam moram, *Ietrigl. sing. 37. lib. 2.* citatus a *D. Carol. Petr. rit. 166. num. 31. fol. 34.* sicuti in omnibus aliis casibus rescissoriis admittitur moræ purgatio, de qua latius dicemus in *sequenti Cap.*

10 Dixi in quarto casu assertionis non veræ, & in quinto casu alienationis in toto, vel in parte corporis subjugati.

Nam si venditor asserat rem censui suppositam esse francam, cum deinde detegetur fuisse alteri obnoxiam, vel si detegatur fuisse deinde alienatam rem, tunc in utroque casu vigore pacti rescissorii in instrumento adjecti, creditor potest instrumentum via ritus criminaliter præsentare, vel civiliter rescindere, & sortem repetere, *Rovitus in Pragm. 1. de cens. Apicell. & Thor.* relati a *Reg. de Marin. lib. 1. resolut. 195. nu. 2.* ubi tamen idem *de Marin.* contra prædictos resolvit, distinguendo tres casus.

Primus, si nihil fuit in instrumento dictum, quod res esset libera, nec pactum rescissorium esset appositum in casu assertionis non veræ, tunc creditor agere potest civiliter ad interesse quanto minoris nomen illud valet, propter defectum pignoris, sive corporis subjugati, & subjugando aliud corpus liberatur, nec tali casu potest criminaliter præsentari, nec rescindi.

Secundus casus est, quando asserit rem francam, nullo pacto rescissorio apposito in casu assertionis non veræ, tunc contractus resolvi nec potest, si res sufficeret utrique creditori, vel aliud subjugare licitum est.

Tertius casus, quando franca asseritur, & expresse ponitur pactum rescissorium in casu assertionis non veræ, tunc in tantum poterit instrumentum via ritus liquidari, vel civiliter rescindi, in quantum alterum ex duobus concurrat, nempe quod pignus utrique creditori non sufficiat, vel quando constaret, quod alias emptor non esset empturus, si scivisset rem subjugatam censui non esse francam, quod tamen in dubio non præsumitur, sed expresse debet constare, & tunc procedit *textus in l. emptio 11. §. si quis Virginem, ff. de act. empt.*

Et sic quoties poterit consuli indemnitati emptoris per subrogationem alterius corporis, semper rescissio purgatur, *Merlinus lib. 4. de pignor. q. 154. num. 45. de Luca ad de Marinis melior. 195. num. 4. & Dominus de Alexio ad Nicolinum fol. 227. num. 195.* ubi dicit in Regno, attenta Bulla *Nicolai*, dum non est recepta Bulla *Pii V.*, sufficere corpus etiam insufficiens subjugari, dummodo adsit obligatio generalis aliorum bonorum pro securitate, ex *Molfes. cons. 1. n. 16. tom. 1.*

Sed cave a *Molanensi ibidem allegato*, dicente, quod sufficiat subjugatio generalis bonorum, & a dicta opinione *Molfes.* quæ poterat esse vera ante Bullam *Gregorii XIII.*, nam hodie, nec unum nec aliud subsistit, ut dixi superius *Tit. 1. de prax. liqu. instrum. cap. 17. nu. 16.* nam per Bullam *Nicolai* inserta in *Pragm. de cens.* permittebatur censum imponi sub generali obligatione absque ullo speciali corpore subjugato, sed deinde per Bullam *Gregorii XIII.* confirmatur dicta Bulla *Nicolai* illud addendo, ut in census emptione, vel venditione unius, vel plurium rerum certarum, super qua, vel quibus census constituatur, expresse, & deinde si voluerit, omnium bonorum in genere mentio fiat, ut advertit *Conversan. in annot. ad Ietrigliol. ad hanc Pragm. qu. 35. lit. A.* ubi *lit. B.* notabiliter subjungit, quod si certa res censui subjugata non sit adeo frugifera, ut sufficiat ad solvendum census, contractus erit usurarius, quamvis alia bona generaliter subjugata essent sufficientia, quia periculum nunquam esset emptoris, sed venditoris, quod tole-

rabi-

randum non est inter inter Catholicos.

11 Pacta vero rescissoria in contractu emphyteutico solita, & de natura contractus sunt tria, sive in tribus casibus rescissio fieri potest, etiam quod de his nihil fuerit conventum, sed per pacta possunt esse plura alia.

Primo in casu canonis non soluti per triennium, ubi directus dominus est persona privata, *l.2.C.de jure emphyteutico*: Et per biennium, ubi est Ecclesia, *c.potuit de locatis, auth.qui rem, C.de Sacros. Eccl.*

Secundo, ob alienationem irrequisito Domino factam, nam emphyteuta potest jus suum vendere, vel non, secundum tenorem pactorum; cessante autem super hoc pacto, dominus est requirendus, an velit emere pro tali pretio, quod ab alio invenitur, & expectandus est per duos menses, & si non vult emere, sed consentire, debet pro consensu investituræ novi emphyteutæ habere quinquagesimam; & si non vult emere, nec consentire, licitum est emphyteutæ post duos menses jura vendere personæ non prohibitæ, & si aliter, vel alii vendat, quam liceat, sua jura perdit, *l.fin.C.de jure emphyteut.* ubi in rubrica, sive summario sunt suprascripta formalia verba, ut supra.

Et neque potest subemphyteuticare, neque ad longum tempus locare, *Sabell.in §.emphyteusis num.45. in fine*, ex *Caball.cons.173.lib.1.* quia ex locatione ad longum tempus transfertur utile dominium, & per hoc incidit in commissum, *Dom.Alt.de nullitate contractuum rub.1.par.2.qu.18.num.71. & 470. & 477. Andreol. controv.90. num.2. Fulginas de jure emphyt. tit.de alien.qu.1.num.75.Gobius consult.105.num.35.* & quia est species alienationis; *Dom.Altim. ibid.* post *Reg.de Marin.lib.1.cap.341.num.10.*

Neque potest locare ad vitam locantis, vel conducentis absque consensu Domini, quia dicta locatio dicitur ad longum tempus, imo dicitur perpetua, nisi in casu, quo conductor esset ætatis, ut juxta computum *l. hæreditatum, ff. ad legem falcidiam*, non præsumeretur vivere longo tempore, scilicet decem annorum, *Dom. Cons. Altimar. in supradicto suo eleganti, & copioso tractatu de nullitatibus*, semper præ manibus ab omnibus habendo, *loc. supr. citat. num.*80.ex *Pacion.c.4.a num.24. Rocc. Respons.77.lib.1.*cum aliis ibi.

Tertio, ob deteriorationem rei, quia *emphyteumata* Græce significat meliorationes, & concessio in emphyteusim dicitur concessio ad meliorandum, *DD. in l.2.& fin.C.de jure emphyt.* Quo fit, ut etiam si non adsit pactum meliorandi, tacite intelligitur, quod emphyteuta sit obligatus meliorare, & in casu deteriorationis, vel malæ culturæ, privari debeat jure suo, ex *tex.in l.quaro, §. Inter locatorem, ff.de locato & conducto, Specularius in forma instrumenti locationis factæ a privato fol.134. vers. quaro, & Auth. Qui rem hujusmodi, C. de Sacrosanctis Eccles. & c.fin. extra de locato, & conducto, Speluncan. in instrumento locationis facto ab Abb. vers. fin. Ulterius quaro fol. 132.D.Altim. d.rubr.1.par.2. qu.18. num.34. de null. contract.*

Sed deterioratio debet esse gravis, & non levis, *Illustris.Episc.Verde in Instit.tit. de locato num.2556. D.Altim.in rub.1.part.2.qu.18.num.442. de nullitatibus contractuum.*

Sunt, & alii casus caducitatis, seu rescissionis, nempe ob mortem civilem, ob renunciationem, ob tempus finitum, & ob lineam finitam, & ob alia, de quibus late *Corbul. de emphyt.*

12 Et quando emphyteusis Ecclesiæ fuisset concessa, non in perpetuum, sed usque ad tertiam generationem; nam utroque modo fieri posse non dubitatur, nam in perpetuum fit, per *text. in §. licentia, auth. de alien. & emphyt.*

Et antea poterat fieri solum ad tertiam generationem, prout regulariter fit ab omnibus Ecclesiis, per *tex.§.emphyteusis, auth.de non alien., & per aut. qui text.* secundum aliquos videtur correctus per dictum *tex.in §.licentia*, sed non est correctus, solum est aperta via, ut possit etiam in perpetuum concedi ab Ecclesia, *de Marinis resolut. 99. num.14. lib.1. & de Luca ibid.*

In dubio vero præsumitur ad tertiam generationem emphyteusis Ecclesiæ; nam laica præsumitur perpetua in dubio, si non constat de usu, & consuetudine concedentis, *D.Altim. rubr.1. p.2. qu.18. nu.241.de null.contr.& Fulgin.tit.de consuet. emphyt. q.12.num.1.Menoch.lib.2. præs.100. in fin. Mantic. lib. 22.de tacit.tit.5.num.3.ad* 15.

13 Hic unum adverto, quod a nemine vidi sic clare explicatum, dum in supradicto *Summario legis finalis, C. de jure emphyt.* legitur, quod post duos menses, si dominus directus nolit consentire, nec emere, sit licitum vendere, personis tamen non prohibitis, alias emphyteuta cadat a jure suo, & in *text.* leguntur, ibi: *Vendere iis tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari*, ubi nota, quod non dicit *personis vetatis*, sed *quæ solent vetari*, itaque sensus erit, quod dictæ personæ licet non sint in contractu expresse prohibitæ. intelligitur prohibitio facta a lege; & inferius, ibi; *Vel si jus emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad solvendum.*

Unde investigandum erit, quæ sint istæ personæ prohibitæ, & solitæ vetari, & quæ sint personæ concessæ, & idoneæ ad solvendum, dum *additio ad Glos.* dicit ibi *litt.B.* secundum *Bart.Bald.Salicetum,& Jasonem* contineri in *l.Curialis, & l.milites, & l.licet, & auth. quibuscumque de Sacrosanctis Ecclesiis, l.dudum de contrahenda empt.* ex qua *glos.& Auctoribus*, concludit *Clarus in §.emphyteusis qu.22.* ut potentiores, & omnes illi, qui sunt magis privilegiati, intelliguntur dictæ personæ tacite prohibitæ de natura emphyteusis, ut sunt Clerici, Curiales, milites, & similes difficilis exactionis, sed *Celsus Hugo antiquus Auctor in tom.* 1. *de arte Notariatus in instrumento dationis in emphyteusim fol.60.ater.* concludit personas solitas prohiberi, comprehendi sub hoc pacto, videlicet: *Et expectato termino duorum mensium, illoque elapso, liceat dicto conductori, & suis successoribus ut supra, illud vendere, cui, & quibus voluerit, dum tamen alicui Magnati, Ecclesia, vel loco religioso, Clericis, Hospitalitiis, etiam quantumcumque prophanis, vel Religiosis, Societati, Universitati, Collegio, vel Congregationi, Communitati, Comiti, aut quovis alio titulo, Officiolibus alicujus loci communis, spiritualem, vel temporalem jurisdictionem habentibus, nullatenus vendere, seu alio titulo tradere possit, nec etiam in ultima voluntate relinquere, seu aliquo alio modo alienare.*

Pulchra quidem est hujusmodi cautela, & ex hoc Auctore disce, quæ sunt personæ solitæ vetari in emphyteusim.

14 Et quando emphyteusis esset concessa absque expressa prohibitione alienandi, sed cum clausulis prægnantibus, *pro se, hæredibus, & successoribus*, & quibus dederit, vel cum illa clausula, *ad habendum, tenendum, & quidquid, &c.* tunc res sit transmissibilis ad quoscumque, etiam ad Monasterium, & Fiscum; tenentur tamen infra annum illam rem vendere alteri idoneo, & dominus infra biennium declarare, an velit, quod remaneat penes Ecclesiam, vel Fiscum, ne conditio directi domini fiat deterior propter laudemia, & alia, quæ perderet Dominus directus, *Dom.Altim. d.rub.1.par.2. qu.18. de nullitate contra-*

ctus num.156. ex *Franchis decis.659. Card.de Luca de emphyt.disc.*28.& aliis ibi citatis.

15 Verum durante vita Monaci transit ad Monasterium, quando emphyteusis etiam Ecclesiæ esset transitoria ad quoscumque hæredes, *Dom. Altim. ubi supr.*

16 Et dum res debet reponi extra manus mortuas, sciendum est, quod tunc dicitur transire ad manus mortuas, quando emphyteusis transit ad Ecclesiam, Fiscum, Communitatem, & omnem locum, qui regitur per Administratores; nam sicut homo mortuus nunquam amplius mori potest, ita Communitas, quæ numquam mori potest, dicitur manus mortua, quia si unus administrator, vel omnes moriuntur, communitas nunquam moritur, & proinde dicitur etiam manus perpetua, quia perpetuo non moritur.

Et dum hæc scribo, vertitur lis super quadam domo cum Jardeno per Montem Pauperum erubescentium subhasta S.R.C.empta, reddititia in annuis ducatis viginti Ill.Dominæ Principissæ Sancti Martini, ac Ducissæ Belforti D. Joannæ de Januario, necnon D. Isabellæ de Januario Sororibus hæredibus qu. D. Horatii Sorrentini ex persona Ill.qu.D.Pompei de Januario olim Ducis Belforti earum patris; Matronis quidem ex omni parte dignis, tum ex morum probitate, tum ex nobilium gestorum tractu. Sufficit enim pro earum laude, quod sint de illa nobilissima familia, quæ descendit a Divo Januario, & quod gaudeant in Sedili Portus hujus fidelissimæ Civitatis, ac dicta Domina Principissa sit dignissima uxor Domini D. Nicolai de Januario Principis Sancti Martini, qui cum sit ex eadem familia, omnia connaturalia habent in se pietatis, ac veræ nobilitatis opera; Quarum jura patrocinatur U. J. D. *Franciscus Riccius Pepoli* meus filius, in qua caussa cum sint excitata nonnulla juris dubia, operæ pretium duxi, hic transcribere v3.

17 Essendosi proceduto alla relazione de' creditori del qu. Angelo Izzolo, fra gli altri fu riferito primo loco l'Ill.Principessa di S.Martino D.Giovanna di Gennaro, e D. Isabella di Gennaro sorelle, eredi del qu.D.Orazio Sorrentini in annui duc. 20. di censo enfiteotico sopra una casa, e giardino di detto qu. Izzolo sita a Santa Maria a Parete, *fol.*214.

Si procedè poi alla vendita di detta casa subhasta S. R. C. e restò ad estinto di candela a beneficio del Monte de' Poveri Vergognosi per prezzo di ducati 2105. *fol.*231.

Nell'anno poi 1667. a 13. Agosto per parte di detta Ill.Principessa, e D. Isabella di Gennaro si diede supplica, domandando formiter la devoluzione di detta casa, come venduta senza assenso del diretto Padrone. Ed in caso contrario gradatim, conditionaliter, & successive si fè istanza, obbligarsi ogni 15. anni pagar lo laudemio, che i Dottori chiamano quindennio, e ponerla fuori delle sue mani, acciocchè non resti in mano morta, *fol.* 365.

E perchè si è opposto non esser censo enfiteotico, datosi termine in caussa, *fol.*379. quello di già si è compilato, *a fol.*384. *ad fol.*422.

Dovendosi dunque procedere all'espedizione di detta causa.

Non si può difficultare, che detta casa, e giardino non siano sottoposti a due censi enfiteotici, che si devono.

Uno di doc.9. come costa dall' istromento per mano di Notar Francesco Antonio Ferraro a' 10. Marzo 1653. *fol.*423.

L'altro d'annui doc. 11. come costa dall'istromento della compra, che fe Angelo Izzolo da Carlo, ed altri di Erricolo col peso di detto censo nell' anno 1636. a' 24. Maggio, come per istromento per mano di Not. Pietro Ciampone di Nap. *fol.*372.

18 Nel quale istromento per speciale convenzione detto Izzolo compratore, si obbligò continuare il pagamento di detto censo enfiteotico di detti annui docati 11., come si legge *fol.*373. *lit.A.*

E perciò non può dubitarsi, che non sia censo enfiteotico, giacchè espressamente così è stato dalle Parti nominato; nam talis præsumitur contractus, qualis a partibus denominatur, licet non constet de origine, *Cardin. de Luca disc.*31. & 34. *Reg.Latro dec.*120. *Hodiern. ad Surd. dec.*198. *num.*5. ed altri citati, e seguito dal savissimo, e degnissimo Regio Consigliero Sign. *D.Biagio Altomari nel bellissimo trattato de null. contr. rub.*1.*p.*2.*q.*18.*n.*310.

Ed in effetto costa, che così ha continuato, come dalla partita di Banco di S. Giacomo nell'anno 1668. *fol.*150. E l' altra del medesimo Banco nell'anno 1681. nella quale si enuncia la sodisfazione di tutto il passato, ut *fol.*49.

E nell' anno 1695. del denaro pervenuto lo deposito dalla vendita di detta casa furono liberate le restanti annate per lo complimento, *fol.*341. *at.*

Nel qual decreto di liberazione furono riservate le ragioni a dette Sig. di Gennaro per lo detto laudemio, e spese.

19 E per maggior chiarezza si porta, che nell' anno 1655. essendo stata venduta detta casa, e giardino a detto Angelo Izzolo, pagò il laudemio, come costa dalla ricevuta fatta dal qu. Gio: Angelo Sofanna nell' istromento stipulato per mano di Not. Giuseppe Porcile di Napoli a' 5. Gennaro 1669. tra detto Izzolo, e Francesco di Stefano Tutore di Giuseppe, e Costanza Sofanna, eredi del detto q. Gio: Angelo, e Carlo Sofanna, coll' intervento di detto Orazio Sorrentino, dove si fa la quietanza anco di tutti li censi attrassati, *fol.*425. e quando appare essersi pagato laudemio, cessa ogni difficoltà, che sia enfiteusi, *Rota dec.*400. *nu.*8. *p.*4.*rec.Mantica de tacit.lib.*22.*tit.*3.*n.*15.

20 E che detto laudemio si debbia, quantunque la roba sia venduta subhasta, e che in tal caso competa la prelazione al padrone diretto, non si dubita nel nostro Regno, essendosi così sempre praticato nel Supremo Tribunale del S. C. *de Franch. e suoi Addenti alla dec.* 277. *Sanfel.dec.*103.

21 Nè tampoco vi è difficoltà, che detto Monte de' Poveri Vergognosi debbia obbligarsi di pagare ogni 15. anni detto laudemio, che i Dott. chiamano Quindennio, conforme conclude il *Reggente de Marin. al lib.*1. *resol.*235. *num.*19. doppo *Riccio alla dec.*10. *inter omissas post Prax.* e così deciso per la *Rot. dec.*280. *p.*1.*recent.* Ed assegnano la ragione i Dottori, perchè quando passa la roba in mano morta, come sono Chiese, Università, Monti, ed in ogni luogo, che s'amministra da Amministratori, perchè l' amministratore non succede jure hæreditario, e per la morte degli Amministratori non si estingue, nè si devolve mai la roba, ed attenta l'impossibilità della devoluzione, e che detti beni non più si possono alienare regolarmente; perciò si è introdotto di pagarsi detto quindennio, acciochè non restasse inutile il dominio diretto al Padrone del censo, secondo le ponderazioni fatte da *Marino Freccia* riferito dal *Reg. de Marin. all' osserv. a Revert.* 403. *num.*7. & *de Luca a detto Reg. de Marin. resol.* 235. *lib.*3.

Overo costringersi a ponere detta casa, e giardino fuori delle sue mani, acciocchè non resti inutile il dominio diretto al padrone del censo, come conclude *Capone alla controv.*30. e particolarmente, che così per consuetudine siasi sempre osservato in questo nostro Regno di Napoli, lo dice al *num.*26. con *Riccio* alla *resol.*623.*nu.*8., e sta deciso presso il *Presid. de Franch. decis.*659. e detto *Capon.* al *nu.*22. dice, che *non solum*

ex

ex pacto, sed etiam ex dispositione juris debetur quindenium, ut refert quoque *Novar. 2. tom. Bullarum fol.456. col.2. de Marinis tom.1.resol.234.*

22 Nè giova alla Parte dire, che detto Monte de' Poveri Vergognosi non sia luogo Ecclesiastico, ma laicale: Poichè dicono li Dottori, che sono mani morte tutti quei luoghi, o Ecclesiastici, o Secolari, li quali non muorono mai, siccome un morto non può più altra volta morire, così detti luoghi si stimano morti, perchè non mai muojono, benchè i loro Amministratori morir possono, e sogliono, come nella *dec.* 26. della *Rota par.17. recent.* e dopo *Marescott. lib.3. var. c.3.* lo dice *d. Capon.* alla *d. controv.* 30. *num.*14. dove esemplifica del modo sequente. *Sic Collegium, Civitas, & Universitas; & quodcumque corpus Ecclesiasticum, vel Sæculare dicitur manus mortua.* E nel *n.*20. dice: *Cum manus mortua non pereat, nec habent defectus linea, & sic etiam ne privetur laudemio.*

Onde il Monte de' Poveri Vergognosi, che si governa da Amministratori, indifficoltabilmente si dice mano morta, perchè quantunque i suoi Amministratori muojano, non può mai detto Monte morire, nè finisce mai la sua linea, o discendenza.

E se volemo dire, come altri dicono, che la Chiesa si chiami mano morta, come lo stesso *Capon. al num.*21. dice: *Quia ut plurimum Ecclesia non volunt bona prædicta in alium transferre, & volunt potius illa bona retinere apud se; Propterea introducta est praxis, ut habito respectu ad damnum, & incommoda, quæ ex hoc directus Dominus sentiret &c. Nam laudemium, & quindennium sunt fructus directi dominis, & dominus directus contra omnem justitiam spoliaretur jure suo, &c.*

L' istessa ragione milita nel Monte de' Poveri Vergognosi, che regolarmente non vende i stabili pervenuti in suo dominio. Di modo che per ogni verso indifficoltabilmente detto Monte de' Poveri Vergognosi, come mano morta è tenuto ad una delle due, o obligarsi per detti quindennj, o ponere la roba extra manus suas.

Cætera suppleat, &c.

U.J.D. Franciscus Riccius Pepoli.

23 Unde ad relationem doctissimi, & non ordinaria commendatione digni Ill. Domini Marchionis Villæ Rosæ, Regii Consiliarii, & caussæ Commissarii D.Caroli Antonii de Rosa fuit provisum sub die 1. Julii 1702. *Mag. Gubernatores Montis Pauperum Erubescentium pro domo, & jardeno in actis deducta solvant laudemium, & in futurum quindennia in beneficium Ill. Principissæ Sancti Martini, & D.Isabella de Januario ejus sororis, pro quibus gubernatorio nomine se obligent, vel infra quadraginta dies prædictam domum ponant extra manus suas; sed in manus alterius personæ, auditis d. Ill. Principissa, & D.Isabella, salva provisione facienda contra Actorem laudatum pro parte dictorum Gubernatorum, pro qua partes informent. In Banca Fortunati, penes Scribam Petrum Romanum.*

In qua decisione intervenerunt Regius Consil.Dom. Blasius Altimarus, Dom. D. Carolus Cito, Dom. D.Jo: Baptista Ravascherius, & Dom. D.Dominicus Alvarez Escalera, viri quidem in jurisprudentia consumatissimi, omnique eruditione, & integritate magnopere præditi.

Et quia pro parte dicti Montis adversus dictam sententiam fuit adducta supplicatio de verbo faciendo loco restitutionis in integrum; Nunc pendet dictum verbum faciendum.

At in simili caussa ad beneficium Abatiæ S. Mariæ Realis Valle contra eumdem Montem Erubescentium, ac Montem Misericordiæ fuit idem decisum in dicto S.Reg.Cons. ad relationem Regii Consil. Dom. D.Petri Antonii Ciavarri viri in Jurisprudentia, & in omni scientiarum genere præstantissimi, in eadem Banca Fortunati, penes Scribam Gaetanum Baguolo; Et sic habitum fuit pro vero, quod dictus Mons Erubescentium licet non sit Ecclesiasticus, censeatur manus mortua, & proinde non dubitatur dictam sententiam fore confirmandam ad beneficium dictæ Ill. Dominæ Principissæ Sancti Martini, D. Joannæ, ac D.Isabellæ de Januario Sororum.

Et consimilis decisio ad beneficium ejusdem Abatiæ contra hanc nobilissimam Civitatem Neap. apud *de Franch. dec.* 559. ubi habetur, quod non tenetur Dominus directus consentire in manus mortuas, sive perpetuas, ut est Civitas.

Aliud dubium noviter fuit excitatum in dicta caussa inter dictam Ill. Principissam Sancti Martini, & Montem Verecundorum, dum in instrumento concessionis factæ per qu.Carolum Susanna ad beneficium qu. Angeli Izzolo anni 1653. quod prius erat præsentatum inter cætera, deinde exarata copia integra, repertum est, adesse pactum affrancandi, sub his verbis v3.

24 *Et quamquam census dictorum annuorum ducatorum novem de natura emphyteutica sit inaffrancabilis, tamen volens dictus Carolus quo supra nomine, & insolidum gratiose agere, & contractare cum dicto Angelo, promisit, & convenit solemni stipulatione per speciale pactum dicto Angelo, quod ubicumque, nulla data temporis præscriptione, dictus Angelus, & ejus heredes, & successores in solidum redimere, & affrancare voluerint a dict. Carolo, & Jo: Angelo, & eorum heredibus, & successoribus dictum censum, & solvere ducatos centum quinquaginta, teneantur eo casu dictus Carolus, & Jo: Angelus, & eorum heredes, & successores affrancare, &c.*

Cujus pacti vigore prætenditur ex parte Montis Verecundorum præsumi redimibilis, etiam alter census ducatorum undecim super eadem domo, & non teneri ad laudemium, nec ad quindennia, nec ad caducitatem, quia per dictam potestatem affrancandi resolvitur, sive extinguitur emphyteusis, & convertitur in contractum veræ emptionis, & venditionis cum translatione utriusque dominii, tam utilis, quam directi; nam potestas affrancandi repugnat contractui emphyteusis, quia penes concedentem non remanet directum dominium, quod censetur venditum habita fide de pretio, stante potestate affrancandi, & adeo reputatur contractus venditionis, ut non excludat vicinum a jure congrui, ut decisum refert *de Franch. decis.*391. Imo in *decis.*267. directus dominus fuit exclusus a prælatione, attento dicto pacto affrancandi, prout latius *Hodiern. contr.*1. *num.*7.

Et Doctores, qui hanc opinionem tenuerunt, habes locis citatis apud *Hodiern. & de Franch.* ubi *de Luc.* & *Addentes*, & alios congerit *D.Altim. rubr.*1. *par.*1. *q.*18. *nu.*81. ubi videtur in hac opinione residere cum *Gob. consult.*11. *num.*9. *& consult.*14. *nu.*23. *& consult.*140. *num.*47. *Merl. decis.*210. *num.*67. & aliis ibi citatis pro dicta opinione.

25 Sed contra ejusmodi, & alias opiniones noviter factas calamum arripuit U.J.D. Dom. Franciscus Vitalis perspicacissimi ingenii juvenis, & magnæ expectationis, & spei, qui elegantissimam allegationem fecit pro jure Dominæ Principissæ, quam hic non transcribo, dum lis adhuc sub Judice pendet, sed duo substantialia motiva non relinquam ab Allegatione dicti Domini mei transcribere.

26 Primum motivum, quia his supra relatis non obstantibus contraria semper æquior, & receptior sententia mihi videtur amplectenda, quod, dicto pacto redimendi non obstante, debeatur laudemium, *Amat. resol.*73. *de Luc. ad Franch. dec.*610. *n.*7.

Et

Et quod pactum affrancandi non eximit emphyteutam a caducitate, *Prat.discept.43.num.34.tom.4.* præsertim ex alio pacto incursa, *Gob.consult.91.n.9.*

Et quod competat prælatio domino directo in alienatione, *Capon.discept.132.num.27. Fulgin.tit. de alienat.qu.1.n.5. Rot.dec.397. part.4.rec.tom.1. de Franch. dec.*610. ubi *de Luc.* defendit ab impugnatione *Regentis Marcigni decis.* 37. facta contra *dictam decis. de Franch.* & strenue ei respondet *Hodiern. ad Surd.decis.* 30. & late in *dict. controv.*1. ubi a *num.*22. confutat, & rejicit contrariam sententiam superius relatam, & concludit in duobus tantum casibus procedere pri-
27 mam opinionem; Primo, ubi potestas redimendi esset concessa post intervallum, & in instrumento separato.

Secundo, ubi quis rem alicui venderet, & ab eodem emptore ipse venditor in emphyteusim acciperet cum pacto affrancandi, & utroque casu poterit emphyteuta exercere dictam potestatem, etiam post devolutionem.

28 Secus in causa, ubi qui concedit, non emit, sed rem propriam concedit in emphyteusim, cum dicto pacto redimendi; Tunc enim si in commissum caderet emphyteuta ob Canonem non solutum, vel ob alienationem irrequisito domino factam, & in aliis casibus caducitatis ante reemptionem, directus dominus habet omnes prærogativas directi dominii. Ideoque donec affrancatur, non censetur extinctum directum dominium, quod adhuc penes se retinet, & potest jura directa exercere, petendo caducitatem, vel prælationem in re alienata, vel laudemium si consentit, & ob caducitatem, vel prælationem extinguitur pactum affrancandi, quia rescisso, & resoluto contractu, censentur resoluta omnia alia in contractu contenta. & ob distractum secutum, non amplius emphyteuta habet utile dominium, nec habet contractum pro se, nec potestatem illam redimendi, quæ per distractum evanuit, *de Luc. ad Franch. dict. decis.* 610. *Hodiern. dict. controv.1. num.*61. *Prat. discept.43. tom.2. num.* 34. *& D.Altim. in d. rubr.1. part.2. qu.*18. *n.*438. hoc idem concludit cum *add. ad Decium cons.*153. *& ad Alex. cons.*228. Ideo licet antea *num.*81. videatur inclinare cum prima opinione, tamen dum posterius in *n.*438. concludit cum hac ultima æquiori opinione, videtur hæc ultima esse attendenda, & illa prima reprobanda.

Unde ex traditis supra, tam in *num.*20. quam in *num.* 26. sine dubio competit prælatio Dominæ Principissæ, ejusque sorori pro eodem pretio, quo subhasta emit dictus Mons, juxta supplicem libellum nuper a dicto Doctore *Francisco Riccio Pepoli* meo filio pro parte dictarum Dominarum porrectum: Nec dubitari poterit, quod sit intra terminum duorum mensium, juxta *l.fin.Cod.de Jur. emphyt.* dum terminus non currit, nisi a die, quo requiritur dominus super nova investitura. Imo quando res transit ad manum mortuam, sive perpetuam, ut est ipse Mons, tunc habet terminum biennii, an velit, quod remaneat penes dictam manum mortuam, ut dixi supra *num.*14. ubi adde *Gratian. discept.forens.*481. *num.*61. *& seq. ad fin. &* 533. & alios relatos per *Sabell. tom.2. lit.E. §.7. num.5.*

Nec potuit currere terminus, dum lis pendebat, si vel ne esset emphyteusis. Nec ex liberationibus annuorum Canonum, & solutionibus factis a dicto Monte dictis Dominis de Januario, usque adhuc, potest præsumi assensus, dum illas receperunt semper cum clausula, & decretis, citra præjudicium, prout constat in actis.

29 Secundum motivum, quia pactum appositum in favorem Angeli Izzolo non fuit reale, sed personale, dum dixit: *Volunt gratiose agere cum dicto Angelo;* Ex quibus verbis præsumitur mens concedentis fuisse intuitu personæ, & non rei in concedendo potestatem affrancandi, ut notat *Cravet. cons.*929. relatus a *Tusc.dit.P. concl.*10. *num.*15. *de Marin. resol.*159.*lib.*2. *num.4. & resol.*161. *Olea de cessim. jur.tit.3.qu.2.n.*41. ubi dicit pactum initum intuitu personæ cedi non posse.

Tunc enim pactum rei contemplatione factum censetur, & sic reale, quando verba non sunt concepta in personam, sed in rem ipsam; Quia si in personam concepta sunt, etiam quia essent contemplatione rei, adhuc tamen diceretur personale, ut est *Text. in l. qui in futurum* 58. *§. si ex altera, ff. de pactis*, probant *Duaren. in l. si marito, §. 1. in fin. ff. solut. matrim. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*1. *tit.*7.*n.*3. & alii apud *D. Regentem de Marin.*

30 Et licet dictum pactum redimendi sit appositum etiam ad beneficium hæredum, & successorum dicti Angeli Izzoli, hoc pactum non juvat ipsi Monti Successori Singulari: Appellatione enim successoris, nisi superadderetur *cujuscumque*, in dubio de universali tantum intelligitur, non autem de singulari, *l.quædam, §. nihil interest ff. de edendo, & l. dabimus, §. si quis cum tutor,* ubi *Ripa num.1. ff. de privileg.credit. & Felin. in cap. quia bi de judic.num.*5. ex *Bald. in l. Thori, C. locati, & Imol. in l. quod dicitur. ff.de verb. obligat.* ubi dicit, quod investitus pro se, & successoribus suis, intelligitur de universalibus, & non de particularibus.

31 Et si aliquid sit relictum alicui, & successoribus, tunc de universali successore tantum intelligitur, ita *Grassus in §. primo num.* 19. maxime, quia deest particula *quibuscumque*, vel & *quibus dederit*, ut discurrit *Hieronymus de Laurentiis in dec.*68. *in fin. de Marin.dict.resol.*159. *num.*7. ubi ex *Curtio juniore cons.*60. *num.*10. id procedere firmat, etiam si Princeps vende-
32 ret rem cum suis immunitatibus, & exemptionibus, quibus uti consueverunt, emptori pro se, & suis hæredibus recipienti. Quod hujusmodi exemptio ad singularem successorem non transiret. Quam conclusionem absque scrupulo veram dicit, etiam si adjectum esset successoribus; ut adhuc singulares nullatenus comprehendantur, ex traditis supra.

33 Et dum habemus tres species census, ut in principio hujus Cap. diximus; in dubio census, de quo non constet origo, cujus speciei præsumatur.

Recurrendum est ad conjecturas, præsumptiones, ut si appareret esse solutum laudemium, præsumeretur emphyteusis, ut dictum est supra *num.*19. nisi appareret esse solutum ex errore, *Merl.decis.*545. *num.*10. *Pacion.de locat.cap.3.num.*58. *D.Altimar.rubr.1.par.2. qu.*18.*n.*343. *de nullit. contract.*

Vel si in illa Civitate communiter, & frequentior fieri solerent concessiones in emphyteusim, prout in Civitate hac Neap. potius emphyteuticus, quam censiticus præsumendus sit, ex quo hic frequentius fiunt concessiones emphyteusis, ut concludit *Reg. Revert. dec.*35. ubi *de Marin.n.*4.

Et quod ubi in loco frequentius sunt concessiones in emphyteusim, præsumatur emphyteuticus contractus, probat idem *Dom.Altim.in copioso, & elaborato eleganti tractatu de nullitat.contr.loc.cit.n.*360. ex *Ill. Episc. Verd.* laudabilis vitæ, ac incomparabilis doctrinæ, cujus laudes ora omnium impleverunt in suis aureis, & bene ordinatis *Institut.tit.de loc.num.*2174. *Altograd. Fulg.* & alii ibi.

Vel si constaret de usu domini directi, qui usus est potius uno, quam altero modo contrahendi, *Menoch. lib.3. præsumpt.*108. *num.*1. relatus a *Dom.Altim.loc. cit. num.*298. ubi & *num. seqq.* alias ponit conjecturas.

Unde cum pro parte Montis Verecundorum cum Domi-

Domina Principissa Sancti Martini sint productæ noviter fides, qualiter per Georgium Palumbo possidentem petium Territorii in loco detto *Casola* redditutium in annuis ducatis 44. Ill. Comiti Triventi anno 1579. fuit subemphyteuticatum diversis particularibus cum pacto affrancandi ad rationem sex pro centenario, prætendit dictus Mons ex his præsumi pactum affrancandi etiam in illa partita ducatorum undecim super domo in actis deducta, ut supra *n.17.*

Respondetur pro parte dictæ Dominæ Principissæ, nullam posse sumi conjecturam ex dictis fidibus, dum actus affrancandi non apparet adhibitus per Ill. Comitem Triventi directum dominum dicti loci Casolæ, sed per emphyteutam, qui sub specie emphyteusis vendidit suas meliorationes, habita fide de pretio, transferendo utile dominium tempore affrancationis, remanentibus in actis juribus directi domini, juxta tradita per *glos. in §. adeo Instit. de loc. sub verb. proprium*; ibi: *Transfert utile dominium, quod solum habet*. Hoc itaque multum distat a casu nostro, & id fuit actum inter diversas personas, in diverso loco, & diversis temporibus per seculum antea.

Nam census competens Ill. Dominæ Principissæ, licet dependeant a Justina Palomba, illa non fuit hæres Comitis Triventi, nec fuit hæres Georgii Palumbi.

Et locus redditilius dictæ Dominæ Principissæ nullibi legitur fuisse reddititius Comiti Triventi, nec Georgio Palumbo, sicut legitur de Territorio Casolæ subcensuato a dicto Georgio; Et sic, cum non constet de usu Justinæ Palombæ directæ dominæ dictæ domus, & jardeni, nulla præsumptio potest inferri ad beneficium dicti Montis.

34 Ex prædictis sume aliam regulam, quod cessantibus conjecturis, in dubio, quando penitus non constat quis contractus sit, tunc potius præsumitur contractus censualis, sive censiticus, quam emphyteuticus, *Reg. Revert. d. decis. 35.* ex *Alberic. in l. 2. in 8. qu. vers. quid de quæstione, & Jason. num. 41. C. de Jure emphyt. & in auth. qui rem, C. de Sacros. Eccles.* ubi *Decius*, & alii, *de Marin. ad Revert.* ibi, *& alleg. 122. Postbius decis. 668. num. 7. Staiban. resol. 98. num. 14. tom. 1. Reg. de Ponte de Potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 4. num. 13. Gizz. ad Latr. dec. 70. num. 8. Nat. cons. 3. vol. 1. Cravet. cons. 20. vol. 1. Amend. ad Franch. decis. 168. nu. 15. Altogr. cons. 14. num. 68. Menoch. lib. 3. præs. 106. Ricc. collect. 2692. Card. de Luc. de emphyt. disc. 33. n. 7. & discept. 34. num. 4. & discept. 37. num. 4. Tusc. lit. C. concl. 152.* & alii innumeri citati per *D. Altim. in rub. 1 par. 2. qu. 18. n. 350.*

35 Quod limitant aliqui in Ecclesia, ut in ejus favorem semper emphyteuticus præsumatur, *Reg. de Marin. d. decis. Revert. 35. D. Altim. ad Rovit. cons. 14. lib. 3.* ubi habes ampliationes, pro, & contra, & utilitates hujus quæstionis, & late idem *D. Altim. in rubr. 1. part. 2. qu. 18. num. 253. de nullit. contract.* qui tamen *num. seq.* 154. coacervat innumeros Doctores tenentes contra Ecclesiam; Nec obstant aliquæ decisiones pro Ecclesiis Neapolitanis, ex traditis per *Reverter. ut supr. num. 33.*

36 Concludit demum, quod sine dubio quando una Ecclesia ageret contra aliam, ex quo privilegia conquassantur, tunc censiticus, sicut inter privatos censeretur, *ex decis. Rota 721. Fulgin. qu. 8. num. 15. de Jur. Emphyt.*

37 Et quod semper in dubio præsumatur redimibilis census de quo non constat origo, tenet *Leonin. cons. 52. Roderic. de ann. reddit. lib. 1. qu. 15. Rovit. Pragm. 1. de censib. num. 3.*

38 Demum laudemii solutio ad quemnam spectet; dicit *Borrell. in sum. decis. tit. de laudem. num. 33.* quod inspicienda sit consuetudo locorum; sed in Italia, & ubique viget Jus commune, nec adest particulare statutum, ad emptorem, qui investiendus est, spectat onus solvendi laudemium, juxta *gl. in l. fin. C. de Jur. emphyteut. in verb. accipera*, & ibi in *Text. pro subscriptione sua*, ubi sensus erit, quod domino liceat accipere ab investiendo pro subscriptione sua facienda in nova investitura quinquagesimam, idest duos aureos pro singulis centum, sive duo grana pro singulis ducatis, *Rovit. dec. 73.* ubi *D. Altim.* & alii sexcentum citati per *Nigrum de laudem. par. 1. qu. 12. n. 29.*

Imo novus emphyteuta tenetur se obligare ad be-
39 neficium domini directi de facie ad faciem, non tamen sub obligatione omnium bonorum, etiam propriorum; *D. Franch. decis. 615.* ubi *Luca n. 3. D. Altim. d. rubr. 1. p. 2. quæst. 18. n. 485.*

Post hæc scripta, ad notitiam venit dictam domum cum jardeno fuisse pendente lite anno 1701. subcensuatam per dictum Montem ad beneficium Mag. Antonii Lauro Rationalis ejusdem Montis, vita ejus durante, pro annuis ducatis octuaginta, irrequisitis dictis Dominis directis; proinde ex cumulatis per nos superius *num. 11.* & *num. 26. & seq.* factus est casus devolutionis, vel prælationis ad arbitrium dictarum Dominarum de Januario, & ex hoc capite cessabunt omnes aliæ enunciatæ controversiæ, de quo nuper porrectus est supplex libellus pro parte dictarum Dominarum; Et si decisio evenerit, antequam hæc praxis compleatur, illam transcribere non omittam, sin secus in alio sequenti tertio Tomo habebis, benigne Lector, & vale.

C A P. II.

De Praxi Rescindendi Contractum.

S U M M A R I U M.

Rescissio contractus quot modis fieri potest? num. 1.

Rescissio contractus ex graduatione creditorum censetur statim facta, etiam illius creditoris, qui comparuit post graduationem, etiam si concordatis creditoribus concursis vellet continuare tertias, num. 2.

Rescissio facta per graduationem creditorum afficit, ut possit assistentia præstari pro capitali, & tertiis non audito principali debitore, nec hæredibus, qui regulariter in omni rescissione audiri deberent, num. 3.

Rescissio semel facta, non poterit iterum fieri, adeo quod per exceptionem rescissionis impeditur liquidatio instrumenti via Ritus 166. num. 4.

Rescissio fit per instrumentum præsentatum criminaliter via Ritus M.C.V. 166. *quæ tamen impeditur per Procuratorem, vel quemcumque extraneum amicum solventem tertias, etiam post contumaciam, aut tamen Galli cautum*, num. 5.

Rescissio quando fieri debet mediante judicio ordinario, instructo processu, & sententia rescissionis mediante, num. 6.

Rescissio contractus, quando fieri debet in judicio assistentia, & quando fit, num. 7.

„ *Et quomodo hodie servetur, remissive.*

Rescissio contra emphyteutam, quomodo, & quando fit, num. 8.

Præcepta ad solvendos Canones decursos, quot, & quomodo practicantur pro mora purgatione, num. 9.

Afflict. decis. 174. *circa moræ purgationem, a quibus impugnetur, & a quibus defendatur, & conciliantur opiniones*, num. 10.

Praxis Curiarum Regni differt a praxi Supremorum Tribunalium intra Neapolim existentium circa moræ purgationem, & assignatur ratio, num. 11.

Contractus an rescindi possit contra unum ex insolidum obligatis, num. 12.

Rescissio contractus fieri non potest cum tertio possessore,

sed

sed fieri debet cum Principali, vel herede, vel Curatore hereditatis jacentis, num.13.
Assistentia praestatur solum pro tertiis, & non potest praestari pro capitali, quando rescissio non fit cum principali, vel herede principalis mortui, rejecta opinione Sanfelicii, num.14.
Rescissione non facta, creditor habet actionem solum ad exigendas tertias, & non est creditor capitalis, & caret actione pro capitali petendo, num.15.
Rescissionis sententia non potest interponi, nisi debitor prius constituatur in mora judiciali per praecepta de solvendo tertias, num.16.
Rescissionis exceptio multum differt ab exceptione discussionis, & quando principali non discusso poterit tertius conveniri, & quando non, num.17.
Assistentia an praestari possit contra tertium pro tertiis, vel interesse non liquidatis cum principali, num.18.
Liquidatio interesse, vel tertiarum facta cum principali, inaudito tertio possessore, praejudicat contra tertium possessorem, num.19.
Interesse tertiarum quando exigi potest a tertio possessore, & quando non, num.20.

1 QUadruplici praxi utimur ad rescindendum contractum, duobus scilicet modis per judicium executivum sine compilatione termini, nullaque interposita sententia rescissionis, & duobus aliis modis per judicium ordinarium, praecedente termino.& sententia rescissionis, qua mediante, contractus declaratur rescissus.

Primo, per graduationem creditorum.

Secundo, per instrumentum criminaliter praesentatum via *Ritus M.C.V.* 166.

Tertio, per judicium ordinarium.

Quarto demum, per judicium assistentiae.

De quibus singulis gradatim dicendo, breviter explanabimus praxim dicti judicii rescissionis.

2 Primo, ubi fit concursus creditorum ex graduatione, sive etiam ex relatione illorum, omnes contractus rescissi dicuntur, *Staib.resol.*174.*n.*1.*cent.*2.

Adeo quod facta censetur rescissio etiam contractus illius creditoris, qui non comparuit ante, sed post graduationem, quamvis debitor deinde se concordasset cum creditoribus, ad quorum instantiam fuit demandata graduatio, & solvere vellet tertias creditori praedicto, ut decisum refert *Thor. vot.* 15. *num.*35.*lib.*1. *& in compend. dec.part.*3.*verb. graduatio, Capibl. de Baron. cap.*59. *num.*7. *tom.*2. *Dom.Reg. Petr.rit.*2c7.*n.*5.

3 Et ex contractu rescisso per graduationem absque alia rescissione praestari potest assistentia pro capitali, & tertiis super bonis contra tertium possessorem, non audito principali debitore, nec ejus haeredibus.

Qui alias non facta rescissione per graduationem creditorum essent audiendi, quando agitur judicio assistentiae contra tertium possessorem; nam regulariter rescissio non potest fieri, nisi audito principali debitore, vel ejus haeredibus, juxta opinionem *Revtti in Pragm.*1.*num.*4. *de assist.* communiter jam receptam in Regno, quae in viridi observantia servatur hodie,rejecta contraria opinione *Sanfelic.& sequacium*, ut haec omnia concludit *Dom.Reg.Petr.Dux Vasti Girardi rit.* 166. *n.*91. *fol.*37. ubi ita decisum refert in S.R.C. anno 1649. & nos latius dicemus inferius.

4 Nam contractus semel rescissus, amplius rescindi non potest, *Giaz. ad Capyc. Latr.decis.*30.*nu.*19. idem *Ill. Dux Vasti Girardi rit.*166.*num.*90.*fol.*37.

Unde impeditur liquidatio instrumenti rescissi per relationem creditorum, vel aliter semel rescissi, *Pater Afflict. in addit. ad supplem. cap.*30. *contr. jur. resol. n.*24.*D.Petr.d.rit.*166.*n.*90.

5 Secundo, fit rescissio per instrumentum criminaliter praesentatum vigore *Ritus M.C.V.* tunc fit citatio super tenore instrumenti, tam pro tertiis, quam pro capitali, juxta formulam per nos datam in *Tit. de liquidat.instrument.cap.*27.*n.*23.

Quae tamen liquidatio octo modis poterit impediri, per nos collectis in *Tit.*1. *de praxe.liquid.instr.cap.*13. *num.*1. inter quos sextus modus erit, ut debitor sponte declaret habere instrumentum pro rescisso, ut dixi, & tradidi formulam in *cap.*16. *num.*4. ad cujus declarationem adde, & adverte, quod solus consensus debitoris non sufficit, sed requiritur etiam consensus creditoris. Nam si creditor dissentit proceditur ad liquidationem, & rescissionem; & ibi ex errore torcularii non fuit dictum in decreto, ubi debet dici, *stante debitoris, & creditoris consensu praestito, habeatur instrumentum pro rescisso*; Quod bene nota pro declaratione formulae decreti ibi positi; & hic modus rescindendi de consensu ambarum partium, debitoris scilicet, & creditoris continetur sub rescissione, quae fit per instrumentum criminaliter praesentatum, quia regulariter tunc fit ad evadendam poenam.

„ Hic consensus creditoris hodie non praescribitur in „ *nov. Const.* §.1.*num.*16. in fine.

Item debitor depositando tertias per depositum liberum sine vinculis, sine conditionibus Curia pro Tribunali sedente moram purgat, & impedit liquidationem pro capitali, & evitat poenam, & rescissionem.

Et ad hoc admittitur non solum Procurator, sed quilibet amicus extraneus, etiam postquam debitor est factus contumax, ante tamen Galli cantum, & sic evitabit liquidationem pro capitali, & poena, ut late *Merlin.cent.*1.*cap.*81.quem sequitur *Reg.de Marin.lib.*1. *resol.*202. *num.*4. & nos fusius diximus in *tit.*1. *de liquidat. instrument.cap.*17.*n.*9.

At si post liquidatum instrumentum creditor exegerit tertias per multos annos a debitore, absque protestatione exigendi capitale, an poterit dictum debitorem molestare, eumque carcerare vigore litterarum executorialium, expeditarum in judicio liquidationis.

Negativam sententiam tuentur *Revit. in prag.*1. *de censibus num.*42. *Fasi.bal. de patria potest part.*4. *cap.*6. *num.*19. *Merlin.cent.*1. *controv.*31.*num.*16. docentes capitale peti non posse, quia per tertias receptas post liquidationem decursas, censetur renunciasse petitioni capitalis, & rescissioni factae, ex *tex. in l.*2.*C. de jur. domnii impetrandi*, in quo recipiendo usuras, postquam dominium pignoris sibi quaesitum est, creditor censetur renunciasse dominio praedicto; Nam repugnat, ut sit dominus pignoris simul, & jure creditoris exigat usuras, qui sunt actus incompatibiles.

Prout ab emphyteuta recipiens canonem, Dominus censetur remisisse caducitatem incursam, idem *Merlin.num.*18. ex *Menoch. praesump.*112.*lib.*3. *num.*11. *Surdus consil.*317. & alii ibi citati.

His tamen non obstantibus, contrarium refert decisum in Sacro Consilio *Giaz.ad Lat. decis.*115. *in fin.* in liquidatione, quae licet fuit facta ante promulgationem *Reg. Pragm.*8. *de instrument. liquid.* per quam §.7. statuitur, ut post factam liquidationem non possit audiri, nec in vinculis, nec facto deposito vinculato, nisi facta reali solutione debiti, poenae, & expensarum; adhuc fuit per M. C. decisum, non posse audiri, nisi facta integrali solutione debiti, poenae, & expensarum, & in gradu appellationis fuit confirmatum per S C.

Credo tamen posse conciliari, ut *decisio Giazii* habeat locum in rigoroso judicio criminali liquidationis, & opinio *Merlini*, & aliorum habeat locum in rescissione facta in aliis judiciis civilibus; & ratio diversi-

veritatis erit, quia creditor non potest suo debitori remittere perjurium jam incursum, & accusatum, pro quo fuit jam soluta pœna Fisco, nec tacite, nec expresse, *Bart. in l. Labeo de jur. jurand. Alexan. cons. 17. n. 5. lib. 3.*

Sed in rescissione facta in judicio civili, secus; quia creditor remittere potest pœnam ex perjurio debitam tacite, & expresse, licet non remittat perjurium, *Felinus in c. p. 1. n. 6. de j. r. juran.*

6 Tertio, fit rescissio per judicium ordinarium, quando dominus directus petit caducitatem rei emphyteuticæ, vel creditor petit rescindi contractum ob ratificationem non secutam, & in aliis casibus, ubi non agitur judicio assistentiæ, quod judicium formulis sequentibus magis concipi quisque poterit.

7 Quarto, fit rescissio per assistentiæ judicium, quando creditor petit debitorem vel ejus hæredes rescisso contractu condemnari ad capitale, & tertias, & pro concurrenti summa sibi præstari assistentiam super bonis obligatis contra possessores illorum.

Et tunc ex inveterata praxi, quando creditor petit rescindere contra debitorem suum, vel illius hæredes contractum annuorum introituum, & condemnationem fieri pro capitali, & tertiis ob cessationem a solutione introituum, non statim condemnatio fit juxta petita per creditorem, sed priusquam ad rescissionem deveniatur, fiunt saltem duo præcepta debitori, vel hæredi, ut decursum censum solvat infra competentem terminum Judici visum dierum sex, vel 4. aut 8. &c. alias providebitur super petita rescissione, & vidi multos processus M.C.V. ubi in primo præcepto statuitur terminus dierum decem ad solvendum tertias; In secundo præcepto terminus dierum duorum; quæ præcepta debent notificari personaliter saltem una vice, etiam contumaci, & hoc de stylo S.R.C qui stylus hodie servatur etiam in M. C. V. & aliis Trib. Regni, *Gallup. part. 2. tit. de contumacia cap. 4. num. 31. ex Gallef. in tract. de oblig. ad formam Cameræ p. 3. tit. de liquid. num. 4. Dom. Moradei ad sing. 319. n. 8.*

„ In mentem revoca, quod supra *tit. 1. cap. 16. spec. 1. num. 5.* notavimus ex memorata *Constit. cit. §. 1. n. 16.*,
„ ubi circa hoc nova regula procedendi præscribi-
„ tur; quam ibidem videre poteris.

8 Eadem praxis practicatur in emphyteuta, qui si cessaverit a solutione Canonis per triennium, ubi directus dominus est persona privata, & per biennium, ubi est Ecclesia, conventus ad relaxandam rem emphyteuticam, tanquam in commissum ceciderit ad beneficium directi Domini, instructo processu non illico caducitas declaratur, nec ad relaxandam rem condemnatur, nisi per bina geminata decreta interpellatur ad canones decursos solvendos; nam in tribus casibus rescindi potest contractus emphyteuticus; Primo in casu canonis non soluti, ut supra; Secundo ob deteriorationem rei; Tertio, ob alienationem irrequisito Domino factam.

Eadem praxis servatur in liquidatione, seu incusatione instrumenti, quando scilicet debitor citatur super tenore instrumenti pro capitali, ob tertias non solutas, depositando tertias, Curia pro Tribunali sedente moram purgat *de Marin. lib. 1. resolut. 87. n. 12.* & melius diximus superius *n. 5.*

9 Quæ præcepta ad solvendos census decursos possunt fieri ante, vel post litis contestationem, *Capyc. Latr. dec. 30. n. 16.*

Denique debitore pertinaciter non solvente post bina præcepta, vel trina ad arbitrium judicis, fertur quidem sententia rescissionis, condemnando reum ad sortem principalem una cum tertiis decursis; & si est emphyteuta, fertur sententia caducitatis, condemnando ad relaxandam rem emphyteuticam, & ad solvendas annualitates decursas.

Verum tamen etiam adjicitur in sententia clausula, ut executio sententiæ rescissionis, vel caducitatis non fiat, si intra certum terminum debitor moram purgaverit, solvendo census decursos.

Et hoc fit, etiam quod sit pactum in instrumento adjectum, ne mora purgari queat.

10 Et si reus cum effectu solverit annualitates decursas, sententia executioni non mandatur, & sic rescissio contractus, & caducitas evitatur, & mora purgata dicitur, *Capyc. Latr. decis. 30. a num. 15. Franch.* in utroque casu relato docet *decis. 482. num. 10. Tapp. de jure Regni tit. de censib. num. 123. Rovit. in pragm. 1. circa principium de assist. Thor. vot. decis. 84. num. 395. Prat. discept. for. to. 2. cap. 27. a n. 74. usque ad 92.* qui refellit contrariam *Afflict. decis. 174.* apud quem fuit declarata caducitas emphyteutæ exclusa moræ purgatione, quæ *decisio Affl.* ab aula recessit, teste *Ursill.* ibi ex æquitate S.C.

Et quod dicta æquitas non solum practicatur in Sacr. Cons. sed etiam in aliis Curiis inferioribus, testatur *Barbat. super pragm. de assist. glos. 2. num. 20.* & novissime in *aureo Comment. ad Pragm. 3. de censibus, quam habeo ad pennam fol. mihi* 20. docuit mellifluus ille, & publicus Lector scientiarum pelagus Dominus Januarius Cusanus, sub cujus disciplina fuit Doctor Franciscus Riccius Pepoli meus filius.

Nam fundamentum hujus praxis est æquitas Canonica, per quam morosis beneficium purgandi moram conceditur, ad *text. in cap. potuit, de locato & in cap. tuam, de pœnit.* cum quibus connectuntur etiam jura civilia, ut in *l. si ita quis §. Seja cavat, l. si servum, §. sequitur, l. interdum, §. fin. & l. si insulam. ff. de verb. oblig.*

Auctores, qui hanc praxim tanquam æquitati innixam servandam monent, congerit *Nigurrol. alleg. 6. num. 76. Staib. resolut. forens. lib. 1. resolut. 36. cum copiosa obser.* & novissime *Dom. Marotta discept. for. cap. 25. a n. 61. ad fin.*

Et si feratur sententia, declarans contractum rescissum, vel rem emphyteuticam directo Domino devolutam, non præcedentibus saltem binis præceptis, seu decretis interpellantibus, & habilitantibus debitorem ad purgandam moram, & sic ad solutionem decursarum annualitatum, esset nulla, tanquam lata contra stylum, & æquitatem, ut late testatur *Prat. discept. forens. tom. 3. cap. 31. num. 19. cum seq.*

Nam stylus Curiarum est pro lege servandus, non examinata stylus quidditate, & assistentia.

11 Sed his omnibus non obstantibus praxis inferiorum Curiarum Regni extra Neap. non est sic indistincte, & continuo observata, ut gratis affirmavit *Barbat. loc. sup. citat.* quia illa æquitas Sacr. Cons. non permittitur semper dictis Curiis, sed recto Judicis arbitrio remittitur, inspecta tantum diversitate personarum, loci, temporis, & circumstantiarum, & sic non licet aliis Curiis semper, & indistincte dictam æquitatem S.C. observare, nec eam semper transgredi.

Nam si concurrant conditiones, & circumstantiæ, quæ æquitati recti Judicis videbuntur, practicatur eadem moderna praxis S. C. supra relata, alias secus, & frequentius Curiæ inferiores sequuntur antiquam praxim, relatam per *Affl. dec. 174.* ut instructo processu nullis præcedentibus præceptis condemnatur reus, quæ praxis est juri magis consona, ex traditis per *Gratian. decis. 49.* & *Roder. cons. 16.* & in inferioribus Curiis magis æqua, ubi non judicatur illa æquitate pia, qua utitur dictum Supremum Tribunal, nisi aliqua suggerente æquitate, quæ movebit Judicem ad interpellandum morosum.

Et hæc praxis, & *d. Affl. decis.* supra defenditur strenue a doctissimo *Joan. Leon. Roder. in decis. 16. per totam,*

testam, ubi relatis his omnibus, illis strenue respondet; & rejicit, tenetque potius esse abusum contrariam praxim, nullo jure subsistente, refertque decisum in Sacr. Cons. anno 1665. in banca Magnif. Figliolæ, non obstante nullitate proposita adversus sententiam super rescissione contractus, absque quod præcederent præcepta; & neque fuit admissa dicta nullitas ad instantiam Clientis, pro quo idem *Consiliarius Prat.* scripsit *loc. supr. cit.* ut idem *Rodoer.* advertit, & ego eisdem modis, quibus *Pratas* defendit modernam praxim contra illam antiquam *Affl.*, defendo illam antiquam, qua dictæ inferiores Curiæ utuntur, nempe quia dictus stylus antiquus per *Affl.* relatus, continuatus, & servatus in illis inferioribus Curiis pro lege est habendus, & servandus, & dum in Sacr. Cons. non fuit annullata sententia contra dictam antiquam *Affl.* praxim lata, tanto magis confirmata remanet inferiorum Curiarum praxis, & stylus, de quo ego possum testari, dum in multis Regni locis præfui Judex, & innumeros vidi processus in dictis Curiis, juxta *Affl.* praxim servatam.

12 Contractus rescissus cum uno ex insolidum obligatis, an operetur, ut contra alios insolidum obligatos exequi possit tam pro capitale, quam pro tertiis? An pro tertiis tantum, & requiratur rescissio respectu omnium, ut repeti possit capitale, an pro rata tantum capitalis, salva provisione facienda, respectu restantis capitalis contra correum.

Vide apud *Gizz. ad Latr. decis.30. a num.* 24. plures decisiones invicem contrarias, & sic utroque modo fuisse servatum.

Hinc *Dom. Carolus de Alexio in sua eleganti, & copiosa addit. ad Latrum consult.183. num.23.* movet quæstionem, quando hæres debitoris unus est laicus, alter Clericus, an rescissio possit fieri cum solo laico in foro laicali vel cum solo Clerico in foro Ecclesiastico, vel debeat fieri contra utrumque in foro Ecclesiastico digniori, *Dom. Carolus de Alexio* veritatis indagator in sua eleganti, & copiosa *addit. ad Latrum* decidit, quod sat est, si fiat rescissio in altero ex dictis duobus foris contra unum, quia intelligitur rescissus, quoad utrumque hæredem.

Ego satis dubito de hoc, quia in Curiis Ecclesiasticis servatur Bulla *Piana*, per quam prohibetur repetitio capitalis perpetuo, *Card. de Luca disc.10. de censib.* Ideo rescissio non potest in foro Ecclesiastico, nec in foro laicali practicari pro contractu censuali contra Clericos, sed solum in contractu pro quo non solvuntur tertiæ, sed solvitur interesse conventum, ut succedit in dote promissa, interim pendente solutione cum pacto rescissoro in tempore præfixæ solutionis, tunc practicatur exactio capitalis etiam in foro Ecclesiastico, ut concludit idem *D. de Alex. ibidem*; si itaque capitale censuale est irrepetibile a Clerico, & perpetuo demortuum, non poterit dici esse rescissum contractum respectu Clerici, sed solum respectu laici, inter quos non servatur dicta Bulla *Pii V.* in Regno nostro, ut dixi in *T.1.2.c.7.n.17.*

Ex his, alia insurgit quæstio in Regno nostro, ubi Bulla *Pii* non servatur inter laicos, sed solum inter Clericos, quid agendum, quando creditor Clericus ageret contra debitorem laicum in Curia laicali, ubi non servatur Bulla *Pii*. Hoc dubium resolvit idem *D. de Alex. ad Latr. observ.125. num.23.* quod sicuti laicus contra Clericum cogitur servare Bullam *Pii*, ita æquum est, ut Clericus contra laicum eamdem legem servet, ne ad impares adjudicentur, & ne ipsi Clerici destruant observantiam, quam pro se volunt dictæ legis Ecclesiasticæ.

13 Rescissio contractus fieri non potest cum tertio possessore, quo fit, ut assistentia præstari non possit pro capitali annuorum introituum, nisi rescisso prius instrumento, & talis rescissio permeesse fieri debet cum principali, vel herede, aut Curatore hæreditatis jacentis, *Rovit. Pragm.1. de assist. num.2. Petr. ad Ris.295. sub n.31. in fin. versic. Sed assistentia, Novar. in Pragm. de Assist. num.18. Thor. in supplem. decision. in verb. creditor cum constituto fol.129. col.2. Thesaur. decis. 53. Motill. in formul. Assistentia contra tertios possessores num.54. fol. 143. & in grad. citationis num.11.* ibi: *Condemnari heredem D. Sebastiani ad solvendam quantitatem capitalis, & assistentiam præstari contra tertiam possedatricem, Barbat. in Pragm. de assist. glos. 2. num.18.* qui *num.28.* dicit in Sacro Consilio, & M.
14 C. ex hoc inolevit praxis, quod ubi non fit rescissio, tunc assistentia non potest præstari pro capitali, sed tantum pro tertiis decursis contra Principalem, & tanto minus præstari poterit contra tertium possessorem pro capitali.

Et licet *Sanfel. decis.115.* dicat, pluries in S. C. contrarium fuisse servatum, & decisum, & demum utroque modo servari posse, & servatum fuisse affirmat. Ea ratione, quia creditor agit contra tertium possessorem, *ex l. fin. C. de acquir. poss.* Quod remedium, non datur pro debito, sed pro possessione recuperanda, quæ fuit translata in creditorem ex clausula, *Constituti, & pacto ingrediendi*, & possessor, qui dictam litem principali non denunciavit opportuno tempore, ob propriam culpam, non poterit eadem sententia adversus Auctorem suum juvari, & suæ culpæ imputabitur.

15 Tamen dicta doctrina *Sanfelic.* recessit ab Aula, & servatur praxis tradita a *Rovit.* quia ante rescissionem contractus non est creditor capitalis, creditor enim actione caret pro recuperando capitali, dum sors capitalis demortua dicitur, & non est in arbitrio creditoris sortem capitalem petere, quando voluerit a tertio non debitore, nisi prius acquirat actionem repetendi capitale, mediante rescissione facta cum principali debitore, vel hærede, vel Curatore hæreditatis jacentis.

16 Et adeo est demortua sors capitalis, ut etiam agendo cum principali debitore, fiunt prius saltem duo præcepta ad solvendum, ut debitor constituatur in mora judiciali pro tertiis non solutis, & postea interponitur sententia rescissionis cum clausula, ut executio non fiat, si intra certum terminum moram purgaverit, solvendo tertias, ut ego ipse dixi in *addit. ad Sarnum part.1. §.34. de assistentia*, ubi vide.

Arbitrium enim est debitoris, quando velit capitale restituere. & non cogitur a creditore, nisi post moram judicialem, & post rescissionem factam prævia sententia.

Imo saltem unum præceptum debet notificari personaliter principali etiam contumaci de generali stylo nostrorum Tribunalium, ut dixi supra *n.7.* ubi vide, quæ notavimus ex *not. Constit.*

17 Hic notent Tyrunculi, quod alia est exceptio *rescissionis*, alia exceptio *discussionis*; quia sunt termini valde diversi, in quibus vidi aliquos juvenes errasse, confundendo hos terminos. Et praxis *Sanfelic.* servatur in debito simplici, non censuali, tunc possessor potest conveniri principali non audito, nec discusso, si sit vivus, nam principali mortuo neque potest agi contra tertium, nisi audito, & discusso hærede, vel Curatore hæreditatis. & hæc est una limitatio ad *Pragm. unicam de assist. Rep. de Mariu. lib.2. resolut.62. num.5.* post *Gram. in d. Pragm. & Marant. in tract. de remed. poss. §. num.61. Trentacinq. cons.33. lib.2. Vivius dec.12. a num.5. Rov. in dict. Pragm. num.40. Barbat. de Assist. glos.7. num.57.*

18 Nota tamen, quod *Staib. resol.77. num.10.* concludit, tunc hæredes debitoris esse audiendos, quando tractatur de rescissione instrumenti pro capitali, secus quan-

quando tractatur de tertiis decursis tantum, vel de interesse capitalis antefati tantum; quia dum non tractatur de repetenda sorte capitalis demortui, poterit semper assistentia præstari contra tertium possessorem, debitore non discusso, nec audito, nec ejus hærede, & debito non liquidato cum principali.

Idem concludit *Alexander cons. 85. lib.6.* citatus per *Dom. Marachi Patrem in sing.42.* ubi dicit non esse necessariam liquidationem crediti, ut possit procedi contra tertium possessorem hypothecaria.

Sed hoc non placuit *Barbato*, qui in *glos.2. num.20. de assist.* dixit, neque pro tertiis posse contra tertium possessorem præstari assistentiam, nisi prius condemnato principali ad dictas tertias decursas, & liquidatas.

Non enim potest præstari assistentia contra tertios, non liquidato debito contra principalem, & dicta liquidatio tertiarum debet omnino fieri cum principali debitore, vel cum hæredibus, vel cum Curatore hæreditatis jacentis.

19 Verum *num.22.* dicit sufficere, si liquidatio isthæc tertiarum, vel rescissio capitalis fieret inaudito ipso tertio possessore; quia liquidatio ita facta præjudicabit tertio possessori, adeout transferat in ipsum tertium possessorem onus probandi contrarium, & allegat *Monac. dec. Bonon.23. & Rovit. sup. d. Pragm. de assist. num.4.*

20 Et pro interesse tertiarum, ut possit exequi contra tertium possessorem, requiritur, quod instrumentum sit rescissum pro capitale, *Staib.resol.176.num.93.* post *Rovit.dec.43.num.2. & in Pragm.3. de cessione bonor. num.16. & Dom.Altimar.in addit.ad dictam dec.* rejicit *Thor.p.2.compendii verb.Assistentia fol.31. & Barbat. de assist. glos.1. a num. 112.* tenentes, quod tertius possessor etiam rescisso contractu non teneatur ad interesse tertiarum, & concludit, quod sit vera opinio *Roviti*, ratione ibi adducta.

Verum interesse tertiarum culpa creditoris non exactarum, non potest exigi a tertio possessore principali debitore mortuo, vel effecto non solvendo, *Rovit. & Altim. ubi supr.* & exemplificat in creditore administrante bona creditoris, qui potuit sibi solvere, & non solvit, *Rovit.loc.cit.n.6.*

Et ultimo notandum, quod dum superius locuti fuimus de laudemiis, & quindemiis pro illis exigendis, tunc Domino directo competit via executiva, quando est in possessione exigendi, secus, ubi in dicta possessione non est, ita decisum refert *D.Altimar. ad Rovit. dec.73.* quem citat, & sequitur *Dom. Carol. de Alex. ad Latr.obs.156.n.11.*

C A P. III.

De formulis Judicii Rescissionis Contractus.

S U M M A R I U M.

Libelli Form. pro rescissione contractus emphyteutici, sive pro devolutione ob canones non solutos, num.1.
Provisionis form. in calce dicti libelli rescissionis pro intimanda extra locum judicii, num.2.
Replicatio citati in calce citationis, qui constituit Procuratorem per responsionem, num.3.
Relationis formula manu publici Notarii, quia Juratus nescit scribere extra locum Judicii, num 4.
Relationis formula Porterii sua manu scribentis in loco Judicii, num.5.
Fidejussio expensarum in judicio rescissionis, seu devolutionis, num.6.
Termini ad probandum form. cum oblatione depositionis in calce, num.7.
Exceptio feriarum opposita cum aliis exceptionibus, num.8.
Electio Examinatoris, num.9.
Conclusionis decretum, omissa publicatione, num.10.
Nullitates actorum proponendi form. num.11.
Decretum, quod oppositis non obstantibus procedatur, num.12.
Comparitio contrario imperio revocari decretum, num.13.
Supplicatio de verbo faciendo in S. Cons. ad finem confirmandi decretum domi latam per Dom. Jud. M.C.V. num.14.
Memoriale ad Spect. Dom. Præsidem S.R.C. pro destinanda Aula, in qua referri debeat caussa per Judicem M.C.V. num.15.
Decretum per S.C. quod fuit male appellatum, & bene Judicatum, cum decreto Judicis M.C.V. quod fit post caussam remissam a S.R.C. num.16.
Reclamatio interposita a decreto S. R. C. cum form. supplicationis, & Reg. decretationis, num.17.
Decretum S.R.C. in grada reclamationis, bene fuisse provisum per idem S.C. num.18.
Monitio super expeditione caussa, num.19.
Decretum, quod solvat census decursos, ut debitor constituatur in mora judiciali, num.20.
Procurator intimatus recusans intervenire, opponit, ut intimetur Principali, num.21.
Decretum, quod fit secunda vice de solvendo census, num.22.
Decretum ultimum devolutionis declarata, num.23.
Instantia declarationis decretum fecisse transitum in rem judicatam, & expediri commissionem pro possessione capienda in emphyteusi devoluta, num.24.
Decretum fecisse transitum in rem judicatam, & quod actor immittatur in possessionem fundi devoluti, n.25.
Commissio pro immittendo actore in possessionem fundi devoluti, num.26.
Possessionis actus stipulatus per Notarium publicum impeditus per Sacerdotem cum monitorialibus, num.27.
Devolutionis form. ob deteriorationem factam in fundo, num.28.
Decretum super devolutionis libello, num.29.
Exceptiones opposita in calce citationis super devolutione, num.30.
Instantia, quod agatur ordinario in judicio devolutionis, num.31.
Fidejussio expensarum, num.32.
Declaratio creditoris quantitatis exacta, & consequenda, num.33.
Terminus ordinarius circa devolutionem cum præcepto executivo circa census decursos, num.34.
Electio examinatoris, num.35.
Requisitoria, quæ fit per examinatorem, num.36.
Citatio testium, num.37.
Articulandi form. super judicio devolutionis ob deteriorationem, num.38.
Examinandi testes formula, num.39.
Decreti publicationis form. num.40.
Decreti conclusionis form. num.41.
Præcepta, quæ præcedere debent ante sententiam devolutionis, num.42.
Decretum diffinitivum devolutionis, num.43.
Decretum, quod pro executione decreti prædicti consequatur possessio, num.44.
Possessionis actus, num.45.
Rescissionis judicium non est summarium, sed ordinarium, & ratio assignatur, num.46. & num.54.
Procurator, quando potest constitui per responsionem citati in calce citationis, & quando non, declaratur nova praxis, num.47.
Citatio, quando valet sine testibus, & quando non, n.48.

Expensarum fidejussio est adimplenda, si petatur, alias erit nullitas, num.49.

Terminus ad probandum necessario debet per Judicem concedi in Regno, ubi habet vim litis contestationis, alias processus erit nullus, & declarantur contrarii, num.50.

Feria astiva, ubi servantur, & ubi non, & quantum durant, num.51.

„ *Sublata per nov. Constitutionem; verum servantur*
„ *quoad beneficium debitorum, & reorum absentium.*

Electio examinatoris, ubi fit, & ubi non, & terminus quando incipit currere, ubi dicta electio non fit, num.52.

Oblatio depositionis si non petatur ab adversario, non est necessaria offerri in calce termini, quia sine ea terminus currit, & quare cauti Procuratores statim in calce termini offerunt deponere, licet non sit petita, n.53.

Interrogatoria, qua fieri possunt, & qua non, inter actorem, & reum invicem ante contestationem, qua sint, & declaratur hac praxis interrogandi, a nemine Practico nostro sic declarata, num.55.

Examinatoris Requisitoria potest fieri unita cum citatione testium, & separata ab ea, num.56.

Publicatio non fit, ubi testes non sunt examinati, sed fit conclusio omissa publicatione, num.57.

„ *Praxis hodierna declaratur.*

Publicatio item, & conclusio, ubi, & quando fit absque partis monitione, & ubi pravia citatione partis, & ubi pravia etiam instantia partis, num.58.

Lecta lata, in quibus sententiis, & ubi practicatur, & quando Curia Regni tenetur servare, quod servatur in M.C.V. num.59.

Appellatio differt, quando declaratur a Judice superiore, & quando ab inferiore, & quando declaratur sententia fecisse transitum in rem judicatam, & traditur praxis in utroque casu cum differentiis, num.60.

Rescissionis libellus pro venditore ex capite lasionis cum advertentiis, num.61.

Juramentum excludit venditorem a remedio L.2. C. de rescind. vend. *Ideo non potest admitti in judicio, nisi prius absolvatur a vinculo juramenti*, num.62.

Rescindendi actio ex capite lasionis, prascribitur spatio 30. *annorum*, num.63.

Lasio triplex, & qua, continue declaratur ad facilitandam praxim, num.64.

Lasio modica exemplificatur in venditione extrajudiciali, & subhasta, num.65.

Lasio enormis exemplificatur tam in venditore, quam in emptore, ubi multi insudarunt, & late disputantur contraria opiniones, num.66.

Emptor non meretur ita subveniri, allegans se lasum, prout venditor, & pracise in subhastatione non auditur emptor lasus, num.67.

Lasio in emptore, quomodo in practica taxatur in nostro Regno Neapol. rejectis subtilitatibus Doctorum, n.68.

Enormissima lasio quomodo exemplificatur in practica, relictis diversis contrarietatibus DD. in disputando, num.69.

Lasionis modica, enormis, & enormissima compendiosa declaratio, num.70.

Enormis lasio differt ab enormissima in exemplificanda quantitate in modo agendi, in modo condemnandi, & in modo contrahendi, & continuo declarantur dicta differentia, ex quibus facilitatur practica, num.71.

Rescissionis libellus pro emptore laso, num.72.

Articulandi praxis in judicio lasionis pro actore laso, num.73.

Articulandi, & concipiendi praxis in judicio lasionis pro reo convento, num.74.

Lasio, an, & quando possit intentari contra singularem successorem, & e contra, quando ad instantiam singularis successoris intentari possit, puta a donatario, & secundo emptore, &c. num.75.

Lasionis actio transit ad haredem, rejecto Hodierna, num.76.

Lasus etiam in minimo, quo casu poterit rescindere contractum, num.77.

Sexta non potest detrahi, quando privatus cogitur vendere pro ampliatione Ecclesia, vel pro alio bono publico, sed justum pretium solvi debet nihilo detracto, num.78.

Subhastatio facta pro viliori pretio, ut annullari non possit, datur cautela ad beneficium emptoris, num.79.

Formula libelli pro rescissione, sive devolutione emphyteusis, ob canones non solutos.

Die 28. mensis Junii 1690. Neap. per comparentem Principalem.

1 NElla G. C. della Vicaria comparisce D. Antonio della Marra, e dice, come gli anni passati concesse in emphyteusim un giardino con due torri, ed alcuni bassi sito nell' Isola di Procida ad annuo Canone di doc.10. a Diego Lubrano, e Fenizia Gargiulo, tanto nomine proprio, & insolidum, quanto come Tutori delli figli, ed eredi del q. Bartolomeo Pulzone, con promessa della ratifica de' medesimi, quando fussero pervenuti all'età maggiore; E perchè detto Diego, e Fenizia hanno mancato dal pagamento del sudetto annuo censo per lo spazio d' anni sette, non ostante, che più volte l'abbia richiesto, essendosi perciò fatto il caso della devoluzione del sudetto giardino in beneficio del comparente; Ricorre in essa G. Corte, e citra pregiudicio delli censi attrassati, fa istanza dichiararsi devoluto detto giardino in suo beneficio, & rescisso contractu astringersi li sudetti censuarj a rilasciarlo, una con tutte le migliorazioni, con protestarsi di tutti li danni, spese, ed interessi, non solo in questo, ma in ogni modo migliore.

Formula citationis, quando citandus, erit extra locum judicii.

Carolus II. Dei Gratia Rex.

2 Regens, & Judices M.C.V. quibusvis Alguzeriis, & Servientibus, tam dictæ M.C. quam aliarum quarumvis Curiarum ad infrascripta insolidum requirendis dicimus, committimus, ac Regia, qua in his fungimur auctoritate, mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem supradicti comparentis, sive, &c. supradictam comparitionem, & omnia in ea contenta intimetis, & notificetis supradictis ex adverso principalibus, quatenus de ea, & de contentis in ea plenam notitiam habeant, ne in futurum ignorantiæ caussam allegare valeant, ipsosque citetis, quatenus infra dies duos post præsentium notificationem in eadem M. C. V. compareant ad dicendum, quæ voluerint, & ad constituendum Procuratorem in caussa ipsa, & ad omnes alios singulos actus juridicos, necessarios, & opportunos usque ad decreti diffinitivi interpositionem, & illius executionem inclusive, alias termino prædicto elapso procedatur in caussa prædicta in contumaciam. Neapoli die 28. mensis Julii 1690.

Petrus Emilius Guascus.
Carolus Amalonus Actuar.
Parisius Scriba.

Formula respondendi, & constituendi Procuratorem in calce citationis.

3 Diego Lubrano fa istanza la presente notificarsi al Magn. Dottore Carlo Pascale suo Procuratore constituto

tuto in actis, altrimente si protesta di nullità, e che anco si notifichi Giuseppe Pulsone, quale ha ratificato, e Fenizia Gargiulo madre di detto Giuseppe, che sono li principali, salvis a liis, &c.

Form. relationis Alguzerii extra locum Judicii.

4 Io Nicola Parascandolo Giurato della Corte di Procida refero avere intimato personalmente il sudetto Magn. Diego Lubrano modo, & forma, ut supra, presenti per testimonj il Mag. Dottore Nicola de Jorio, e Francesco Pulzone oggi li 3. Luglio 1690., e per esso non sapere scrivere per mano di me Notaro Gasparro Scamovano di Procida, e di mia mano signavi.

Form. relationis Porterii literati in loco Judicii.

5 Die decima mensis Julii 1690. Felice Parise Portiero di Vicaria ho notificata Fenizia Gargiulo personaliter, e lasciatali nota della Banca. Die decima prima mensis Julii 1690. Felice Parile Portiero di Vicaria ho notificato il Mag. Carlo Pascale personalmente, il quale non ha voluto replicare.

Form. fidejussionis expensarum.

In caussa D. Antonii della Marra cum Didaco Lubrano, & Fenizia Gargiulo, ut ex actis.

6 Die 14. mensis Augusti 1690. Neap. Constitutus penes acta M.C.V. D. Antonius della Marra Patritius Neap. commorans in S. Apostolo in domibus, quæ locantur nomine Sac. Conf. qui sponte, &c. juravit, & se obligavit reficere in casu succumbentiæ parti adversæ omnes expensas forsan erogatas, & erogandas in caussa in actis deducta, & pro eo fidejussit, & pro se obligavit insolidum Felix de Cristopharo de Neapoli, vive del suo, commorans alla Pigna Secca in domibus Joan. Andr. Collette, qui sponte, &c. fidejubens insolidum se obligans modo, & forma prædictis, & proinde obligaverunt se ipsos insolidum, &c. hæredes, & successores, & bona omnia, &c. ad pœnam dupli, &c. cum potestate capiendi, &c. cum constitutione precarii, &c. & sic juraverunt, & renunciaverunt in forma.

Ansalonus.

Io D. Antonio della Marra m' obligo ut supra.
Io Felice di Cristofaro plegio, ut supra.

Form. termini ordinarii ad probandum.

7 Die 14. mensis Augusti 1690. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. provisum, & decretum est, ac in præsenti caussa fuit datus terminus dierum duorum utrique parti ad probandum eorum incumbentia, stantibus adimpletis, hoc suum, &c.

Petr. Æmil. Guascus.
De Ansalone.
Parisius.

Actor offert deponere.

Exceptio feriarum opposita cum aliis exceptionibus.

8 Procurator Didaci Lubrano instat notificari omnes, de quorum interesse tractatur, alias de nullitate, nec non opponit exceptiones feriarum, quibus suus principalis intendit gaudere, & in dubio instat intimari dictus suus principalis, si vult dicto judicio assentire, feriis non obstantibus.

Fenizia Gargiulo opponit exceptionem feriarum, & intimari Josephum Pulsonem, de cujus interesse agitur.

Adest relatio intimationis sub die 24. Augusti 1690.

9 *Form. eligendi examinatorem.*

Die 9. Septembris 1690. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. provisum, & decretum est, quod in præsenti caussa fuit facta electio examinatoris, & fuit electus scriba caussæ, qui valeat recipere, & examinare ambarum partium testes, hoc suum, &c.

Guascus.
Ansalone.
Parisius.

Fuit notificatum die 25. Sept. 1690.

10 *Form. conclusionis in caussa, omissa publicatione.*

Die 21. mensis Octobris 1690. Neap. per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. provisum, & decretum est, quod in præsenti caussa fuit facta conclusio, & habitum fuit pro concluso in forma, hoc suum, &c.

Guascus.
Ansalone.
Parisius.

Fuit intimatum die 25. Octobr. 1690.

11 *Form. proponendi nullitates actorum.*

Die 5. Decembris 1690. Neap. præsentata per Feniziam Gargiulo.

Nella G. C. della Vicaria compare Fenizia Gargiulo vedova del q. Bartolomeo Pulzone, e fa istanza nel giudicio vertente con lo Magn. D. Antonio della Marra provedersi sopra gl'infrascritti Capi vz.

Primo appare notificata domi nella Città di Nap. quando essa comparente notoriamente tiene il suo domicilio nell'Isola di Procida; Però fa istanza non aversi ragione degli atti fatti nulliter ex defectu citationis.

Secondo: In actis sta presentata fede intercætera dell'istromento di censuazione, fa istanza non procedersi ad altro atto, se non si esibisce copia intiera, che si riconoscano li patti, che impediscono la devoluzione.

Terzo; Si deve notificare Giuseppe Pulzone suo figlio fatto già maggiore, tanto che essa intervenne come tutrice del detto suo figlio, il quale è possessore del territorio censuato; e non si può procedere alla rescissione del contratto, se non è inteso esso Giuseppe, che è il principale. Ita, & omni alio meliori modo, &c.

Monitio ad providendum super dicta comparitione, fuit expedita die 12. Decembris 1690. Intimata die 19. dicti mensis.

Renovata die 15. Januarii 1691.

12 *Form. decreti, quod oppositis non obstantibus procedatur ad expeditionem.*

Die 22. mensis Januarii 1691. Neap. Per infrascriptum Dominum Judicem, visis actis, fide instrumenti census, fol. 3. notificatione facta Finitiæ Gargiulo personaliter, fol. 2. comparitione præsentata pro parte dictæ Finitiæ Gargiulo, fol. 7. provisum, & decretum est, quod in caussa procedatur ad expeditionem, oppositis in dicta comparitione non obstantibus, hoc suum &c.

Guasc. Ansalone. Parisius.

Die 24. Januarii 1691. Neap. Jo: Stefano Corrado Portiero di Vic. ho notificato personaliter il Magn. Dottor Domenico Colletta, e lasciatali copia.

13 *Form. instantia contrario Imperio revocari decretum.*

Die 27. Januarii 1691. Neap. præsentata per Doctorem Dominicum Colletta Procuratorem.

Nella G. C. della Vic. compare Fenizia Gargiulo, e dice,

dice, come nella causa della devoluzione domandata dal Magn.D.Antonio della Marra, ha fatto istanza per l'esibizione dell'intiero istrumento, e notificarsi Giuseppe suo figlio, fatto maggiore, e che dell'elezione di Essaminatore in poi è stata notificata domi in Nap.quando abita a Procida, e non ostanti dette opposizioni si è ordinata la spedizione della causa; E perchè detto decreto non può sostenere per fatto, nè per legge, fa istanza contrario imperio revocari, & audiri voce, ita, & omni alio meliori modo &c.

14 *Formula supplicationis de verbo faciendo in S.R.Conf.ad finem confirmandi decretum.*

S. R. M.

Supplicat humiliter D. Antonius della Marra dicens, cum instituisset in vestra M. C. V. pro devolutione territorii contra Finitiam Gargiulo, & Didacum Lubrano, compilato processu, fuit pro parte d.Finitiæ dictum de nullitate actorum, & per vestrum Judicem Guasco domi rejectis nullitatibus fuit ordinatum procedi ad expeditionem causæ; Recurrit propterea ad M.V.eique supplicat, dignetur mandare eidem, ut de prædictis v.f.in vestro S. R. C. ad finem confirmandi decretum prædictum, ita supplicat, & omni alio meliori modo, &c.

M.C.V.de supplicatis verbum faciat in S. C. ad finem prædictum.

Ulloa Reg. & Præs.

Provisum die 29.Januarii 1691.

de Alex.

Fuit facta monitio in forma in calce dictæ supplicationis.

15 *Form.memorialis pro destinanda Aula in S.R.C.*

D.Antonio della Marra supplicando espone a U.S. come si deve dalla G.C.della Vic. riferire nel S. C. una sua causa, che tiene con Fenizia Gargiulo, e Diego Lubrano per la devoluzione d'un territorio, supplica perciò U.S.restar servita destinare la Rota, dove si debba riferire, il tutto ut Deus.

Referatur in Aula Dom.Reg.Conf.Padilla.

Ulloa Reg. & Præsid.

Decretum per S.C.quod fuit male appellatum, & bene judicatum.

16 Die 15. mensis Februarii 1691. Neap. Audita relatione Magn. U.J.D Petri Æmilii Guaschi Jud. M.C.V. Visa supplicatione fol.13.

Per S. R. C. remissa est caussa eidem M. C. V., hoc suum &c.

Form.decreti,quod fit per Jud.M.C.Vic.post remissam caussam a S. R. C.

Die 15. mensis Februarii 1691. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. viso suprascripto Decreto S.R.Conf. provisum, & decretum est, quod stat in decisis in decreto interposito per subscriptum Dom. Jud.& Caussæ Commissarium sub die 22. elapsi mensis Januarii currentis anni 1691. fol. 11. hoc suum, &c.

Guasc. Ansalon. Parisius.

Fuit dictum decretum intimatum die 17. Februarii, & Procuratori Finitiæ in calce intimationis dixit, v3.

17 *Form. Reclamationis a decreto Sac.Reg.Conf.*

A suprascripto decreto reclamat, & æque principaliter de nullitate dicit, & pendente termino ad illas proponendas instat non procedi &c. intimatus hac die 17.Februarii 1691.

S. R. M.

Supplicat humiliter Finitia Gargiulo dicens, fuisse conventam in V.M.C.V.ad instantiam Magn. D. Antonii de la Marra judicio devolutionis, ut ex actis, & cum instituisset supplicans de actis factis contra supplicantem nullam rationem haberi,ex caussis in sua comparitione contentis: Per vestrum Judicem Guasco reperitur domi provisum, quod procedatur ad expeditionem caussæ, oppositis non obstantibus, quod decretum fuit etiam confirmatum per V.S.C.inaudita supplicante: Et quia decretum prædictum nullo jure militare potest; ideo ad V.M.recurrit, cui supplicat, dignetur mandare dictæ M. C. V. quod de eo iterum verbum faciat in S.C. loco reclamationis, & interim ad actum aliquem non procedatur, ut juribus supplicantis provideri possit, ita, & omni alio modo meliori.

M.C.V.de supplicatis iterum faciat verbum in S.C. loco reclamationis.

Ulloa Reg. & Præs.

Prov.Neap.die 22.Februarii 1691.

Falcus.

18 *Form.decreti, quod fit in S. R. C. in gra du reclamationis,quod stat in decisis.*

Die 8.mensis Martii 1691.Neapol.Audita relatione Magn.U.J.D.Petri Æmilii Guaschi Jud. M. C. V. Visa supplic. tione fol.17.

Per S. C. declaratum est, bene fuisse provisum per idem S.C.sub die 15.Februarii hujus anni, fol.15. at. hoc suum,&c.

De Mercato Secr.

A 13.Marzo 1691.Giuseppe Mosca Portiero di Vic. ho notificato il Mag.Dott.Domenico Colletta di persona, e lasciatoli copia.

19 *Form. monitionis super expeditione caussa.*

In caussa Mag.D.Antonii de la Marra cum Didaco Lubrano, & Finitia Gargiulo, ut ex actis.

Ordinatione Domini Guaschi Judic. M. C. V. & Caussæ Comm. requirantur partes ex adverso, quatenus prima die juridica cum continuatione legitime compareant coram præfato Domino Judice in Aula M.C.V.ubi residet, hora solita Audientiæ caussarum, vel in ejus domo, ad dicendum, quæ voluerint;quoniam intendit caussam prædictam expedire justitia mediante,alias &c.Neap.die 13. mensis Martii 1691.

Intimata die 13.Martii 1691.

20 *Form. primi præcepti de solvendo censu decursos.*

In caussa D. Antonii de la Marra cum Didaco Lubrano, & Finitia Gargiulo,ut ex actis.

Die 23.mensis Martii 1691. Neap. facto verbo. Per M. C. V. visis actis, provisum, & decretum est, quod Didacus Lubrano, & Finitia Gargiulo infra dies decem solvant canones decursos in beneficium Magn. D. Antonii de la Marra, alias termino elapso providebitur super petita devolutione pro caussa in actis deducta,hoc suum,&c.

Guascus. de Maccucco. Ansalone. Parisius.

21 *Form. quando Procurator non intendit interuenire.*

Intimatum die 24.Martii Respondit,v3.

Doctor Colecti instat, prout alias instituit, intimari principalem, ex quo non intendit intervenire, ut alias fuit protestatus, quod non est denegandum, dum lis non fuit cum ipso contestata; Ita instat ex officio,ne Principalis remaneat indefensus.

,, Vigore Regiæ Pragm. de anno 1718. confirmatæ
,, per *nov.Constitut.§.III.num.4.*Procurator, qui semel
,, acceptavit Procurationem, quæ acceptatio ideo ne-
,, cessaria in calce Procurationis, eam amplius renun-
,, ciare non potest, & si renunciat, cum eo adhuc non
,, obstante proceditur; ita nec Principalis valet revo-
,, care, nisi justis intervenientibus causis, & nisi fit a-
,, ctor. Quod tamen remittitur arbitrio Judicis; & pro-
,, inde novæ Procurationes non admittuntur in causis
,, jam inceptis, nisi prævio ordine Judicis, quod reci-
,, piantur. Et vid. quæ ulterius *cit. §.3. nov. Const.* sta-
,, tuuntur.

22 *Form.*

22 *Form. secundi præcepti de solvendo, ut constituatur in mora judiciali.*

Die 5. mensis Aprilis 1691. Neap. per subscriptum Dom. Judic. M.C.V. provisum, & decretum est, quod pro executione alterius decreti conventi intra alios dies 4. præcise & peremptorie solvant D. Antonio de la Marra canones decursos, alias termino elapso cum effectu providebitur super devolutione petita, hoc suum, &c.

Intimatum die 24. Aprilis, Collecti respondit idem.

Ubi nota, quod in hoc ultimo præcepto additur clausula, *Præcise, peremptorie, & cum effectu.*

23 *Form. decreti diffinitivi in causa devolutionis.*

In causa Mag. D. Antonii de la Marra cum Didaco Lubrano, & Finitia Gargiulo, ut ex actis.

Die 4. mensis Maii 1691. Neap. Per M. C. V. visis actis provisum, & decretum est, ac M. C. declarat, jardenum cum ædificiis in actis deductum esse devolutum in beneficium Mag. D. Antonii de la Marra ob canones non solutos; Verum si conventi infra alios dies decem solverint canones decursos, supersedeatur in executione, hoc suum &c.

Guasc. Apicella. Amalor. Parisius.

Vide jam supra adnotata ex *nov. Consilio §. 2. num. 16.*

A di 7. Maggio 1691. Io Giuseppe Mosca Portiero di Vic. ho notificato il Mag. Dott. Domenico Coletta di persona, e l'ho lasciato copia.

24 *Form. instantiæ decretum fecisse transitum in rem judicatam, & immitti in possessionem.*

Die 28. mensis Maii 1691. Neap. Per comparentem principalem.

Nella G. C. della Vic. & penes acta compare D. Antonio de la Marra, e dice, come per essa G. C. è stato dichiarato devoluto uno territorio con due torri sito nell'Isola di Procida, li medesimi censuati a Diego Lubrano, e Fenitia Gargiulo in beneficio del comparente, per causa del censo non pagato, qual decreto ha fatto transito in rem judicatam; Pertanto ricorre in essa G. C. e fa istanza, che sia immesso nella possessione di detti beni, e commettersi allo Scrivano della causa detta immissione, e spedirli le debite provisioni commissionali, in ogni miglior modo, &c.

25 *Form. decreti fecisse transitum in rem judicatam, & quod immittatur in possessionem.*

Die 28. mensis Maii 1691. Neap. Per subscriptum Dom. Judicem M. C. V. provisum, & decretum est, retroscriptum decretum M. C. V. facto verbo fecisse transitum in rem judicatam, & proinde exequatur, prout præsenti decreto exequi mandatur; Pro cujus executione immittatur, prout præsenti decreto immitti mandatur supradictus D. Antonius de la Marra in veram, realem, & corporalem possessionem jardeni cum ædificiis in actis deducti per ipsam M. C. V. declarati devoluti in beneficium ejusdem D. Antonii, ob canones non solutos, ut ex actis, pro qua possessione capienda accedat Scriba Causæ, hoc suum, & expediantur provisiones.

Guasc. Ansalone. Parisius.

26 *Form. Commissionis pro possessione capienda.*

Carolus II. Dei Gratia Rex, &c.

Regens, & Judices M. C. V. Nicolao Parise Scribæ ordinario M. C. V. in civilibus, significamus qualiter in hac M. Cur. Vic. fuit præsentata infrascripta comparitio, tenoris sequentis v3. Die 28. mensis Junii 1690. Neap. per Comparentem principalem. Nella G. C. della Vic. comparisce D. Antonio della Marra, & *inseratur tota comparitio, prout jacet in num. 1.*

Et in causa prædicta fuit datus terminus dierum duorum utrique parti ad probandum incumbentia, & compilato termino prædicto, auditis Didaco Lubrano, & Finitia Gargiulo, fuit per decretum M. C. V. facto verbo ad relationem subscripti Domini Judicis ordinatum, quod prædicti Didacus Lubrano, & Finitia Gargiulo infra dies decem solvant canones decursos in beneficium Mag. D. Antonii della Marra, alias termino prædicto elapso providebitur super petita devolutione, & pro executione dicti decreti fuit altero decreto ordinatum, quod solvant canones decursos, alias cum effectu providebitur super petita devolutione, ut fol. 19. & 20. Et quia non curaverunt prædicti Didacus, & Finitia conventi solvere prædictos canones decursos in beneficium dicti D. Antonii ex causa census; per decretum M. C. V. facto verbo ad relationem dicti Domini Judicis, & Causæ Commissarii, fuit declaratum supradicta bona in actis deducta esse devoluta in beneficium dicti D. Antonii ob canones non solutos, ut fol. 22. & notificato dicto decreto Procuratori dictorum conventorum fuit pro parte dicti D. Antonii præsentata infrascripta comparitio tenoris sequentis v3. *Inseratur comparitio posita supra num. 24.*

Qua comparitione, ut supra præinserta visa, fuit interpositum infrascriptum decretum tenoris sequentis v3. *Inseratur decretum supra num. 25.*

Quo decreto, ut supra interposito, fuit nobis instatum debitas expediri provisiones, nos enim, &c. Ideo vobis, ut supra jam dictis, dicimus, committimus, ac Regia, qua in his fungimur auctoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus, ad omnem instantiam, & requisitionem supradicti D. Antonii della Marra comparentis, sive, &c. peremptorie mandetis supradicto Nicolao Parise Scribæ ordinario M. C. V. quatenus inspecto tenore præsentium, supradictum præinsertum decretum, & omnia, & singula in eo contenta observet, & observare debeat, atque faciat juxta ipsius seriem, continentiam, & tenorem, ita, & taliter, quod ejus debitum adunguem sortiatur effectum, nec non peremptorie mandetis omnibus Curiis tam Regiis, quam Baronalibus, aliisque Officialibus, ad quos spectat insolidum, ad pœnam unciarum auri viginti quinque per quemlibet Fisco Regio, &c. quatenus inspecto tenore præsentium, in exequendis prædictis præstent, & præstare debeant, atque faciant supradicto Nicolao Parise Scribæ ordinario M. C. V. in civilibus omne auxilium, & favorem, ita, & taliter, quod ejus debitum sortiatur effectum, & caveant de contrario sub pœna prædicta, prout sic volumus, & expresse mandamus. Datum Neap. die 28. mensis Maii 1691.

Petrus Æmilius Guascus.
Carolus Ansalon Act. M.
Parisius Scriba.

27 *Form. possessionis per actum publicum Notarii, cum impedimentis factis a Sacerdote cum monitorialibus.*

Fo fede io Notar Tomaso Costagliola della Terra di Procida, come in virtù d'istromento per mano mia stipulato sotto il 17. d'Agosto 1691. in Procida, il Magn. Nicola Parise Scrivano della G. C. della Vic. e Commissario specialmente deputato da essa G. C. in virtù di decreto di commissione, e provisione sotto li 28. di Maggio del corrente anno 1691. asserendo, come per decreto di devoluzione da essa G. Corte interposto sotto il medesimo dì, ut supra, a beneficio dell'Ill. D. Antonio della Marra Cavaliero Napoletano pre-

presente, contro Diego Lobrano, e Fenizia Gargiulo nel nome, come dagli atti di essa G.C. li è conferito in un pezzo di territorio di mojo uno, e più in circa sito in questa Terra di Procida nel luogo detto la Vigna vicino li beni degli eredi di Nicola Mazzella, e del medesimo Ill. Sig. D. Antonio, via publica, con due torri, ed altri edificj per darne la possessione a detto Ill.Sig.D.Antonio, dove detto Sig. Nicola l'ave immesso nella vera, reale, corporale tenuta, e pacifica possessione d'una di dette due Torri con altri edificj, & proprio di quella della parte di mare con certa poco Terra attorno di quella, entrando, e passeggiando per quella, come vero Sig., e Padrone, senza nessuna discrepanza.

Dove intanto non si prese possesso di tutto detto pezzo di Terra, e dell'altra Torre, in quanto le l'oppose il Rev. D. Giuseppe Cacace, dicendo possederle per titolo di donazione, e donatoli da Claudia Pulsone sua madre, e tenerne monitorio della Corte Arcivescovale di Napoli; per lo che esso Ill. Signor D. Antonio citra pregiudicio di detto decreto di devoluzione se ne ave riserbato tutte le ragioni contro chi si deve, & in fidem, &c.prout hæc, & alia clare patent ex dicto instrumento, cui me refero, & in fidem signavi requisitus.

28 *Formula libelli rescissionis, sive devolutionis ob deteriorationem factam in fundo.*

Nella G. C. della Vic. comparisce D. Luise Capece Scondito figlio, ed erede della qu. D.Anna Palermo, e dice come da detta sua madre fu gli anni passati conceduta a Domenico Perlengieri una massaria sita nel Casale di Pianura per l'annuo canone di docati tredeci col peso di altri carlini quattro, e mezzo debiti al beneficiato di S.Maria de'Libri, con patto, che detto Domenico fra tre anni avesse speso docati venti l'anno, che in tutto sono docati sessanta in migliorare detta massaria, come dall'istromento, che si presenta in pronto, stipulato a 16. Giugno 1660., e perche non ave adempito a spendere detti docati 60. ma nemmeno vi ha fatto la dovuta cultura, per lo che è notabilmente deteriorata detta massaria, in modo tale, che quando fu conceduta a detto Domenico, e prima, fruttava detta massaria quattro botte di vino in circa, ed al presente frutta appena mezza botte; Ricorre perciò in essa G.C.e fa istanza rescisso contractu dichiararsi devoluta a beneficio di esso comparente detta massaria, ed insieme condannarsi detto Domenico a pagarli detti docati 60. per le migliorazioni convenute con la rifezione di tutt'i danni patiti per detta deteriorazione, spese, ed interessi, e con la via esecutiva astringersi per li censi decorsi, e non pagati, così dice, e fa istanza, e in ogn' altro miglior modo, &c.

29 *Form. decreti super devolutione libelli.*

Die 16. Junii 1676. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.Vic.fuit provisum, & decretum, quod in biduo Dominicus Perlengiero solvat census decursos, debitos vigore instrumenti præsentati, alias providebitur, quod exequatur; & nihilominus capiatur summaria informatio super petitis in retroscripta comparitione; testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam Caussæ ad finem providendi, hoc suum, &c.

Galisius. De Vivo Actuarius.
Prota Scrib.

Actor offert deponere.

Fuit intimatum dictum decretum 22. Junii 1676. & in calce citationis fuit responsum, &c.

30 *Form. opponendi exceptiones.*

Conventus opponit omnes exceptiones gradatim, conditionaliter, & successive dilatorias, & peremptorias in forma, & instat contrario imperio revocari decretum, dum non potest procedi termino summario, quia agitur de rescissione, & devolutione, & summa excedit duas uncias, & instat provideri in comparitione præsentanda.

Instantia, quod agatur ordinarie in judicio rescissionis, & quod declaretur quantitas exacta.

31 Nella G. Corte della Vic. ed appresso gli atti comparisce Domenico Perlengieri citato ad istanza di D. Luise Capece Scondito sopra il termine summario; e perchè si tratta di giudicio mero ordinario di rescissione di contratto, fa istanza darsi termine ordinario, adempite che saranno prima l'eccezioni in forma, e fatta prima la dichiarazione delle quantità esatte, e quantità, che deve conseguire, salvis &c. in questo, ed in ogn'altro miglior modo, &c.

Mandatum Procurationis, & Fidejussio expensarum.

32 Die 12. Junii 1677. Neap. Constituti penes acta M.C.V. Dom. Aloysius, & Jacobus Capece Scondito nomine, ut in actis, qui sponte, &c. constituerunt Procuratorem U.J.D. Sebastianum de Philippo præsentem in hac caussa tantum, & promiserunt habere ratum, & sic renunciaverunt, & juraverunt, &c.

De Vivo Act.

Eodem die constituti suprad. Domini D. Aloysius, & Jacobus Capece Scondito, qui sponte promiserunt, & se obligaverunt reficere parti adversæ omnes expensas in præsenti caussa factas, & faciendas, in casu, quo aliqua sententia contra ipsos veniret proferenda; Et pro eis fidejussit supradictus U.J.D. Sebastianus de Philippo, qui habitat all'imbrecciata dell'Annunciatura alle case proprie, insolidum se obligans modo, & forma, ut supra, & proinde obligaverunt se ipsos insolidum, hæredes, successores, & bona omnia, &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii &c. & sic renunciaverunt, & juraverunt in forma.

De Vivo Act.

Io D.Luise T. mi obligo, ut supra.
Io D.Jacovo T. mi obligo, ut supra.
Io Dot. Sebastiano T. pleggio, ut supra.

Declaratio creditoris quantitatis exactæ, & consequendæ.

33 Eodem die 12. Junii 1677. Neapol. Constituti penes acta M.C.V. supradicti Domini D. Aloysius, & Jacobus Capece, filii & hæredes qu. Annæ Palermo, qui sponte declaraverunt debere consequi a Dominico Perlengieri duc. 32.2.10. ex caussa annuorum ducatorum tresdecim pro censibus decursis, ultra annualitates debitas beneficiato S. Mariæ, servata forma instrumenti censuationis præsentati, meliori calculo semper salvo, & sic cum juramento declaraverunt.

De Vivo Act.

Io D.Luise T. declaro, ut supra.
Io D.Jacovo T. declaro, ut supra.

Terminus ordinarius respectu devolutionis, & præceptum executivum pro censibus decursis.

34 Die 14. Junii 1677. Neap. Per subscriptum D. Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod visa declaratione facta per D. Aloysium, & D. Jacobum Capece nomine, ut in actis, infra alios dies duos, servata forma alterius decreti, Dominicus Perlengieri solvat petitos ducatos triginta duos, cum dimidio

debi-

debitos pro censibus decursis vigore instrumenti, & pacti executivi in eo adjecti, alias exequatur una cum expensis; & nihilominus terminus summarie datur currat ordinarie ab hodie, stantibus adimpletis cum termino dierum duorum utrique parti ad probandum incumbentia, hoc suum &c.

Marcianus. De Vivo Att. Prota Scr.

Actores offerunt deponere.

Electio Examinatoris.

35 Die 25. Junii 1677. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod in presenti caussa fuit facta electio examinatoris; & fuit commissa Scribo caussæ, qui ambarum partium valeat testes recipere, & examinare, hoc suum &c.

Marcianus. De Vivo Att. Prota Scr.

36 *Form. Requisitoria, qua fit per examinatorem electum.*

Requirantur partes ad videndum juramenta testium.

Prota.

A 19. di Luglio 1677. Neap. Io Antonio Trento Portiero di Vic. ho notificato il Dott. Pietro Schifano personaliter.

Citatio testium.

37 Alguzini di Vic. per ordine di quella ad istanza di D. Luise, e D. Jacovo Capece Scondito eredi della qu. Anna Palermo citarete li sottoscritti testimoni alla pena d'oncie dieci fisco Reg. &c. che vista la presente debbiano venire a deponere la verità sopra di quello saranno interrogati circa la causa, che verte tra essi esponenti, e Domenico Perlengieri, come dagli atti. Nap. 15. Giugno 1677.

De Vivo att. Prota Scriba.

Nomina Testium T. T. T. T.

38 *Form. articulandi in judicio devolutionis ob deteriorationem.*

Quæ offeruntur probanda in M. C. V. ad instantiam D. Aloysii, & D. Jacobi Scondit filiorum, & heredum qu. D. Annæ Palermo in caussa, quam habent cum Dominico Perlengieri, ut ex actis, non se adstringentes &c. deducentes &c. cum facultate addendi &c. corrigendi &c. citra præjudicium &c. omni modo meliori, &c.

Primo: Intendono provare, come nel T. anno fù conceduto ad annuo censo enfiteotico di doc. 13. a Domenico Perlengieri una massaria di moja 23. sita al Casale di Pianura nel luogo detto Brusco, confine T. T. e T. T. mediante istromento presentato in actis, quale si riproduce in vim probationis, testibus non renunciando.

Secondo: Intendono provare, come detto Domenico in virtù di detto istromento di concessione di detto anno T. ha posseduto, ed ancora possiede detta massaria.

Terzo: Come detto Domenico ha cessato di coltivare detta massaria da circa anni T. tenendola aperta senza siepe, che tutti gli animali ci vanno a danneggiare gli albori, piante, e rampolli, a segno che molti arbori, e viti, che vi erano in tempo della concessione, sono ora mancati, nè in luogo degli arbori morti, a viti distrutte, ne sono più propaginate, nè piantate.

Quarto: Come detta massaria è resa così infruttuosa, che in tempo della concessione se ne percepivano quattro botte di vino in circa, ed ora non se ne percepisce meza botta, e tutta via si va rendendo infruttifera, e deteriorata.

Quinto: Come detto Domenico è stato richiesto più volte, che avesse speso li doc. 60. in piantare viti, ed altri arbori in aumento di detta massaria, e non ha curato spenderli.

Item; come delle cose predette n'è pubblica voce, e fama, e si vede con evidenza oculare, e notoria.

Item quod stantibus prædictis, &c.

39 *Form. examinandi testes.*

Die 4. Junii 1678. Neap.

Gio: Domenico Cammarota del Casale di Pianura al presente in Nap. per suoi negozj, dice essere massaro ætatis suæ annorum 30. in circa, ut dixit, Testis citatus, productus, & medio ejus juramento interrogatus, & examinatus super articulis præsentatis per D. Aloysium, & D. Jacobum Scondito, toto facto, & causa, & quicquid inde scit, & quod.

Super primo articulo interrogatus, & examinatus dixit, che esso Testimonio si rimette alle scritture in actis presentate.

Super 2. 3. 4. & 5. articulo interrogatus, & examinatus dixit, che esso Testimonio conosce molto bene Domenico Perlengieri di detto Casale di Pianura, il quale tiene censuata dalli Sig. D. Luise, e D. Giacomo Scondito un loro territorio, seu massaria in detto Casale, nel quale Territorio per prima, che lo teneva censuato detto Domenico Antonio, si ci facevano botte quattro di vino, ed al presente non si ci fa una botte, e mezza, per esser molto deteriorato, e distrutto, ed a mio giudizio appare, che detto Domenico Antonio non ci abbia fatto detto augumento, conforme si pattizzò nell' istromento di censuazione, stante che sta molto distrutto, e disfatto, conforme è noto, e si vede da tutte le persone di detto Casale; questo è quanto può deponere sopra detti articoli de caussa scientiæ, dixit, quia scit, & vidit de loco, & tempore, ut supra.

Signum ✠ Crucis, &c.

Consimili modo describuntur depositiones aliorum testium, sed mutata serie sermonis, ne videatur per eundem præmeditatum sermonem omnes deposuisse, vel quod esset exarata una depositio ab alia.

40 *Form. decreti publicationis.*

Die 29. Octobris 1678. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, ac in præsenti caussa fuit facta publicatio, & habitum fuit pro publicato in forma, hoc suum &c.

41 *Form. decreti conclusionis.*

Die 5. Octobris 1678. Neap. Per subscriptum Dom. Jud. M. C. V. fuit provisum, & decretum, ac in præsenti caussa fuit facta conclusio, & habitum fuit pro concluso in forma, hoc suum, &c.

Deinde fit monitio super expeditione caussæ.

Deinde fiunt præcepta, quæ præcedere debent ante sententiam devolutionis v3.

42 Die 7. Maii 1680. Neap. facto verbo. Per M. C. V. provisum, & decretum est, quod conventus Dominicus Perlengieri solvat Actoribus, nomine, ut in actis, census decursos, & adimpleat contenta in instrumento infra dies decem, alias providebitur super petita devolutione, ac super aliis petitis pro parte prædictorum Actorum, hoc suum &c.

Marcianus. Lamina.

Die 14. Junii 1680. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, quod retroscriptus Dominicus Perlengieri servata forma retroscripti decreti lati per M. C. V. infra

infra alios dies decem solvat Actoribus nomine, ut in actis census decursos, & adimpleat adimplenda, alias providebitur super petita devolutione, & super aliis petitis pro parte prædictorum Actorum, hoc suum, &c.

Marcianus.

Fit iterum monitio super expeditione caussæ, & deinde debebat fieri sententia, sed fuit factum aliud tertium preceptum, quia in primis duobus, non fuit dictum peremptorie, & cum effectu, tenoris sequentis v3.

Die 11. Januarii 1681. Neap. facto verbo. Per M. C. V. provisum, & decretum est, quod conventus, præcise, & peremptorie infra alios dies decem solvat actoribus nomine, ut in actis, & adimpleat, alias termino elapso cum effectu providebitur super petita devolutione, & aliis petitis, hoc suum, &c.

Marcianus. Vargas Machucca, &c.

Fit iterum monitio super expeditione caussæ, & deinde fit decretum diffinitivum tenoris v3.

In Caussa D. Aloysii Capycii Scondito cum Dominico Perlengieri, ut in actis.

43 Die 18. Aprilis 1681. Neap. facto verbo. Per M.C.V. provisum, & decretum est, ac M. C. declarat rus in actis deductum esse devolutum in beneficium Magn. D. Aloysii Capycii Scondito pro caussis, ut in actis, & proinde condemnetur Dominicus Perlengieri ad restituendum rus prædictum, una cum fructibus liquidandis; verum si infra dies viginti solverit canones decursos, & adimpleverit adimplenda, supersedeatur in executione dicti decreti, hoc suum &c.

Marcianus, Macedonio. De Vivo AB.

44 *Form. decreti, quod consignetur possessio.*

Die 20. Maii 1681. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. & caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, quod pro executione retroscripti decreti lati per M.C.V. consignetur possessio ruris in actis deducti prædicto D. Aloysio Capicio Scondito, pro qua possessione capienda accedat Scriba caussæ, hoc suum &c.

Marcianus.

45 *Form. consignandi possessionem.*

In effecuzione del sopradetto decreto Io sottoscritto Scrivano della presente causa dopo avere consignata la possessione del Territorio in atti dedotto al Sig. D. Aloise Capece Scondito, pacifice & quiete, nemine discrepante, oggi li 6. Giugno 1684. presenti per testimonj Giuseppe Mainone, ed Agostino Barattuccio del Casale di Pianura, quali si ritrovarono presenti in detto Casale di Pianura, quando consignai detta possessione il dì, ut supra.

Carolus Prorà Scr. Caussæ. de Vivo Att.

Observationes super retroscriptis formulis.

Observa ante omnia, benigne Lector, has formulas esse firmatas a Dom. Judice Marciano, qui meruit adscendere ad Supremum dignitatis fastigium Regentis Cancell. & a Dom. D. Michaele Vargas Machucca admirabilis doctrinæ, & integritatis viro ad præsens meritissimus Reg. Cam. Summ. Præsid. & quem primum in Cancellaria Regentem venerari non dubito, & a Dom. Petr. Æmilio Guasco, qui in praxi M.C.V. communis Præceptor ab omnibus æstimatur; ideo propter auctoritatem tantorum virorum hos duos processus selegi pro formulis magistralibus judicii rescissionis.

46 Observa in n. 1. & n. 29. quod citandus, si habitat extra Civitatem, sive extra locum judicii, expeditur provisio pro notificatione, sed si est in loco Judicii, tunc non expeditur provisio, sed providetur, quod intimetur parti ad finem providendi; Nec poterat provideri n. 29. solvat, & capiatur summaria informatio; Merito n. 30. & 31. fuit oppositum, quod agatur ordinarie, dum judicium rescissorium non est summarium; ut in principio dixi.

47 Observa n. 3. ubi fuit in calce citationis per citatum, constitutus Procurator in caussa; Quod si citatus extra locum Judicii in calce citationis, opponat exceptionem, nulla habetur ratio, sed contra eum accusantur contumaciæ, & proceditur in contumaciam, quia non dicitur comparere, qui non venit ad bancam, vel mittat mandatum, *Muscat. p. 2. glos. verbum n. 9. Motil. de gr. citat. num. 29. Scop. ad Nicol. fol. 30. num. 150. Petra rit. 28. n. 8.* ubi refert Lelium Cimisulum in chartula citatoria respondisse, intimari N. suum Procuratorem, & concludit judicium persecutum cum tali Procuratore fuisse nullum, quia non est valida hæc constitutio Procuratoris; sed hodie in M.C.V. absque scrupulo nullitatis proceditur cum Procuratore nominato per responsionem in calce citationis, dummodo post replicationem sequatur citatio porterii, ita ut non possit revocari in dubium, an sit replicatio facta per principalem, & de hac nova Praxi introducta est decisio relata in caussa Camilli Barbarese cum Scipione Borrello, teste eruditissimo illo M.C.V. Actuario *de Rogerio in sua Tela judic. fol. 28. n. 65.* & jam quotidie sic practicamus.

In Sac. vero Cons. si casus disceptaretur, satis dubito, dum obstat expresse *Pragm. 79. de Offic. S. R. C. §. 5.* a nullo ex dictis Auctoribus ponderata, per quam expresse prohibetur admitti Procurator constitutus in calce citationis, nisi vere habeat mandatum saltem ad alias caussas; quod bene nota.

„ Et hæc Praxis viget hodie in omnibus Tribunali-
„ bus, non vero solum in S. R. C. ut dicit Author hic;
„ adeout constitutio Procuratoris facta in replicatione
„ omnino non valet, ut fuit cautum in Pragm. de an-
„ no 1738. & aliis.

48 Observa *num. 4. & 5.* in relatione porterii, quod quando citatur extra locum Judicii, dicitur præsentibus T. & T. sed *n. 5.* ubi citatur intra locum Judicii non requiruntur testes præsentes, & antiquitus debebant se subscribere testes, ex *Pragm. 2. de ord. Jud.* ubi *Trois. n. 12.*

Hodie sufficit, ut Nuncius dicat, præsente T. & T. *Rovit. Pragm. 2. n. 5. de ord. Jud.* & sic passim practicamus.

Fallit dicta conclusio in Porteriis Sacr. Reg. Cons. qui non adhibent interventum testium in eorum relationibus, ex *Pragm. 28. de Offic. S. R. C. Prat. ad Muscat. gl. intimato ad n. 9.*

49 Observa *num. 6. & 32.* quod fuit præstita cautio expensarum, quia conventus opposuerat omnes exceptiones dilatorias in forma, in quibus comprehenditur exceptio cautionis expensarum, & quando dicta cautio est petita, si omittatur, acta erunt nulla; imo antiquitus debebatur præstari etiam non petita, hodie si non petatur, non tenetur præstare, *V. fill. ad Afflict. dec. 381. in fin. Motill. de gr. citat. n. 129.*

Et cautius actor non expectat, ut petatur, sed statim adimplet.

50 Observa *n. 7.* quod quicquid disputarunt nostri practici antiqui, hodie terminus necessario per Judicem conceditur, juxta *Rit. M.C.V. 69.* incipientem, *In primis detur terminus*. Ita decisum in Collaterali Consilio refert *Ricc. collect. 2457. & Prat. lib. 3. discept. 6. num. 10.* alias processus est nullus, quia in Regno successit in locum contestationis litis, & sic est actus substantialis, qui omitti non potest, & si non petitur, datur ex officio, & opinio *Muscat.* & aliorum tenentium, non posse dari ex officio, sed ad instantiam partis, habet locum in Curiis Ecclesiasticis, ubi non servatur *dict. Ritus M.C.* nec *Pragm. 7. de ord. Jud.*

51 Ob:

51 Observa *n.* 8. *&* 9. Feriæ æstivæ in his Tribunalibus Supremis servantur, nam in Curiis inferioribus per Regnum non servantur, nisi ubi adsit particulare statutum, & secundum diversa statuta diverso modo servantur, hic Neapoli per *Pragm.2. de feriis* sancitur, ut incipiant a die 14. Julii, & durent usque ad diem 4. mensis Octobris. Sed hodie non sic servatur, quia durant usque ad diem septimum Septembris, post quem diem procedi poterit ad compilationem termini absque dispensatione; sed non ad caussæ expeditionem, nisi transcurso die 8. Octobris; solent tamen prorogari ex rescripto Excellentissimi Proregis usque ad diem 20. Octobris, & aliquando plus, & minus. Et dum durant, ut diximus usque ad diem septimum Septembris; ideo observa, quod non fuit processum, nisi usque ad diem 9. Septembris in dicta caussa, ubi *n.*9. fuit facta electio examinatoris.

„ Prætereundum non esse existimo, quod in millies adducta *Constit.* §.1. *n.* 34. fuerunt hujusmodi feriæ æstivæ omnino sublatæ, utpote inutiles, & celeri negotiorum expeditioni adversantes; quoad vero beneficia ex iisdem resultantia aut debitoribus, aut reis absentibus firmæ remanserunt. Cessat itaque prorsus ad præsens hæc Riccii observatio sub *n.* 51. cum Tribunalia continuentur absque ulla interruptione, ut cæteris anni temporibus per totum mensem Septembris; die vero prima Octobris feriæ indicuntur per totum dictum mensem, & usque ad diem 15. mensis Novembris; quo mense cum dimidio prorsus Curia silet, remanentibus tantum in Civitate duobus Judicibus civilibus, & duobus ex criminalibus alternatim ad electionem Regentis M.C.V. ut vacent expedutioni rerum, quæ magis urgent, & dilationem non patiuntur. Ni aliter in posterum sanciatur.

52 Nam terminus non currit, nisi a die electionis examinatoris, *Prat. ad Musc. glos. Juramenta in princip.* quod intelligas in his Curiis Supremis, nam in Curiis inferioribus regulariter non fit dicta electio, sed Judex recipit Testes; at in casu, quo committit Actuario, vel Scribæ, tunc terminus currit similiter a die electionis respectu Testium præsentium, & respectu Testium absentium a die, quo parti consignatur commissio, & si in Curiis inferioribus non committitur, terminus currit a die, quo fuit largitus, ex traditis per *Reg. de Marin. lib.2. resol.*330.

53 Observa insuper *n.* 34. ubi in calce termini actores offerunt deponere, & *num.*7. in calce termini non fuit oblatum deponere; Aliqui dixerunt, quod depositio offerri debet in calce termini, licet non petatur a parte, alias terminus non currit, ita *Galiup. Giaz. ad Latrum, Sarnut, &c.* sed hi refelluntur, quia terminus currit, quando depositio principalis non petitur ab adversario, nec offertur in calce termini.

Si vero petatur, tunc non currit, nisi offeratur, quia obligatione facta, neque deinde currit, nisi a Judice interloquatur, quod terminus datus currat a tali die, *Caravit. & Reg. Petra rit.*69. *Nicol. fol.*33. *num.*230. *& fol.*56. *n.*99. *Muscat. p.*5. *gl. descendendum n.*20.

Sed cauti Procuratores non expectant, quod petatur, ne habeant impedimentum termini, ut supra, & offerunt statim in calce termini; ideo ne mireris, si in *n.*7. non fuit oblata depositio, & currit terminus, quia nec a parte fuit petita, & *n.*34. licet non fuerit petita, fuit oblata depositio in calce termini, quia fuit Procurator magis cautus.

54 Observa *num* 33 *&* 34. ubi non fuit datus terminus, nisi prius data cautione expensarum, & facta declaratione quantitatis exactæ, & consequendæ, & in decreto termini; dicit, *terminus summarie datus currat ordinarie*. quia in judicio rescissionis ordinarie est procedendum, sicut in omni judicio, ubi requiritur condemnatio, vel absolutio. & ibi dicit, stantibus adimpletis, quia si actor prius non adimplet in cavendo de expensis, non potest procedi ad ulteriora, & quia *num.*32. fuit petitum, ut actor declararet circa quantitatem exactam, & consequendam, & *num.*33. fecit declarationem; Nota quod

Tom. II.

55 Interrogatoria, quæ olim fiebant inter principales ex *l. si quis in jure l. de ætate*, §.1. *&* §. *qui interrogatus, & l. ultima, ff. de interroga. action.* in desuetudinem abierunt ex rationibus per *Menoch. cas.*51. *n.*6. *de arbitrar. lib.*2. Sed hodie interrogatoria ad fundandam intentionem, & circa decisoria non admittuntur, sed tantum circa præparatoria, ne frustra cum eo lis fiat, & elusorium fiat judicium. Hinc orta est praxis, ut hæres declaret, si sit hæres, & bona teneat ante contestationem, & sic ante terminum, quia est declaratio præparatoria, ut sit certus adversarius, cum quo lis erit contestanda, *Sanfel. decis.*41. *num.* 12. *Capyc. dec.*97. *Prag.*6. *de ord. Judic.*

Hinc vicinus potest interrogare, quo titulo rem sibi conjunctam possideat, & si tit. emptionis declaret justum pretium, ut sit certus de pretio pro jure congrui depositando, *Benedell. in Const. Sancimus n.*121. *fol.*157. *&* 372.

Hinc creditor ad petitionem debitoris conventi tenetur ante omnia declarare quantitates exactas, & summam vere consequendam, ut debitor reddatur certus de quantitate per creditorem prætensa, antequam contestetur lis, ut sciat super quo erit contestanda lis, & pro hoc facit *Text. in l. plures* 18. *C. de fid. instrum.* ubi statuitur licere invicem debitori petere a creditore apocam de recepto, & creditori petere a debitore antapocam, qualiter solverit tot pro annua locatione, vel pro alia annua præstatione, ut creditor habeat securitatem probandi annuam præstationem, & de jure Regni facit *Rit. M.C.V.* 286. ubi hæres defuncti in liquidatione instrumenti, ante omnia debet exprimere pro quanta quantitate præsentat instrumentum, & in *rit.*168. debet jurare creditor, si aliquid recepit de summa in instrumento contenta, & debitor interrogatur, si illud instrumentum habet pro vero, *d. Rit.*168.

Et ne actor, & Reus ad imparia adjudicentur, tenetur Actor ad instantiam Rei, & Reus ad instantiam Actoris declarare, *Sanfel. d. decis.*45. *num.*7. *Muscat. glos. hæreditaria num.*6. ita etiam, si hæres sit ab intestato, vel ex testamento.

Quæ interrogationes probant respectu interrogantis tantum, non respectu alterius, *Sanfel. ubi supr.*

Multa mihi restant super hoc dicere, sed ne transgrediar brevitatis institutum, qui fusius vult hanc materiam videre, expectet tertium sequentem Tomum meæ praxis, ubi late dixi circa omnia acta ordinatoria, & actiones, & exceptiones, nam hic aliquid breviter tetigi.

Adverte tamen, quod non licet interrogare debitorem, an debeat, vel non, quia hæc interrogatio concernit probationes negotii principalis, quas aliunde habere debet, *Menoch. cas.*51. *num.*11. contra *Nevis.*, & alios, nec creditor tenetur jurare, quod summa in instrumento contenta sit debita, quando instrumentum est perfectum, *Petr. rit.*166. *n.* 19.

56 Observa *num.*36. quod facta electione examinatoris, ab examinatore fit requisitoria, quæ potest fieri in calce electionis, & notificari una simul decretum electionis, & requisitoriæ ad videndum juramenta testium, & separate potest fieri citatio Testium, ut hic vides *num.*37. Aliqui in citatione Testium apponunt, etiam requisitoriam partis ad videndum illorum juramenta, & sic utroque modo practicatur.

57 Observa *num.*10. 40. *&* 41. quia *num.* 10. apparet facta conclusio omissa publicatione, nam ibi non fue-

runt examinati Testes . At *num*.40. *&* 41. fuit facta publicatio, & conclusio, quia ibi fuerunt examinati Testes, *Motill. de grad.publicat.n.2.* ubi rejicit *Musc.* qui in *glos.repulsæ par.6.num.3.* voluit publicationem fieri debere, etiam si non fuerint factæ probationes.

58 Et nota, quod in M.C.V. expeditur publicatio, & deinde conclusio nulla præcedente monitione, nec instantia partis scripta; At in S. C. & Reg. Cam. Summariæ non potest fieri actus publicationis, nec conclusionis, nisi prius fiat monitio ad publicandum, & monitio ad concludendum, *Sanfel.sect.57. n.1.fol.153. Motill.de grad.public.n.5.*

„ Quid hic observandum veniat ex *nov.Constit.*, di-
„ cemus opportunius *tom.3.*, deo dante, *cap.18. de*
„ *publicatione, tit. de judicio ordinario.*

Et in Curiis inferioribus per Regnum servatur practica tradita a *Nicolin. fol.63. num.120. & Caravit. rit.72. & Sanfel.in summ.ordin.fol.173.num.10.*quod non potest fieri publicatio, nec conclusio, nisi citata prius parte, alias esset nullitas ex defectu citationis, & contra stylum omnium Curiarum Inferiorum consuetudine firmatum, *Ricc. par.4. decis.289. num.21.* quicquid dixerit *Dom.Scopp.ad Nicol.fol.65.*qui debet intelligi de M. C. V. tantum, non de Curiis Regni, de quibus ego possum testari. In Curiis itaque inferioribus præcedere debet instantia partis, in calce cujus fit, *intimetur parti &* si nihil replicatur, fit decretum publicationis, aut conclusionis; si replicatur, providetur super replicatis, si militant, & si non militant, fit decretum publicationis, oppositis non obstantibus, & ita quoque fit in conclusione, *DD. ubi supra*, quibus adde *Muscat. in part.6.glos.partes n.7.*

59 Observa demum *num* 23.24.25. *&* *nu.43. cum seq.* quod sententia diffinitiva, quando fertur in S. Cons. semper fit in ejus calce *lecta lata*, alias esset nullitas, quia esset contra stylum dicti Tribunalis, ubi solent legi, & publicari. Secus in M.C.V. ubi numquam leguntur, nec publicantur sententiæ, & propterea non fit *lecta lata*, & publicata in calce sententiæ, nisi in uno casu, quando in Vicaria fuit lata sententia in contumaciam, *Motil.de sentent.fol.89.n.19.* In aliis Curiis Regni regulariter servatur, ut in omni sententia diffinitiva fit *lecta lata*, & in omni decreto interlocutorio fit, *Provisum die quo supra, Curia &c.* At ubi de particulari stylo non apparet, debet servari, ut servatur in M. C. V. a quibus normam sumere tenentur Curiæ omnes Regni, ita mandat *Prag.5.num.6. de Actuar.& Pragm.6.§.32.de offic.Justitiar.*

60 Observa etiam *num.25.* tunc dici sententiam fecisse transitum in rem judicatam, cum nullo modo fuerit appellatum, & hoc casu, parte non citata, mandatur executioni sententia, prout vides in *d. num.* practicatum; Imo *num.44.* vides, quod absque interlocutoria fecisse transitum in rem judicatam, fuit provisum, quod pro executione decreti lati per M. C. consignetur possessio; nam quando non fuit appellatum, censetur, quod pars acquievit sententiæ,& ideo ex tacito consensu partis quiescentis, executio fit parte minime citata.

Secus, quando a sententia appellatur, sed non prosequitur appellatio, tunc non pronunciatur fecisse transitum in rem judicatam, sed pronunciatur appellationem esse desertam, & hoc casu non exequitur, nisi parte prius citata, alias executio annullatur; *Marant. in 3. & ult. actu principali par.6. num.16. fol. mihi* 521. ex *Decio cons.97. c.2. Bart.Bald.* & aliis ibi *Mans.de causs.exeq.ampl.35.num.15.* & sic sunt diversi termini, quod bene nota; nam multæ causæ sunt, quæ excusant desertionem, & articulus desertionis discutitur coram Judice ad quem, intellige post expeditas, & notificatas litteras inhibitoriales, ut advertit *Motill. de appell. desert. num.81. & Dom. Scopp.* sublimis scientiæ vir ad *Nicolin.in prax.civil.fol.73.num.* 60. nam quando appellans non impetrasset inhibitoriales, tunc pronunciatio desertionis pertinet ad Judicem, a quo fuit appellatum; & ita intelligendus est *Rovit.in pragm.1. de appellat. & Borr. decis.106.n.12.* invicem contrarii, & sic concordantur per tradita a *Muscat. in glos. prosequendum num.3.* & hæc pauca notabilia sufficiant pro judicio ordinario; nam hic Tom. proprie dirigitur pro judicio executivo, & est tempus transeundi ad praxim rescindendi venditionem ex capite læsionis; & ne mireris, quod cum judiciis executivis misceantur etiam aliqua judicia ordinaria, quia rescissio cum fit in judicio executivo liquidationis instrumenti, & datur via executiva pro capitali in judicio graduationis creditorum, ut in principio diximus, conveniens fuit explanare etiam praxim rescindendi in judicio ordinario.

61 *Form. libelli rescissionis pro venditore læso juxta* Text.in l.2.C.de rescind.vend.

Nella G. C. della Vicaria comparisce Pietro T. e dice come gli anni passati, e proprio nell'anno 1675. fè vendita a Giulio T. di una casa sita al T. luogo fine li T.T.T. per convenuto prezzo di doc.49. quando detta casa in quel tempo valeva doc. cento, e più; per lo che ex errore fu indotto, e leso ultra la metà del giusto prezzo; Perciò intendendo godere il beneficio della *l.2.Cod.de rescind. vendit.* Ricorre in essa G. C. e presentando l'assoluzione del giuramento ottenuto, fa istanza rescisso contractu condennarsi detto compratore o a supplire detto giusto prezzo, una con l'interesse, o rilasciarli detta casa una con li frutti, e ricevere li doc.49. pagati, quali offerisce in pronto restituirgheli una con gl'interessi, deducens, &c. non se adstringens, &c. & sibi super omnibus jus, & justitiam ministrari summarie, &c. Così dice, e fa istanza, salve tutte l'altre ragioni, &c. e non solo in questo, ma in ogni modo migliore.

In calce hujus libelli providetur, quod intimetur parti ad finem providendi, & adimpletis adimplendis statuitur terminus ordinarius ad probandum utrique parti, fit electio examinatoris,& compilatur processus in forma solita, & deinde interponitur sententia, condemnando emptorem cum eadem alternativa, ut in libello; nam erit in potestate emptoris decipientis velle rem, refecto supplemento pretii ad beneficium venditoris læsi, vel rem relaxare, & pretium solutum rehabere.

62 In hoc libello advertat libellans, ut prius obtineat habilitationem, sive absolutionem a vinculo juramenti, nam per juramentum positum in contractu venditionis excluditur venditor a remedio *l.2. C. de resc. vendit.* ut concludit *Hodiern. controv.67. num.31.* ex *Dec. cons.216. Soccin. cons.33. lib.2. & cons.48.lib.4. Corn.cons.189.lib.1.*

63 Advertat etiam libellans, ne sint transacti 30. anni, quia læsio vigore *l.2. C. de rescind. vendit.* præscribitur spatio 30. annorum,& obstaret læso exceptio præscriptionis, *Staib.resol.40.num.29.* post *glos.in d.l.2.in verbo Judicis, Menoch.consil.1. num.363. Mastrill. decis.147.num.13.lib.3. Gratian.discept.777.n.12.*

64 Sed tu, juvenis, ut facili modo percipere possis hanc praxim rescindendi venditionem ex capite læsionis, scire debes, quod læsio triplex est; modica, enormis, & enormissima; Rejectis aliis divisionibus, quæ intricant potius, quam extricant praxim.

Modica est illa, quæ se dilatat usque ad dimidiam partem justi pretii,& non excedit ultra dimidiam, quæ est licita, & a lege permittitur in venditione extrajudiciali, ut in *toto tit. C. de rescind. vend.* & signanter

in

in *l.8.* quæ incipit: *Si voluntate sua*. Quicquid aliter sit in foro Poli.

Nam in venditione judiciali, quæ fit subhasta judicii, idest cum decreto Judicis, vel ad instantiam creditorum, vel ad instantiam minoris. Ecclesiarum, Universitatis. fisci. & in omni casu, quo subhasta venditur, tunc læsio modica non habet tantam latitudinem, sed se dilatat usque ad sextam partem justi pretii; & non excedit ultra sextam, quæ similiter est licita in foro fori, quicquid sit in foro Poli, de quo Canonistæ, & per Judicem toleratur, ut res æstimata sex per expertos seu Tabularios, subhastetur pro quinque, & sic sexta parte minus justi pretii æstimati, & non ultra dictam sextam, *de Marin. ad Revert. decis. 453. num. 5. & lib. 2. resol. 41. n. 6. de Luc. ad Franch. decis. 588. in fin.*

Enormis læsio est illa, quæ se dilatat ultra dimidium justi pretii, quæ illicita est, & a lege reprobatur in venditione extrajudiciali, *Tex.* est in *l.2.* quæ incipit: *Rem majoris pretii, & l.8.* quæ incipit, *Si voluntate sua, C. de rescind. vendit.*

Sed in venditione judiciali subhasta enormis est, quæ excedit ultra sextam, quæ nec a Judice, nec a lege tolerari potest, *DD. ubi supr.* & in re minoris decisum refert *de Alex. ad Latr. obser. 121. n. 23.* cum *Amato cons. 87.* reprobato *Latro* ibi contrarium dicente.

Enormissima læsio est illa, quæ valde excedit ultra dimidium, sed quantus debet esse excessus, DD. non conveniunt, sed Judicis arbitrio committunt.

Qui tamen veritatem amat, & vult recte judicare, & adæquate philosophari in nostra Jurisprudentia enormissimam læsionem æstimabit illam, quæ se dilatat ultra duplum. Qui vero velit subtilizare, & academice discurrere, videat varias DD. opiniones relatas a *D. Altim. in laboriosissimo, & utili tractatu de nullit. contr. act. rub. 1. qu. 21. a n. 186. tom. 3.*

65 Hæc distinctio est verior, æquior, & in praxi servanda, & ut magis hæc praxis dilucidetur, exemplificatur modica læsio, quando quis rem valentem decem vendit pro quinque. Tunc venditor non poterit agere pro rescissione venditionis, quia est deceptus. sive læsus in dimidio, & non ultra, & proinde caret actione, & non potest agere ex capite dicti modici pretii, ut *text. in l.8. C. de resc. vend. & in l.2. eod. tit. & DD.* communiter.

Et in venditione subhasta, si res fuit æstimata sex per expertos, admittitur oblatio, & venditio pro quinque, detracta sexta parte, & læsus in dicta modica læsione caret actione, & non potest agere pro rescissione ex *cap. d. modicæ læsionis*, & passim in nostris Trib. Regni admittitur, ut emptor lucretur sextam sobhasta, *de Franch. decis. 120. num 7.* quicquid alii dicant, & disputant, sic servatur in practica.

66 Exemplificatur enormis læsio in venditore, si rem, quæ valet decem, vendat pro quatuor, tunc est deceptus, sive læsus in sex, & sic ultra dimidium. Nam quinque est dimidia pars decem; Et circa hanc exemplificationem in venditore, nemo Doctor discordat, *de Franch. dec. 243. in princ.*

In emptore vero inter *DD.* maxima est controversia; Alii enim eodem modo exemplificant in emptore, sicut in venditore, quando solvuntur venditori quatuor pro re, quæ valet decem; tunc venditor dicitur enormiter læsus, juxta *l.2. de resc. vend.* Ita emptor tunc dicitur læsus, quando solvit sexdecim pro re, quæ valet decem, cum enim medietas decem sint quinque, ultra quinque dicti veri pretii sunt sexdecim in emptore, & quatuor in venditore, ut dicantur læsi ultra dimidiam partem dictorum decem. Hanc opinionem tenet *Glos. in d. l.2. de resc. vend. in verb. Judices* post medium *Thes. in addit. ad decis. 165. num. 8. Cavall. contr. 536. num. 9. Castill. lib. 7. contr. 18. num. 3. Guttier. lib. 2. qu. 133. num. 2.* & alii cumulati per *Fontanell. decis. 67.* qui de anno 1636. *in decis. 68.* decisum testatur in Senatu Cathaluniæ, & alii per *Addent. ad Franch. decis. 243.* ubi refert decisum secundum hanc Glos. opinionem, tanquam magis communem, æquiorem, & praxi receptam, & sic pluries obtinuisse testatur *Cæsar Besogn. in alleg. 3.*

Alii reprobata *Glos. & d. dec. de Franch. 243.* diverso modo exemplificant in emptore, ut modica læsio sit in emptore, quando solvit viginti pro re valente decem, quia res valet dimidium ejus, quod solvit, prout in venditore. quando res valet dimidium plus ejus, quod recipit, dicitur modice læsus, tunc non potest agere.

Et enormis, in emptore exemplificant, quando res valet decem & solvit viginti unum, quo casu res non valet dimidia pars pretii soluti.

Vel sicuti venditor tunc dicitur enormiter læsus, juxta *l.2. & 8. C. de rescind. vend.* quando pro re valente decem recipit quatuor, & sic læditur in sex, quæ læsio excedit dimidium ejus, quod solvere debet emptor. Ita è converso emptor, tunc dicitur læsus, quando pro re valente quatuor, solvit decem, & læditur in sex, & læditur ultra dimidium pretii soluti.

Et si in vendente læsio est, quando dat decem, & recipit quatuor, ita in emente debet esse, quando solvit decem, & recipit rem valentem quatuor, ut in correlativis servetur æqualitas. Et hanc opinionem veriorem censet *Fontanell. decis. 62. n. 2. & 168. Fucchin. lib. 2. cap. 16. Francisc. Stephan. decis. 61. n. 6.* relati per *D. Altim. rub. 1. qu. 11. num. 112. tom. 2. de nullit. contr. Spec. in tit. de rescind. vend. num. 21. Mynsig. cent. 4. observ. 33. Cyriac. contr. 425. Rot. dec. 532. p. 5. rec.* & alii relati per *Addent. ad d. dec. de Franch. 243.*

Fundamentum hujus opinionis est, quia aliter non servaretur æqualitas inter venditorem, & emptorem, sed venditor esset deterioris conditionis, si ei non esset licitum tantundem lucrari de bursa emptoris, quantundem valet res, quam emptori tradit.

Dum emptori solventi quinque pro re valente decem permittitur lucrari alia quinque, vel solventi decem pro re valente 20. permittitur lucrari alia decem; Ita venditori tradenti rem valentem quinque, permitti debet, ut lucretur alia quinque, vel tradenti rem valentem decem, ut lucretur alia decem.

Et dum emptori duntaxat prohibetur solvere 4. pro decem, vel solvere decem pro re valente 21. ita prohibitio in venditore solummodo esse debet in tradendo rem valentem 4. pro pretio decem, vel tradendo rem valentem decem pro 21.

Et non esset bona æqualitas, si emptor recipiendo rem valentem decem, non posset lædi in alia decem; sed venditor recipiendo decem, posset in alia decem lædi, vel recipiendo quinque, posset in alia quinque lædi.

Quando negari non potest, quin ad beneficium venditoris habeamus *Text. in l.2. & l.8. C. de rescind. vendit.* per quas leges succurritur solum venditori læso.

Et ad beneficium emptoris legem non habemus, sed ex *DD.* opinione remedium dictarum legum extenditur etiam ad emptoris beneficium, ex eo, quia venditor, & emptor sunt correlativi, ut notat *Hodiern. contr. 3. num. 21. & glos. in d. l.2. de Franch. decis. 225. num. 1.* ubi Addentes, & licet in hoc concordent *DD.* tamen erit considerandum, quod emptor non meretur ita subveniri, prout venditor. Quia qui emunt, augent, & radicant patrimonium suum, & regulariter istiusmodi viri pollent consilio, & pecunia, & solvunt multiplus pro re sibi placita non inducti ex errore, non decepti in valore; sed ut decipiant venditorem, eumque inducant, & hamo auri trahant ad sibi vendendum: & post venditionem vulpinus emptor repeteret illud plus absque timore, quod venditor posset refun-

refundere pretium receptum, & repetere rem venditam, quia regulariter vendentes sunt impotentes ad reemendam rem venditam, & qui vendunt, sunt homunculi, vel inclinati ad dissipandum, & parum prudentes in conservandis fortunis suis, vel necessitate, & debitis pressi, qui pro omni vili pretio res suas dissipant, & est vulgatum adagium; *Che il bisognoso con l'usurara si accordana volentieri*.

Propterea vulpini emptores volentibus vendere solvunt vile pretium, nolentibus vendere solvunt carum, ut ad sibi vendendum inducant, & utroque casu decipiunt, & non decipiuntur.

67 Et quod emptor non meretur ita subveniri, observa quæio in subhastatione, ubi venditer læsus ultra sextam rescindit venditionem, sed emptor etiam ultra dimidium læsus non auditur, quia non debuit offerre ultra appretium, & animose licitari, & sibi imputet, cur carius emere voluerit, *D.Altim.* veritatis indagator *d.tom.3.rub.1.qu.11.num.115.* ex *Pesthio de subhastat.inspect.59.num.23. Rosa* colendæ memoriæ, & insignis doctrinæ vir *consult.27. num. 37.* & ex aliis ibi.

68 At quidquid in puncto juris sit, & in disputando; tamen in practica in his nostris Tribun. Regni servatur prima opinio, secundum *glossam* communiter receptam, & signanter a nostro S. R. C. teste *de Franch. d. dec.243.* & fundamentum hujus practicæ est, quia *Text.* loquitur de dimidia veri pretii, quod solvi debet, & non de dimidia pretii injuste soluti. Pro re itaque digna decem, licitum est solvere quinque, vel quindecim, & sic dimidium minus, vel plus, & si minus quinque, erit locus læsioni pro venditore, sin majus quindecim, erit locus læsioni pro emptore. Nam quinque est medictas decem, quod est verum pretium, & dimidium justi pretii attenditur, non dimidium injusti pretii, quod solvitur, juxta *d.l.2. de resc.vend.*

Præter voluntatem prolixior fui in hoc capite, sat prata biberunt, transeamus ad enormissimam læsionem.

69 Enormissima læsio, quidquid diversis modis apud *DD.* disputatur exemplificatio in practica, non est recedendum ab æquali mensuratione, quæ fit de minima, & de enormi; & juxta æqualem latitudinem inter eas, exemplificatur sic, quando res valens 30. vendatur pro decem, vel valens 15. vendatur pro quinque, tunc venditor est enormissime læsus, qui in duplo ejus, quod valet læditur.

Et è converso, quando res valens decem, ematur pro 30. vel valens quinque, ematur pro 15. tunc dicitur enormissime læsus emptor, *Dom. Altim.* decus togæ, in aureo *tract. de nullit. contract. rubr.1. qu.11. num.189.tom.3.* ex doctrina *Corn.consil.124.col.1.vol.3. Capyc. dec.159. num.24. Pariador. cap.4. num 50. & differ.114.in fin.Fab.lib.4.Cod.tit.de rescind.vend.def.3. & 26. Castill. tom 7. cap.18. num.8. Cancer. var.lib.2. cap.1.n.39. Antun.de temp.legal.lib.2.cap 65.n.8.*

70 Et sic modica læsio est usque ad dimidium, & non ultra, enormis ultra dimidium, ultra simplum, & citra duplum, & enormissima læsio est in duplo veri pretii, & ulterius, & sic ultra duplum, ultra triplum, quadruplum, & ulterius.

Ex his observa, quod habent æqualem latitudinem, & metam inter se, & praxim facilitat hæc tripartita læsio.

71 Enormis ab enormissima differt; Primo, in quantitate, ut supra est exemplificatum.

Secundo, in modo agendi; Quia in enormi actio datur, & agitur cum alternativa ad beneficium lædentis, vel supplendi justum, vel restituendi rem.

In enormissima actio datur, & agitur præcise ad rem restituendam, & lædens non habet alternativam, nisi læsus consentiat, ut habeat, *Dom. Carol. de Alex.* perspicacissimus, & supremis honoribus dignissimus ad *Nicol.fol.116.n.140.*

Tertio enormis differt ab enormissima in modo condemnandi, quia in enormi conventus condemnatur ad fructuum restitutionem a die litis motæ, qui est ordinarius modus condemnandi.

Sed in enormissima condemnatur a die factæ alienationis. Ea ratione, quia enormiter læsus non rescindit, seu annullat contractum ex tunc, sed ex nunc ad electionem lædentis; sed enormissime læsus rescindit, & annullat ex tunc, absque quod condemnatus possit eligere, si velit rem retinere pro justo pretio refundendo, *Reg. de Marin.lib.1.resol.153.num.4. Olea de cession.jur.qu.1.num 52. Fontanell.dec.64.* & alii relati per *D.Altim.d.tom.3.rubr.1.qu.11.n.208.*

Quarto differt in modo contrahendi, quia enormis læsio non habet locum, & cessat remedium *l.2. & 8. C. de resc. vend.* quando in contractu venditor donavit irrevocabiliter inter vivos omne plus, *Aff. dec. 80. num.2. Thesaur.in addit.Patris dec.165.Staib.resol.40. num.20.*

Sed enormissime læsus quamvis donavit excessum justi pretii, adhuc potest pro læsione agere, *Dom. Altim.in tract.de nullit. tom.3. rubr.11.qu.11.num.216.* ex doctrina *Gomes. lib.2. var. cap.2. num.26. Cavall. qu.511. Fontanell.decis.63.n.21.* & alii innumeri.

Quinto, differt, quia enormiter læsus potest renunciare, & juramento contravenire potest.

Sed læsione enormissima data, non obstante quibuscumque clausulis, & renunciationibus, revocari debet, *Cassiodor. dec.5.de empt.& vendit. Covarr.lib.2. resol.4.n.5. Novar.p.1. qu for.140. in fin.* hanc opinionem in practica servandam, & veriorem dicit *D. Altim.in d.rubr.1.q.11.tom.3. n.234. & seq.* ubi sexcentum citat, & in *num.228.* concludit, non obstare juramentum in enormissima læsione, cum *Afflict.dec.80. num.5. & 322. num.9. Franch.dec.119.num.6.* & aliis innumeris ibi citatis.

Et hæ differentiæ sufficiunt pro praxi, ne institutum nostrum brevitatis excedamus.

72 *Form. libelli rescissionis pro emptore læsa.*

In M. C. V. comparet Julius T. exponens, qualiter in anno T. ex errore ductus fuit ad emendam domum a Petro T. sita in T. loco juxta T. fines pro ducatis biscentum, quando vix justum pretium ejus erat ducatorum centum, imo minus; Et propterea in emptione prædicta fuit ultra dimidium dicti justi pretii enormiter læsus, recurrit proinde in dicta M. C. & instanter petit condemnari venditorem, vel ad restituendum illud plus una cum interesse, vel ad restituendum totum pretium solutum, una cum interesse, & recipiendam domum una cum fructibus, quam in promptu offert, deducens &c. non se adstringens, &c. & super omnibus sibi jus, & justitiam ministrari summarie, protestatione præmissa de omnibus damnis, expensis, & interesse, ita dicit, & instat, salvis, &c. omni alio meliori modo, &c.

73 Sit cautus Advocatus in probando justum pretium tempore contractus; nam illud attenditur, & non postea subsequutum, *Staib. resol.20. nu.7. & resol.28. nu.26.* Et *Cæsar Bisogn. in alleg.3.* cum *Nevia. cons.89. num. 6.* docet praxim articulandi in dicto judicio, ut

Primo, probetur, quod res tantum valebat tempore venditionis.

Secundo, quod ex errore fuit deceptus, & læsus pro tali pretio, quod est ultra dimidiam partem justi pretii.

Tertio, quod offerat restituere, quod accepit, & ponat alternativam, ut in libello diximus.

74 E converso sit cautus Advocatus cedentis conventi

et articulare ad excludendam læsionem, quod res vendita non fuit integra vendita, sed pro parte tantum à venditore debitis gravato sine cautione, *Ludov. cum Beltram. dec. 554. num. 11. & seq. Sabell. in §. læsio num. 11. in fin.*

Item articuletur, quod non fuit promissa evictio; Nam ratione hujus periculi pretium dicitur justum, etiam dempta tertia, vel quarta parte veræ æstimationis, *Altogr. consf. 63. n. 21. lib. 1.* & aliis ibi.

Et si sit promissa evictio, articuletur impotentia venditoris, qua attenta, neque est cautus emptor in casu evictionis. *Sabell. in verb. Pretio num. 2. Gratian. discept. 912. num. 14. Ludovis. dec. 553. num. 15. Bich. dec. 600.*

Item articuletur, quod sunt, vel imminent lites super re vendita, *Rot. dec. 147. par. divers. n. 5.*

Item emens creditum vilius, debet ad excludendam læsionem articulare, qualiter debitor est valde potentior, ut creditum sit quasi perditum, vel qualiter adest timor vexationis, vel futuræ inopiæ, vel malignitatis debitoris, & similium, quia in ejusmodi casibus non habet locum rescissio, ex *d. l. 2. & 8. C. de rescind. vendit.* ut tenet *Hodiern. controv. 37. num. 9.* ex *Soto, Navar. & Scaccia de commerc. §. 1. q. 1. n. 433.*

75 Si emptor sit læsus, ipseque rem alienaret alteri, tunc adversus venditorem lædentem actionem habere non potest pro recuperando illud plus justi pretii solutum, quia venditor lædens, dum habet electionem rehabendi rem venditam, potest eligere, ut restituatur res vendita, quæ restitui non potest ex culpa emptoris læsi, qui eam alteri alienavit, nisi is, in quem fuerit facta solutio, offerat restituere primo venditori dictam rem alienatam, ut decisum refert *de Franch. dec. 243. in fin.* ex doctrina *Gomes. de empt. & vendit. tom. 2. cap. 2. num. 11. fol. 151. Gutierres qu. 137. lib. 2.* quibus adde *Pinell. cap. 1. num. 29. in fin. in princip. d. leg. 2. cap. 1. Hodiern. contr. 3. num. 81.* quidquid confuse dixerit *de Luca ad dec. de Franch. n. 4.*

Secus quando venditor læsus ageret contra emptorem, non obstante, quod emptor ille alteri vendiderit rem.

Sed non potest agere contra tertium, & sic contra singularem successorem, nisi duobus concurrentibus; Primo, ut secunda venditio eodem modo laboret; secundo, ut primus emptor non sit solvendo.

Et sic è converso habens caussam ab emptore decepto, non potest intentare remedium *l. 2.* contra primum venditorem, nisi duobus pariter concurrentibus; Primo, ut possideat titulo oneroso; Secundo, ut is, a quo caussam habet, non sit solvendo, & sic remedium *d. l. 2.* non transit ad donatarium, nec ad alium singularem successorem, nec active, nec passive, ut late *Hodiern. controv. 3. per totam.*

76 Ubi tamen nota, quod *d. Hodiern. in d. controv. 3.* substinere conatus est, quod remedium *d. l. 2.* usque transit ad universalem heredem; quod mihi non placet, quia esset hæc conclusio contra litteram, & mentem *d. l. 2.* ubi expresse non solum patri læso, sed filio concessit dictum remedium, & in summario *d. legis* expresse deciditur, quod etiam hæredi competit dicta actio, quod bene nota.

77 Advertendum tandem erit, quod læsus citra dimidium, licet non possit agere actione ex contractu per *d. l. 2. C. de rescind. vendit.* ut superius diximus; tamen intelligas, quod si dolus, vis, metus intervenerit, poterit agere actione vis, metus, & doli, &c. Ideo si quis nolens vendere fuerit inductus ad vendendum ex dolo adversarii; probato dolo, contractus rescinditur, & annullatur, etiam si solutum sit justum pretium, quia annullatur ex defectu consensus. Et si volens vendere pro tali pretio, & fuerit circumductus vendere vilius, tunc non deficit consensus circa venditionem, sed ratione doli in pretio sufficit quælibet minima læsio ad rescindendum, *l. nec ex dolo, ff. de dolo*, & late *Dom. Altim. tom. 3. rubr. 1. qu. 11. de nullis. contract. n. 1. & 289. & 300.*

78 Et in venditione necessaria, quando capiuntur bona privatorum pro ampliatione Ecclesiæ, vel ob bonum publicum, debet solvi justum pretium æstimatum per expertos, sine deductione sextæ partis; ita decisum in Regia Camera, *de Marin. ad Revert. observ. 402. n. 3. de Luc. ad Franch. dec. 589. in fin.*

79 Ultimo, pro finali conclusione datur cautela pro emptore subhasta emente vilius, ut de Judicis mandato denuncietur domino rei subhastatæ, ut eligat, an velit debitum solvere, & rem pro illo pretio retinere, quo casu non poterit postea rescissionem, seu annullationem prætendere ex capite læsionis, etiam data læsione ultra dimidium, *Mastrill. decis. 33. num. 9. Fontanell. decis. 65. Cavall. q. 536.* & alii relati a *Dom. Altim. d. rubr. 1. qu. 11. num. 214. de nullis. contract.* Et ego adderem, ut mandatum concipiatur, quod infra tot dies si velit rem pro tali pretio retinere, solvat debitum, aut in eodem termino procuret meliorem oblationem, alias providebitur, quod imponatur silentium; & sic nos quoque silentium ponamus huic *Praxi de rescissione*.

Et solum addas pro instructione Curiarum inferiorum has duas sequentes form. sententiæ.

In Dei nomine. Amen.

80 In caussa rescissionis contractus emphyteutici petitæ in hac Ducali Curia Laurini per Marcum Thomasinum contra N. emphyteutam, ob canones non solutos, ut ex actis.

Die 7. mensis Octobris 1703.

Visis instantiis Actoris, viso instrumento fol. 3. visis iteratis præceptis, quibus N. conventus non curavit parere, fuit per Ducalem Curiam Laurini provisum, & diffinitive decretum, ac ipsa Curia declarasse esse locum petitæ caducitati, dictumque N. emphyteutam in commissum incidisse, & proinde rescisso contractu, prædictum N. cogi debere ad relaxanda bona in dicto instrumento præsentato descripta, & ad solvendos petitos ducatos 50. pro quinque annatis decursos, & non solutos, una cum expensis præsentis Judicii, & in possessionem dictorum bonorum dictum Marcum Thomasinum immitti debere, utile cum directo dominio consolidando, prout præsenti decreto ita exequi mandatur, veruntamen si dictus N. emphyteuta infra alios dies decem moram purgaverit, & dictos decursos canones cum effectu exponenti solverit, in executione præsentis decreti rescissionis supersedeatur, hoc suum, & intimetur.

N. Gubern. & Jud.

Lectum latum die, quo supra Laurini, Curia pro Tribun. sedente, præsentibus pro testibus T. T. T. T. & aliis.

N. Ab.

In Dei nomine. Amen.

81 In caussa rescissionis contractus emphyteutici petitæ in Ducali Curia Status Laurini per T. Procuratorem Rev. Capituli insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ dictæ Terræ Laurini contra Franciscum T. filium, & heredem q. T. ob deteriorationem factam in fundo, ut ex actis.

Die 15. mensis Septembris 1703.

Viso libello fol. 1. & instrumento præsentato fol. 3. visis testium depositionibus fol. 15. ad 20. Publicatione fol. 21. conclusione fol. 22. & actis omnibus, partibus monitis, & auditis, per Ducalem Curiam Status Laurini provisum, & decretum est, esse locum petitæ caducitati ob deteriorationem factam in fundo in emphyteusim, & sub pactis emphyteuticis concesso per dictum Rev. Capitulum ad dictum q. T. dictumque Fran-

Franciscum filium in commissum concidisse.

Et propterea rescisso contractu ipsum Franciscum cogi debere ad relaxandum fundum in actis deductum, situm in loco, ubi dicitur T. juxta fines T.T.T. & ad solvendum ducatos tot decursos pro rata temporis usque ad præsentem diem, una cum expensis præsentis judicii liquidandis, & in possessionem dicti fundi dictum Rev. Procuratorem, quo supra nomine immitti debere, utile cum directo dominio consolidando, prout contractus prædictus rescinditur, & ipsum Franciscum cogi ad relaxandum, & ad solvendum, & dictum Procuratorem nomine dictæ Ecclesiæ in possessionem immitti mandatur, modo ut supra, omnique alio meliori modo, per hanc diffinitivam sententiam, & intimetur.

T. Jud. & Gub.

Lecta lata, die quo supra, Laurini, Curia pro Trib. sedente, præsentibus pro testibus T.T. & aliis.

T. Ablaur.

Jam his supra memoravimus quid novi in praxi ex *coss. Cons. inductum*, unde ne eadem hic repetantur, ibi quis velit perlegat.

Finis Sexti Tituli.

SEPTIMUS TITULUS

De Judicio Assistentiæ.

PRÆLUDIUM.

S U M M A R I U M.

Assistentia quid sit, num. 1.

Assistentiæ Etymologia quare sic vocatur, num. 2.

Assistentia judicium est privilegiatum, & quasi executivum, num. 3.

Creditori eligenti viam agendi judicio assistentiæ, non licet variare in judicio executivo, num. 4.

Exceptio litis pendentia non datur in judiciis executivis, neque peremptio instantiæ, num. 5.

Divisio hujus Septimi Tituli, num. 6.

1 Dum loquuturi sumus de Judicio Assistentiæ, inquirere primo debemus: quid sit Assistentia? Et dicimus, quod Assistentia est declaratio Judicis officii, ad hoc ut possessionis capturæ assistat; vigore pacti de capiendo. *Mostil. in Arche. 97. fol. 136. num. 11.* per *Text. in l. 3. de pignorib.* ibi: *At tamen auctoritate Præsidis possessionem adipisci debet.*

2 Et vocatur assistentia ab assistendo, quia imploratur officium Judicis, ut assistat captioni possessionis bonorum debitoris pro executione pacti de capiendo bona. Et Judex interponit decretum esse præstandam assistentiam super bonis rubricatis, *Muscatel in 1. part. Gloss. sententia num. 142.* post *Marant. tit. an super petit. vel possess. num. 59. & par. 6. membr. 8 rubr. & producantur scriptura num. 30. Barbat. gloss. 1. de assist. num. 10. in fin.* reprobato *Gaito ibi allegato*, & aliis aliter sentientibus.

3 Assistentiæ judicium, quod frequentamus in hoc Regno, vigore *Regia Pragmatica unica de assistentia*, est judicium adeo privilegiatum, ut connumeretur inter judicia executiva per *Carleval. lib. 1. tit. 2. disp. 8. num. 4.* licet re vera non sit proprie judicium executivum; nam est modus urbanius agendi, quam per illos modos executivos extraordinarios suprapositos, imo potius dicitur judicium ordinarium, quia in eo libellus, vel alia talis qualis petitio necessaria est, per quam petitur specifice assistentiam sibi præstari; necessarius est terminus ordinarius, sententia, & omnia alia substantialia judicii ordinarii.

4 Adeo quod ubi creditor elegit hanc viam agendi vigore *dicta Regia Pragmatica unica de assistentia*, non possit ulterius agere via executiva extrajudiciaria, quia obstat exceptio litis pendentiæ in judicio assistentiæ & si elegit viam ordinariam, obstat exceptio litis pendentiæ in judicio ordinario, secundum *Marant. part. 6. membr. 9. n. 31.*

Sed vide, quæ latius diximus in *Tit. de via executiva*, ubi contrariis invicem opinionibus relatis habebis conclusionem, ampliationem, & limitationes, & dicemus in exceptione litis pendentia, & diximus alias in *Tit. 1. de liquidat. instrum. cap. 19. n. 3.*

5 Secus est in illis judiciis vere executivis extrajudiciariis superius positis, quæ sunt privilegiata, ut in eis non detur litis pendentia, quia creditor poterit executive agere apud diversos Judices, & per diversos processus executivos, adhibitisque diversis remediis, non obstante exceptione litis pendentiæ executivæ, ut diximus superius in *Tit. de via executiva*.

Ibi etiam diximus, quod in dictis judiciis executivis, neque perimit instantia, licet contrarium teneat *Tollon. in prax. consuandi rubr. qua quidem executio, fol. 530. n. 36.*

6 Verum licet sit judicium ordinarium, quia est nimis privilegiatum in nostro Regno, de quibus privilegiis inferius dicemus, & in nostris Regni Tribunalibus frequentius practicatur, quam alia judicia; ideo inter judicia, seu remedia privilegiata, quæ creditor habet contra debitorem, conveniens visum fuit in hac prima Specie Judiciorum, quæ fiunt per creditores instrumentarios, subnectere etiam Praxim, & formulas hujus judicii similiter privilegiati de assistentia, ut Tyrones in hoc tomo habeant totam praxim pro creditore instrumentario; merito nunc successive ponitur hic Septimus Titulus.

Qui Septimus Titulus dividitur in sequentibus Cap.

I. Cap. De Assistentia in genere.
II. Cap. De Requisitis in Judicio Assistentiæ.
III. Cap. De methodo, & formulis omnium actorum in Judicio Assistentiæ.
IV. De Praxi procedendi ad subhastationem cum praxi liquidandi interesse, & taxandi expensas.
V. Cap. De Praxi Adjudicationis.
VI. Cap. De Privilegiis, & exceptionibus, & aliis notabilibus in judicio assistentiæ.

C A P. I.

De Assistentia in Genere.

S U M M A R I U M.

Assistentiæ Judicium quare practicatur in Regno Neap. & non in aliis Regnis, num. 1.

Assistentiæ judicium non habet locum contra Clericos in Regno, & quare, & quando habet locum, num. 2.

Prag. de assistentia, qua de causa fuit edita, num. 3.

Ass-

Assistentia in Regno semper petitur ad finem vendendi, vel adjudicandi, num.4.

1 HOc Assistentiæ Judicium in Regno nostro practicatur ob dispositionem *dictæ Regiæ Pragm.*, in aliis vero Regnis hoc judicium non est notum, sed utuntur interdicto *Salvianno*, ut annuit *Barbat. de Assist.gl.1.n.31.in fin. & Motill. in suo Archetyp.fol.138. n.20. in fin.* & aliis remedi.s juris.

Sed verius assistentiam appellamus in Regno illud idem judicium, quod de jure communi dicimus remedium *l.fin.C.de acquir. possess.* ita *de Marin. lib.2.resol. 62. in fine*.

2 Neque in hoc Regno habet locum contra Clericos tertios possessores hoc judicium assistentiæ, & nec remedium *l.fin.C.de acquir.possess.* ut annuit *Barbat.cons. 28.col.fin. vol.1.* quem citat, & sequitur *Pisanell. ad Affl.decis.*139. & ratio est, quia Statutum laicale non cogit Clericos, nisi ex *Ritu Episcopalis Curiæ* caveatur, ut assistentia procedat etiam in Curia Ecclesiastica, uti in multis Diœcesibus observari vidi, ex peculiari Ritu, sive ex provisione Synodali, prout est in *Synodo Caputaquensi*, celebrato in nobili Terra Laurini per *Ill. Episc. Carafa*, ut *fol.228. rit.95.* & in Episcop. Curia Nuceriæ Paganorum vidi multos processus assistentiæ.

3 Causa edendæ hujus *Reg. Pragm.* fuit ad tollenda dissidia *Doctorum* tenentium fieri debere prius principalis debitoris discussionem, & deinde ad tertium deveniri, dum in hoc variæ fuerunt *Doctorum* sententiæ, & propterea fuit necessaria dicta *Reg. Pragm.* per quam nil de novo additur, sed declaratur posse absque discussione principalis agi contra tertios possessores, prout de jure communi permissum erat creditori agenti remedio recuperandæ possessionis ex conditione, *l.fin.C.de acquir.possess.* ut concludit *Motill. in Archetyp.fol.149.n.37.* post *Marcian.cons.65.num.10. tom.2.*

Et per *dictam Pragm.* fuit hoc judicium in Regno introductum ad beneficium creditoris instrumentarii contra tertium possessorem, ut possit non solum petere assistentiam ad finem detinendi bona loco pignoris, vel hypothecæ, donec ei fuerit de credito satisfactum ex fructibus, sed etiam ad finem adjudicandi mediante appretio. Nam in aliis Regnis, ubi tale statutum, sive talis Pragmatica non viget, creditori non conceditur per Judicem appretium, sive adjudicatio, nec facultas vendendi, nisi obtenta prius dispensatione a Rege, juxta *leg. vetustissimam fin. C. de jur.domin.impetr.*

Sed in hoc Regno est dispensatum per hanc *Pragmaticam*, ut creditor a quocumque Judice obtineri possit non solum assistentiam, sed etiam appretium, seu adjudicationem mediante appretio. Quo fit, ut in sententia dicatur, præstetur assistentia ad finem vendendi, vel adjudicandi in forma, idest mediante appretio, ut perpulchre dilucidat *Barb. in glos.2. per tot. de Assist.*

4 Et relictis aliis, quæ potius intricant mentem, quam extricant praxim, cum nostrum institutum sit, brevitate, & facilitate Praxim Juvenibus explicare, quicquid sit in aliis Regnis, in hoc nostro Regno hoc jure utimur, ut sive petatur contra principalem, sive contra hæredem, sive contra tertium possessorem, semper peti potest ad finem vendendi, vel adjudicandi, dummodo habeat instrumentum cum requisitis, ut in *Pragm.*, de quibus in sequenti Cap.

C A P. II.

De Requisitis in Judicio Assistentiæ.

S U M M A R I U M.

PRagm.1. de Assistentia *tenor*, num 1.

Pragm. de Assistentia, *ut habeat locum, sex requisita sunt necessaria, & quæ sint, numerantur*, num.2.

Requisita in judicio assistentiæ, si non omnia sex concurrant, quomodo profertur sententia, num.3.

Instrumentum quale, & quomodo esse debet in judicio assistentiæ, num 4.

Obligatio bonorum qualis, & quomodo esse debet in judicio assistentiæ, num.5.

Clausula sive pactum de capiendo, si non legatur in instrumento, an censeatur appositum, & præstari possit assistentia, num.6.

Clausula constituti effectum parit, ut non sit necessaria excussio principalis, ideo non requiritur dicta clausula, quando agitur contra principalem, sed requiritur dumtaxat, quando agitur contra tertium, num.7. *& vide* num.9.

Assistentia an præstari possit, si in instrumento non fuerit appositum constitutum, nec precarium, num.8.

Assistentia contra tertium præstari non potest, nisi facta discussione cum hærede principalis mortui; Non obstante Pragmat. *dictante, posse concedi assistentiam principali non discusso, quia intelligenda est principali vivente, secus illo mortuo*, num.9.

Clausula constituti, & precarii an censeatur apposita in instrumento, licet ibi non legatur, num.10.

Capitula matrimonialia non stipulata, quando habent vim, ut instrumentum publicum, & viam executivam contra debitorem, num.11.

Assistentia præstari non potest nisi in libello expresse petatur, num.12.

Extrema in judicio assistentiæ, quæ sint, & quomodo probentur, num.13.

Assistentia quando concedenda est quando non, ad instantiam creditoris super bonis debitoris sui debitoris, num.14.

PRagmatica 1. de Assistentia, tenor est v3.

Assistentiam, & appretium contra tertium possessorem pro executione instrumenti continentis obligationem bonorum, pactum de capiendo, cum constitutione precarii, peti posse, & per Judicem concedi absque aliqua discussione contra principalem facta, aliis concurrentibus, quæ de jure necessaria sunt in assistentia, vel hypothecariæ causa, declaramus.

Ex *supradicta Pragmatica* colligere poteris requisita necessaria in Judicio assistentiæ esse infrascripta sex.

Primum requisitum, ut creditor habeat instrumentum; ibi: *Pro executione instrumenti*.

Secundum requisitum, ut in instrumento adsit obligatio bonorum, ibi: *Instrumenti continentis obligationem bonorum*.

Tertium requisitum, ut instrumentum non solum contineat obligationem bonorum sed etiam pactum, seu potestatem capiendi, ibi: *Pactum de capiendo*.

Quartum requisitum, ut contineat etiam clausulam constituti, & precarii, ibi: *Constitutione precarii*.

Quintum requisitum, ut in libello expresse petatur assistentia, ibi: *Peti posse*.

Sextum requisitum, ut concurrant alia, quæ de jure necessaria sunt in caussa assistentiæ, vel hypothecariæ, ibi: *Aliis concurrentibus, quæ de jure &c.* Et quæ sint hæc alia, quæ concurrere debent, *Pragmatica* non explicavit. Ideo recurrendum est ad jus commune, quo attento, requiritur, ut probentur duo extrema;

trema; Primum, rem obligatam fuisse in bonis, & de bonis debitoris tempore obligationis, seu post: secundum, quod ad præsens possidetur per conventum dicta res obligata.

Quæ sex requisita copulative requiruntur; itaut uno ex his sex requisitis deficiente, creditor non obtinebit, sed interponetur sententia, quod conventus absolvatur ab observatione Judicii, salvis juribus Actori rectius agendi, *Papar. in tit. 4. sua Praxis num. 11. in fin. Muscat. glos. sententia num. 139. & Rodver. cons. 29. num.* 48. ubi practicatum refert per S. C. in assistentia petita contra Franciscum Bernoc, vel salva provisione facienda, melius instructo processu, quo casu actor condemnatur ad expensas, *Barb. de Assistent. glos.* 1. *num.* 23. quod intelligit habere locum in assistentia intentata contra tertium possessorem; nam contra principalem condemnatur debitor in actione personali ad solvendam quantitatem debitam, salva provisione facienda, quoad assistentiam petitam, *Barb. ubi supra*.

Super quibus singulis sex requisitis sunt aliqua notabilia observanda, &

4 Primo, super primo requisito notabis, quod instrumentum intelligitur, ut sit publicum per Notarium Regium stipulatum; nam si esset stipulatum per Notarium Apostolicum, vel alterius Monarchiæ, secus; de qua re vide, quæ late diximus superius in *Tit. 1. c. 2. per totum*.

Item, quod sit instrumentum debiti de jure debiti; Nam si debitum de jure non deberetur, ut si esset sine caussa, ut diximus in *Tit. 1. cap. 6. num.* 14. vel ex falsa caussa, aut ex errore indebitum, tunc non præstatur assistentia.

Item, quod creditum sit purum, & consequenter, quod nata sit actio, si enim esset creditor in diem, vel sub conditione, non posset ante diem, vel conditionis eventum agere, ut dixi in *d. Tit. 1. cap. 6.* & antiquitus requirebatur, ut instrumentum esset in pergameno reassumptum, juxta Constitutionem Regni; *Instrumentorum rebur*. Quod requisitum hodie non est in usu in judicio assistentiæ, & aliis judiciis extra liquidationem criminalem via Ritus, sed admittitur copia in bombacina, vel fides Notarii, & sic servatur, rejecto *Paparo, Maranta, Muscat. & aliis*, teste *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 186. & lib. 2. resol.* 139. *Barbat. de assist. glos. 4. num. 9.* & nos diximus in *Tit. 1. cap. 1. n. 17.* & notoria praxis nos id docet.

5 Circa secundum requisitum, ut adsit obligatio bonorum, scilicet hypothecaria, & sic debet esse creditor hypothecarius, qui habeat obligata bona vel specialiter, vel generaliter, & quod bona obligata sint de illis, quæ potuissent obligari, nam si obligarentur bona feudalia absque assensu, illa obligatio non esset valida; ita bona minoris absque decreto, & aliis requisitis, & jus adeundi hæreditatem, cum non sit in bonis, sed extra bona, juxta *decisionem de Franch.* 101. & bona fideicommisso subjecta, nisi in casibus a jure permissis, & aliis, de quibus est videndus *Barbat. in glos. 5. de assist.*

Hinc est, quod in Regno nostro Neap. assistentia concedi non potest creditoribus emptoris super illo prædio, ubi venditor reservavit sibi translationem dominii; Etiam illi, qui dedit pecuniam ad illud emendum, quamvis emptor constituerit annuum reditum, seu censum pro pecunia recepta; quoniam in prædicto prædio nulla contracta est hypotheca in favorem mutuatoris, neque constitutio census super illa re valet, quippe cum non sit emptoris, dum integrum pretium non solvit, ob reservationem dominii; quare emptor illud prædium tamquam rem alienam non potest hypothecæ, aut censui subiicere, *l. 1. & 2. C. si aliena res pignori data sit*, & sine hypotheca assistentia præstari non potest; *Pragm. 1. de assistentia*. Oportet igitur esse cautos, qui in similibus casibus consilia dant, *Carlev. lib. 1. tit. 3. disp. 8. sect. 5. num.* 70. Qui *Carlev. num.* 57. miratur *de Rovito*, qui *in dec. 7.* contrarium substinet, & cum *Carlev.* tenet *Cenc. de censib. p. 2. cap. 2. qu. 3. art. 4. Gratian. dec. 13. Hodiern. ad Surd. dec. 177. num. 8. Bellon.* de his, quæ fiunt incontinenti *cap. 182. n. 7.*

Licet pro defensione *Rovit. D. Altim. in sua copiosa addit. ad d. decis. 7. num.* 17. adducat *Giurb. obs. 94. num.* 13. docentem, validam esse venditionem annui census Bullaris factam per emptorem non obstante reservatione dominii; Quia contractus perfectus est, & illa reservatio importat solum, ut venditor præferatur creditori emptoris. Et adeo hoc est verum, ut periculum rei emptæ cedit in damnum & commodum emptoris. & vicinus potest exercere jus congrui contra emptorem, & si dominium non esset translatum in emptorem, hæc locum non habere possent, sed venditor posset ipse constituere annuum censum super illa re vendita, cum dominium, aut penes unum, aut penes alium esse debeat, & si venditor posset censum constituere, daretur casus, ut res duobus posset vendi; ex his patet, quod hæc ultima opinio *D. Altim.* cum suo *Rovit.* est magis æqua.

Unde attenta hac opinione *Roviti*, venditor non haberet dominium super re vendita, non obstante, quod illud sibi reservavit, & consequenter non posset venditor illam rem subjugare censui ad formam Bullæ. Advertat tamen, qui habet pecuniam, ne sub incerta opinione Judicum, pecuniam suam submittat.

Et cautela erit subjugare censui rem propriam debitoris, & non illam emptam, habita fide de pretio, quæ tamen venit sub generali obligatione bonorum futurorum, quod bene intelligas, ne erres.

Imo quod obligatus, sit talis persona, quæ possit se obligare, scilicet quod non sit furiosus, vel aliter inhabilis, & quod non sit minor.

6 Circa tertium requisitum notabis, quod anno 1614. decisum fuit in Sac. Cons. cum interventu Præsidis, & Adjunctorum esse præstandam Assistentiam, non obstante, quod in instrumento pactum de capiendo non aderat, ut refert *Thor. in compend. verb. pactum de capiendo*; forsan, quia talis clausula est solita apponi in instrumentis, ideo pro expressa haberi debet, ex traditis per *Afflict. dec. 265. num.* 83. vel quia per clausulam, *constituti, & precarii*, suppletur, *Thor. ibid.* Sed de hac decisione ego satis dubito ex rationibus in sequenti 4. requisito discutiendis.

7 Circa quartum requisitum nota, quod *Pragmatica* requirit clausulam, *constituti, & precarii* contra tertium possessorem absque discussione principalis; Secus vero contra principalem, vel ejus hæredem, vel hæreditatem jacentem, quia de hoc *Pragmatica* non loquitur; ideo dicta clausula, *constituti, & precarii* non requiritur, quando agitur contra principalem, vel hæreditatem ejus, *Gram. dec. 103. num.* 107. *Sarn. in prax. civ. fol. 29. Nicol. fol. 132. num. 331. Cervell. fol. 114. num. 18.*

Et ratio est, quia dicta clausula, *constituti*, facit cessare excussionem principalis post editam hanc *Pragmaticam*, quæ ad hunc finem fuit edita ad tollendas *Doctorum* controversias, dum secundum juris dispositionem *Doctores* propugnabant, si vel ne poterat absque discussione principalis agi contra tertios possessores, ut dixi superius in *præcedenti Capite* 3. *num.* 6. & dicit *Barbat. in glos. 7. num. 2. & glos. 10. de assist.*

Proinde quando agitur contra principalem, vel ejus hæreditatem, excussionis exceptio cessat, & consequenter dicta clausula, *constituti, & precarii*, quæ

dictum

dictum effectum producit, non requiritur, *Barbat. in d.glos.10.num.43.* post *Neguf.de pignor.memb.1.par.8. num.16.Menoch.de adipisc.remed.3.nu.585. Thesaur. Filius qu.54.lib.3.n.3.*

8 Assistentia an præstari possit, quando in instrumento non est constitutum, & precarium; magna est inter Practicos controversia.

Quod non possit assistentia præstari, voluit *Muscat.* ejusque *Additionator Pratus in glos.1. sententia a num.146. Gait.de cred. tom.4. qu.6.a num.249. & q.11. a num.207a. Thor.in 2.p.compen. vers. Clausula Constituti, & precarii*, refert decisum, non obstante, quod aderat clausula extendendi instrumentum ad consilium Sapientis, & aliam decisionem refert *Laganad Rovit. super 2. Pragm. de Assist. num.2.* in causa D.Andreæ Siccodi, pro quo patrocinaverat *Reg.Rovit.* & cum fuisset præstita assistentia vigore Capitulorum, quæ non fuerant stipulata, & carebant constituto, & precario; attenta clausula in illis apposita extendendi pacta ad consilium Sapientis; fuit deinde dicta sententia annullata, licet dictus *Rovitus* ad sydera clamasset. Quam decisionem refert etiam *Hodiern.controv.44. num.81.* ubi reprobat *Ursill.* & alios contrarium substinentes.

Et ratio assignatur à dicto *Muscat.* quia constitutum, & precarium est pro forma a *Reg.Prag.* requisitum, qua deficiente corruit actus.

Contrariam vero sententiam, quod nedum potest ex post facto apponi constitutum, & precarium, quod primo non fuit appositum, sed atiam, quod in Regno nostro Neap.censeatur appositum de generali consuetudine Notariorum, & sic decisum testatur *Ursill.ad Affl.decis.139. sub num.6. Masull. ad Capyc. dec.159. sub num.17.Thor. in 2.par.compend.ver.Clausula constituti, Barbat. de assist. glos.7. a ,num.45. ad 51.* ubi confutat contra *Gait.Merlin.decis.35. num.8. cent.1. & Staib.resol.69.tom.1.num.63.* approbat decisionem *Ursill.139.* eamque roborat ex auctoritate *Tiraq.in tract.de jure constituti limit.31.num.18.*ubi plures allegat, & ex *Caone.in decis.159.num.39. Menoch.contr.37.num.33. Cavalcan. dec.43.nu.33.part.2.* maxime favore dotis, ut in *dec. Mund.7.* & dictus *Staib.* declarat *dec.Gram.103. num.176.* quod ibi loquatur de consuetudine Siciliæ ultra Pharum, ubi non solet a Notariis apponi dicta clausula.

Idem *Staib. tom.2. resol.121. num.11. Riccius collect.175.*

Ex prædictis habetur, quod lis adhuc sub Judice est, dum ex utraque parte sunt decisiones, & *Doctores* non modicæ farinæ.

Ego tamen distinguo, quod si velimus assistentiam contra tertium absque discussione principalis, certe amplectenda est opinio *Muscat. & sequacium*, dum *Pragm.* declarat, tunc posse peti, & per Judicem concedi assistentiam contra tertium, principali non discusso, quando in instrumento adsit constitutum & precarium, & omnes aliæ clausulæ in *Pragmatica* expressæ, & una ex illis deficiente non adimpletur mens, & dispositio *dictæ Pragmaticæ*; Hoc enim privilegium obtinendi assistentiam absque discussione principalis obtineri non potest, nisi concurrant in instrumento omnia illa requisita, & clausulæ in *Pragmatica* expressæ.

Si vero circumscripto hoc privilegio discussionis principalis, velimus assistentiam, tunc prævalere debet opinio *Ursilli*, ex alia ratione, quam illa ab *Ursillo, & sequacium* considerata; Nempe quia, qui vult discusso principali assistentiam contra tertium, non eget dicto requisito constituti, & precarii. Nota, quia nemo hoc consideravit.

9 Et id probo ex infallibili illa conclusione legali, quod effectus constituti, & precarii durat durante vita principalis constituentis; quo mortuo, moritur etiam effectus constituti; Itaut assistentia non potest præstari, nisi audito, & discusso hærede, ut dixi in *præcedenti T.16.cap 2.num.17.* ubi vide.

Si itaque extincto constituto, præstatur assistentia, absque tamen illo privilegio per *Pragmaticam* concesso, contra tertium, principali non discusso; quia debet audiri, & discuti hæres, & sic cessante constituto, cessat solum privilegium discussionis; at præstatur assistentia prævia discussione. Ita pariter, ubi in instrumento deest constitutum, deest solum privilegium discussionis; at prævia discussione, assistentia denegari non poterit; & sic intelligenda, & declaranda est *Pragmatica* prædicta, ex traditis per *Reg. de Marinis lib. 2. resol.62. Motill. in grad.citat.num.11.fol.14. Rodoer.cons.39. ete n.36.*

Sed hæc exprese resolvit *de Marin. lib.2. resol.62. n.1.* ubi dicit, quod exceptio excussionis, sive ordinis per tertium possessorem opponi tunc non potest, quando obligatio continet constitutum, & precarium, ut ex verbis *dictæ Pragmaticæ*, & de jure communi est *Text.in l.fin. C.de acqu. possess.*

At si in instrumento deest constitutum, & precarium, tunc potest creditor agere contra tertium possessorem, principali tamen debitore prius discusso, *Auth.sed hodie, Cod. de act. & obligat. & Auth. hoc si debitor, Cod.de pignor.*

10 Et circa illud, quod dicitur in Regno ex consuetudine Notariorum censeri appositum constitutum, licet non appareat in instrumento; hoc verum puto in casu, quo constaret fuisse a partibus facultatem Notario tributam apponendi in instrumento omnes clausulas, juxta tradita per *Reg. de Marin. lib. 1. resol.281.*

Quod satis de hoc constare dicitur, ubi in scriptura privata, maxime in capitulis matrimonialibus non stipulatis legatur pactum stipulandi per publicum Notarium cum omnibus clausulis ad consilium Sapientis, vel cum omnibus clausulis solitis, & consuetis, quia per hoc pactum constat de voluntate contrahentium voluisse constitutum, & omnes alias clausulas instrumentales, quæ magis sunt proficuæ ipsis, ut late fundat *Laganarius ad Rovit. super dicta Pragm. de assist.* cum aliis ibi citatis.

Quo casu videtur satisfactum *Pragm.* ac formæ ab ea traditæ pro assistentia obtinenda contra tertium absque discussione principalis, dum constitutum tacite inest positum in instrumento a partibus, licet per Notarium non appareat exprese scriptum ex defectu suo, non ex defectu voluntatis partium, & error Notarii non debet partibus nocere.

11 Hic nota, quod capitula matrimonialia privata a partibus subscripta, licet non sint stipulata per Notarium, ubi fuerint ab utraque parte data Notario ad conservandum, probant, ut instrumentum publicum, sed si sunt penes partes, vel fuerint Notario data ab una parte, inscia altera; tunc egent verificatione, ut quælibet alia scriptura privata, *Castill. dec.34.p.1. Staib.resol.69.num.16. & observ.114.n.12. Francisc.Costa cons.18. num.11. Caroll. de donat. contempl.matr.tract.1.discurs.2. p.8. num.22.* Hinc fit, quod debitor ex capitulis matrimonialibus traditis ad Notarium ab utraque parte, quamvis sit scriptura privata, potest conveniri per præcepta executiva de solvendo, ut dixi *c. 1. tit.5. num.20.* & dixit *Staib.sup.*

Et an peti possit Assistentia vigore albarani, aut alterius scripturæ privatæ, dicemus in sequenti *2.specie Judiciorum tit.de Apocis.*

12 Circa quintum requisitum, communis est omnium practicorum cantilena, quod exprese in libello peti debet assistentia, aliter non est concedenda; Non

enim suppletur per clausulam, *omni meliori modo*, ut ex *Thesaur.dec 53.* tradit *Sarn.fol.29. & Nicol.fol. 131.nu.339.* ubi eruditissimus *Additionator D. Scoppa post Rovit. Barbat.* & alios ibi; Neque suppletur per clausulam, *Jus, & justitiæ complementum ministrari*, ut tenet *Papar.in tit.4.de assist.num.8.*

13 Circa sextum, & ultimum requisitum, ut probentur duo extrema in hoc judicio assistentiæ, distinguendi sunt tres casus.

Primus, quando creditor persequitur pignora contra ipsum debitorem, aut ejus hæredem.

Secundus contra tertium possessorem, qui caussam habet a debitore.

Tertius contra tertium possessorem penitus extraneum, qui nullam caussam habet a debitore.

Primo casu solam possessionem debitoris probare debet, nec opus est, ut probet debitorem esse dominum rei hypothecatæ, quia debitor non potest excipere, se non esse dominum, & mendacium allegare, quod a principio mentitus fuit, oppignorando rem alienam, tamquam suam, *l. rem alienam, ff. de pignor.action.* ex notatis *in l.cum res 5. C. si aliena res pign.&c.*

Verum licet non teneatur probare dominium, debet illud allegare, quia non præsumitur, nisi illud allegetur, *Bald.in l.etiam 5.C.de execut. rei judic.*

Et ita in hærede, quia hæres repræsentat personam defuncti.

Verum *Salicet.in d.l.cum res*, limitat omnia prædicta procedere in speciali hypotheca super certa re, non autem in generali obligatione bonorum.

Secundo casu, quando creditor agit contra tertium possessorem caussam habentem a debitore secundum unam opinionem, creditor non solum tenetur probare possessionem, sed etiam dominium debitoris, tempore obligationis, per *Tex.* indistincte loquentem in *l.ante omnia 23. ff. de probat.* Et hæc est communior, & receptior opinio. *Oinot. lib. 4. institut. de action. lib. 4. item Serviana tit.6. a num.58.& 61.* Quidquid alii dicant, quod dictus tertius cum habeat caussam ab eodem debitore, non possit referre dominii quæstionem, & dictam opinionem *Oinot.* sequitur *Rovit.super Pragm.de Assist. num.21. Barb. in glos.11.de assist.* juxta tradita per *Affl.dec.40. num.2.*, quia vendi potest etiam res aliena; ideoque dominium habere ex eo solo, quia vendit rem, dici non potest, nec omnis possessor dici potest dominus rei; nam solent rem tenere coloni, conductores, & alii alieno nomine, qui dominium in re non habent, juxta relata per *Carl.lib.1.tit.2.disp.8.nu.40.* quod prolata sententia, & appretiatis bonis, comparuit frater debitoris verus dominus bonorum allegando debitorem possedisse bona jure familiaritatis, & uti administratorem, & non jure dominii, & junctis duabus Aulis fuit admissus ad probandum, supersessa interim executione sententiæ.

Et propterea *Episc.Ricc.in collect.311.* quem sequitur *Cæsar Bisog.in alleg.158.num.8.* refert esse probandam emptionem, pretii numerationem, vacuam possessionis traditionem, & venditorem fuisse dominum; Et sic probari debet dominium Actoris, a quo emit debitor hypothecans, ut firmiter tenet *Alex. cons.98.vol.2. & cons.51. vol.4. & DD. in l. cum res, ff.de probat. Angel.in l.officium, ff. de reivind.*

Tertio casu, quando agitur contra possessorem non habentem caussam a debitore, tunc inter *Doctores* non est aliqua controversia, sed unico ore concluditur, quod agens cogitur probare dominium debitoris, quod dictam rem hypothecavit: nam si tempore contractus debitor constituit rem hypothecatam tenere per simplex constitutum nomine creditoris, sed dictus constituens non habebat dominium illius rei, quia possidebat illam rem nomine alterius, clausula, *Constituti*, nil operatur, *l.quamvis 32.§.1. ff. de acquir.poss.* ibi: *Si conductor rem vendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & utrique mercede præstiterit, prior locator possessionem per conductam rem retinet*, *Rot.dec.63.n.5. par.5.recent. Burat. dec.105.num.1.*

Alia ratio assignatur ab *Oinot. loc.sup.cit.num.62.* quia ipsemet debitor si vellet contra talem possessorem obtinere dominium, probare cogeretur; ergo magis etiam creditor ad hoc tenetur ex persona sui debitoris, quod habuerit potestatem sibi rem hypothecandi.

Sed omnes hæ quæstiones intricatæ traduntur a nostris Practicis, & multi sunt, qui non admittunt probationem fuisse in bonis, & de bonis debitoris, juxta *dec.Aff.37.in 1.dub.& 383.nu.6. & de Franch. dec.101.num.23.* sed hæc probatio in hoc nostro Regno Neapolitano, absque dubio in praxi recepta est, teste *Sanfel.sect.60. sub num.11.* & alii citati per *Dom. Scopp.ad Sarn.in hac novissima 5. impress. fol.65. nu. 30.* & hoc ex ratione per *Rovit.* adducta in *Pragm. de Assist.* quia probare rem esse in bonis nostris idem est, ac esse in dominio nostro, per *Tex. in l. rem in bonis, ff.de acquir. rer. dom.* & ante *Rovit.* idem docuit *Oinot.in d.lib.4. de action. 8. item Serviana tit.6. fol.1399. num. 61.* quod sufficiat, ut testes dicant, quod res fuerit in bonis debitoris, juxta *Text. in l.& qua nondum 15.§.1. ff.de pign.& l.si superatus 3. ff.de pignor.& l.ante omnia 23. ff. de probat.*, quia ex depositione testium, quod res fuerit in bonis debitoris, & debitor usus fuerit ea re tamquam sua, & reputatus fuerit dominus, resultat bona fides, & titulus juncta possessione, & præsumptum dominium, quod sufficit ad obtinendum.

Et sic multæ quæstiones; quæ longa disputatione in jure differuntur, unico vocabulo in practica solvuntur, & notoria Praxis non admittit amplius super hoc dubium.

14 Hic corollarie est advertendum, quod assistentia obtineri non potest per creditorem super bonis debitoris sui debitoris, *Sanfel.dec.116.num.2.* Et ratio ibi assignatur, quia per constitutum, & precarium civilis tantum possessio transfertur. Unde debitor possidens per fictum actum, nequit per alium actum fictum eandem civilem transferre possessionem, & sic per testes non possunt probari extrema, quæ sunt necessaria in judicio assistentiæ, quod bona prædicta fuerunt in bonis, & de bonis debitoris, qui tenuit, & possedit, & pro hac conclusione allegat *Natt.cons. 398. Barbat.cons.8.lib.2.* & multos alios.

Verum hoc limita, quando adest clausula simplicis constituti, quia per dictam clausulam transfertur civilis, & naturalis possessio, ut apud *Afflict.dec. 139.in fin.* tunc in alium etiam per constitutum potest possessionem ejusdem rei transferre constituarius; & ideo eodem remedio assistentiæ uti potuerit tertius, in quem constituarius jus suum transtulit, & ita *Sanfel. numer. 4.* dicit intelligendum esse *Thesaur. decis. 215. in fine*, & omnes alios tenentes posse obtineri assistentiam super bonis debitoris sui debitoris, qui omnes intelliguntur loqui in simplici constituto, per quod civilis, & naturalis possessio transfertur; & non in constituto, & precario, per quæ ficte tantum civilis possessio transfertur. Nam simplex constitutum habet majorem efficaciam, quam conjunctum cum precario, cum duæ fictiones circa idem non possunt concurrere.

C A P. III.

De Methodo, & Form. omnium Actorum in Judicio Assistentiæ usque ad sententiam.

S U M M A R I U M.

Formula primi libelli in Judicio Assistentia cum rescissione capitalis.

1 NElla G.C. della Vic. compare Angela Cicarelli, e dice, come essendo creditrice di Alfonso N. della Villa di Pianura in doc.300. in virtù di pubbliche cautele convennero a 2 di Maggio 1661. che detto Alfonso dasse, siccome diede in solutum a beneficio di essa Comparente quattro moja di Territorio arbustato per lo prezzo di doc. ducento, e per li restanti doc.cento a complimento, il detto Alfonso s'obligò pagarli quandocumque, e frattanto corrisponderne l'annualità a ragione del 6.per cento, mediante istrumento col costituto e precario, e patti esecutivi, e rescissorj in forma, quale si produce. E perchè detto Alfonso ha mancato dal pagamento di detta annualità per molti anni, tanto che le terze decorse ascendono alla somma di doc.52. salvo meliori calculo, e perciò si è fatto il caso della rescissione. Ricorre intanto in essa G.C. e fa istanza rescisso contractu condannarsi il detto Alfonso a restituirli detto capitale di doc.cento una con le terze predette, e frutti di essi lite pendente percipiendi, e perciò fa istanza detti frutti annotarsi, e sequestrarsi, e per la detta concurrente quantità prestarsele l'assistenza, affine di vendere, e di aggiudicare in forma sopra gl'infrascritti beni; citra pregiudicio della via esecutiva, e liquidare l'istromento in qualibet parte judicii, protestandosi di tutti danni, spese, ed interessi, non solo in questo, ma in ogni altro miglior modo.

Beni, sopra li quali si domanda l'assistenza, sono v3.

Una casa con orticello sita dentro detta Villa, justa li beni di Carlo N. via pubblica, ed altri, e sopra li piggioni, e frutti di detta casa, ed orticello, quale fu in bonis, & de bonis di detto Alfonso in tempo del contratto, e dopo, ed al presente si possiede per lo medesimo Alfonso.

Intimetur Parti, quia sic etc.

Et facta relatione intimationis, actor dat cautionem expensarum, juxta formulam in præcedenti *Tit.6. c.3. num.6. & num.49.*

Deinde fit decretum termini, juxta formulam in *d.cap.3. num.7.*

Et deinde electio Examinatoris, ut *num.9. & 52. & seq. & num.56.*

Citatio Testium.

2 Alguzini di Vicaria in solidum per ordine di quella ad istanza di Angela N. citarete li sottoscritti Testimonj alla pena di oncie diece Fisco Regio, &c. che a vista della presente debbiano venire a deponere la verità sopra di quello saranno interrogati nella causa, che verte tra detta Angela N. ed Alfonso N., alias &c. Napoli, die, &c.

Nomina Testium sunt v3.

N.N. N.N.

Requisitoria principalium.

Quoniam subscriptus Examinator electus intendit procedere ad receptionem Testium. Ideo requirantur partes, quatenus prima die compareant coram dicto Examinatore ad videndum juramenta Testium, alias, &c. Neap. die, &c.

Formula articulandi.

3 Quæ breviter offeruntur probanda per Angelam N. in caussa, quam habet in M.C.V. cum Alphonso N. de, & super, ut in actis, cum potestate corrigendi, minuendi, & addendi, non se adstringens, &c. deducens, &c. omni modo meliori, &c.

Bona, super quibus fuit petita Assistentia, sunt v3.

Una casa con orticello sita dentro la villa, justa li beni di, &c.

Item una vigna sita al T. loco.

Item un orto sito, &c.

In primis; Intende provare, come tutti li beni in dette tre rubriche descritti sono stati in bonis, & de bonis di Alfonso N. in tempo del contratto, e dopo, percependone li frutti, e godendone l'abitazione, e di quelli disponendo, come vero Signore, e Padrone, ed al presente li beni della prima rubrica si possiedono dal T., la seconda dal T., e la terza dal T. Benche minus juxte cum rev.

Secondo: Intende provare, come detto Alfonso più volte è stato richiesto a pagare, e sempre ha differito il pagamento con varie scuse.

Item, quod attentis prædictis.

Item hæc, & alia. &c.

Et examinatis testibus juxta formulam *fol. 167. num.39.* fit publicatio, & conclusio, juxta formulas superius datas, & deinde fit monitio super expeditione caussæ, asportatur processus expediendus, & in Aula per M.C. fit præceptum comminatæ rescissionis.

In caussa Angelæ N. cum Alphonso N. ut in actis.

4 Die 24. Januarii 1673. Neap. facto verbo. Per M.C.Vic. provisum, & decretum est, quod conventus infra decem dies solvat tertias, alias providebitur super petita rescissione contractus, hoc suum, &c.

D.Carolus Petra. De Risis. Prota Ab.

Et factis binis, vel ad plus tribus præceptis consimili modo, ut diximus in præcedenti *Tit.6. cap. 2. num.7. fol.153. & num.20. & 42.* fit iterum monitio super expeditione caussæ, & deinde fit decretum diffinitivum, tenoris sequentis.

5 *Form. sententia in judicio assistentia.*

In caussa Angelæ N. cum Alphonso N. ut in actis.

Die 3. Julii 1673. Neap. Facto verbo. Per M.C.V. provisum, & decretum est, quod condemnetur con-

ven-

ventus ad ſolvendum actrici ducatos centum cum tertiis, ſeu intereſſe liquidandis ad rationem ſex pro centenario, pro quibus præſtetur aſſiſtentia cum facultate vendendi, vel adjudicandi in forma ſuper bonis in judicio deductis, verum ſi conventus infra decem dies ſolverit tertias decurſas, ſuperſedeatur in exequendo, hoc ſuum &c.

D.Carolus Petra. Aſtutus. Prota.Act.

6 Hic tamen erit advertendum id, quod dixi in *mea addit. ad Sarnum in §.34.de aſſiſt.*ubi dixi, quod ſi aſſiſtentia petatur pro tertiis tantum, tunc proceditur ad ſententiam aſſiſtentiæ, abſque quod fiant præcepta de ſolvendo tertias; Ita pariter, quando agitur pro debito ſimplici, de quo non fuit promiſſa annualitas. Quia præcepta fiunt ſolum, quando creditor petit reſcindi contractum, & condemnari debitorem ad reſtituendum capitale demortuum.

Imo licet in libello fuerit petita reſciſsio, & fuerit proceſſum cum tertio poſſeſſore tantum, minime in judicio audito principali, vel hærede, tunc aſsiſtentia præſtatur ſolum pro tertiis; & ita video practicari, & practicatum fuiſſe ſemper a Judicibus ſapientiſſimis, & alia vide, quæ dixi ſuperius in *Tit.6.cap.2. num.14.*

7 Erit quoque advertendum, quod ex ſtylo M.C.V. præcepta, quæ fiunt in judicio aſsiſtentiæ de ſolvendo tertias ad finem providendi ſuper petita reſciſsione, dicta præcepta intimanda ſunt perſonaliter convento contumaci. Teſte *Gallupp. in tit. de contum. cap.4.num.31.* ex traditis per *Galleſium in tract. de oblig.ad form.Cameræ par.3.tit.de liquidat. num.14.*

8 *Form.decreti aſsiſtentiæ alterius modi.*

In cauſſa Franciſci de Amora cum Catherina Caviello, ut ex actis.

Die 9. menſis Maii 1690. Neap. Per M.C.V. facto verbo in Aula Cauſſarum civilium. Viſis actis, proviſum, & decretum eſt, quod reſciſſo contractu condemnetur Catharina Caviello nomine, ut in actis, ad ſolvendum in beneficium Clerici Franciſci de Amora etiam nomine, ut in actis, ducatos viginti ſeptem capitalis una cum tertiis decurſis uſque ad diem litis conteſtatæ, & deinde in antea intereſſe ad eandem rationem calculandam, pro quibus quantitatibus præſtetur aſsiſtentia ſuper bonis in rubrica deſcriptis, tam ad finem vendendi, quam adjudicandi in forma; verum ſi infra dies decem ſolverit tertias decurſas, ſuperſedeatur, ſalvo tamen jure cujuslibet, hoc ſuum, &c.

Jordanus. Coſentino. Sorrentinus Act.

Praxis corrigendi errorem in ſententia lata.

9 Die ſexto menſis Junii milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo. Neap. præſentata per Doctorem Hieronymum d'Amora.

Nella G.C. della Vic. compare il Clerico Franceſco d'Amora erede cum beneficio legis, & inventarii del qu.Clerico Giuſeppe d'Amora, erede del qu. Gio: Geronimo d'Amora, e dice, come a' 9. del meſe di Marzo dell'anno 1643. li qq. Camillo Carriello, e Giovanna Barbato conjugi, ed eſſa Giovanna anche in virtù di Regio Aſſenſo ſi obbligarono a beneficio del detto qu.Gio: Geronimo in doc.27., quali s'obbligarono pagarli fra anni due dal detto giorno de'9. Marzo computandi, in virtù di pubblico iſtrumento in actis fol 9. Per la conſecuzione del quale credito eſſendoſi il comparente gli anni paſsati indrizzato in eſsa G.C.facendo iſtanza condennarſi Catarina Caviello figlia, ed erede di detti debitori, ut ex præambulo fol.4. at. lit.A. al pagamento di detti doc. 27. una con l'intereſsi di quelli a die moræ, ſervatis ſervandis, ac probatis extremis, con decreto di eſſa G. Corte ſotto li 9. Maggio 1690. fu, reſciſſo contractu, condennata la medeſima Caterina nel nome, come dagli atti, al pagamento a beneficio di eſſo Comparente delli ſudetti doc.27. di capitale, una con le terze decorſe uſque ad diem litis conteſtatæ, & deinde in antea una cum intereſſe ad eandem rationem, e per le ſudette quantità fu preſtata l'aſsiſtenza in forma ſopra li beni negli atti dedotti ad finem vendendi, vel adjudicandi in forma; Verum ſi infra dies decem ſolverit tertias decurſas, ſuperſedeatur. E perchè nell'iſtrumento di detto credito, non altrimente vi ſono terze convenute; ma bensì li deve al comparente l'intereſſe liquidando a die moræ, che ſi computa il giorno de'9. Marzo dell'anno 1645. ed in conſeguenza deve, ſe così parerà ad eſſa G. C. di giuſto, il detto decreto riformarſi in quanto al ſudetto capo, affinchè non ſi dia occaſione alla Parte avverſa di produrre rimedio in contrario, o nullità cum rev., ſotto queſto colore, che non eſſendo l'intereſſe convenuto, la G.C. abbia condennato nel ſudetto decreto ad tertias decurſas. Che perciò ricorre in eſſa G. C. e fa iſtanza pro moderatione del ſudetto decreto, affine, che quello ſi eſſegua, quoad capitale, & intereſſe liquidandum, acciò non ſi dia occaſione alla Parte di dilatare, cum rev. E così dice, e fa iſtanza citra præjudicium d'ogni ſua ragione, ſalvis, &c. omni modo meliori, &c.

Die 17. menſis Junii 1690. Neap. Per M.C.V., f.v. in Aula Cauſſarum civilium. Viſis actis, proviſum, & decretum eſt, quod ſuſpenſo decreto lato ſub die 9. menſis Maii 1690. fol.78. condemnetur Catherina Caviello nomine, ut in actis, ad ſolvendum in beneficium Clerici Franciſci de Amora, etiam nomine, ut in actis, ducatos viginti ſeptem capitalis, una cum intereſſe liquidando a die moræ, pro quibus quantitatibus præſtetur aſſiſtentia ſuper bonis in rubricis deſcriptis, tam ad finem vendendi, quam adjudicandi in forma, hoc ſuum, &c.

Jordanus. Coſentino.

10 *Praxis procedendi in contumaciam.*

Si reus citatus extra locum Judicii, non comparet, accuſantur contumaciæ, juxta formulas, quas habes hic ſupra in *Tit.1.cap.27.n.99.* & quæ diverſitas in accuſandis contumaciis practicetur tam in S. C. quam in aliis Tribunalibus, & Curiis Regni, plene *in 1. Tomo meæ praxis form. de actis quæ ſine reo fiunt c.12. q.15. fol.55.a n.20.* & repetitam vide *in addit.* quam feci *ad Sarnum ſuper §.13. de contumacia;* ideo ibi te remitto, ne hic eadem repetam tertia vice, & eſt omnino videndum, cum alibi non reperies ſic dictam praxim indiſtinctè elucidatam.

Accuſatis deinde contumaciis, fiunt omnia acta eodem modo ut ſupra, addito dumtaxat in quolibet decreto v3. *in contumaciam*, ex gr.

In decreto termini, dicitur, Proviſum, & decretum eſt, ac in præſenti cauſſa fuit datus terminus dierum tot utrique parti ad probandum, *in contumaciam*, hoc ſuum, &c.

Quod decretum non intimatur, & proceditur ad actus incumbentes.

In decreto publicationis, dicitur, fuit proviſum, & in præſenti cauſſa fuit facta publicatio *in contumaciam*, & habitum fuit pro publicato in forma, hoc ſuum, &c.

In decreto concluſionis; fuit proviſum, ac in præſenti cauſſa fuit facta concluſio *in contumaciam*, & habitum fuit pro concluſo in forma, hoc ſuum, &c.

Et nunquam intimatur contumaci. Niſi in duobus caſibus: Primo, quando fiunt præcepta de ſolvendo tertias, alias providebitur ſuper petita reſciſſione

con-

contractus, quæ sunt intimanda contumaci personaliter. ut dixi superius *num.7*.

Secundo casu, quando fit monitio super expeditione caussæ, intimanda est, & sic hodie practicatur in M.C.V. non obstante quod in prima citatione fuerit comminatum, quod si non comparuerit, procedatur usque ad sententiam, illiusque executionem inclusive, quo casu antiquitus proferebatur sententia absque citatione. Nam hodie hoc non faciunt Domini Judices, qui ad sententiam non procedunt, nisi citato contumaci super expeditione sententiæ, imo quandoque ordinant, ut intimetur personaliter, & hoc ex experientia, quæ habetur, quod Alguzinis Curiarum inferiorum parva fides adhibetur a Supremis Judicibus.

Verum ubi fuerit prolata sententia contra contumacem, qui in prima citatione fuit citatus ad omnes actus usque ad sententiam inclusive, esset valida dicta sententia, quæ pr feretur, absque quod sit monitus contumax, *Motillus de grad.monitionis fol.84. num.4*.

Quo casu senteotia solet notificari personaliter contumaci, ut de ea notitiam habeat, *Motilus ibid.*

Et nota; quod in sententia M. C. V. non ponitur lecta lata; nisi quando fuisset processum in contumaciam, ut dixi supra *Tit.4.cap.3. num.59.* ubi vide, quid servandum sit in aliis Curiis; & licet *Motill.* sibi ipsi contrarius, *fol.87. n.23.* dicat, quod diffinitivum non notificatur contumaci; Ego tamen video semper notificari: imo si intimata sententia, neque comparet, iterum accusantur contumaciæ, & in ejus contumaciam datur terminus super liquidatione interesse, & fit calculus, & fit taxatio expensarum, ut observavi in multis processibus, & contumax amplius non citatur.

21 Hic volo, ut notes, quod cauti Advocati videntes non sufficere rem, super qua petitur assistentia, petunt etiam super fructibus pendentibus assistentiam, & sequestrum, vel saltem annotationem, & cum effectu procurent obtinere annotationem, & sequestrum, alias non poterit obtineri assistentia super fructibus, *D.Marad.in prax. cap.17. num.14.* ex *Marcian.disput.54.tom.2.* qui rejicit *Merlinum controv.24. cent.1.* dum dicta per *Merlin.* habent locum in judicio reivindicationis, & non in judicio assistentiæ.

C A P. IV.

De Praxi procedendi ad subhastationem, & Praxi liquidandi interesse, & taxandi expensas.

S U M M A R I U M.

Praxis procedendi post sententiam Assistentiæ, a qua non fuit appellatum, duobus modis, & qui sit primus modus, num.1.
Terminus super liquidatione interesse, num.2.
Electio examinatoris super liquidatione interesse, num.3.
Publicatio non fit, quando probationes non fiunt, num.4.
Conclusionis actus omissa publicatione in liquidatione interesse, num.5.
„ *Hodie conclusio omittitur, remissive*, num.6.
Electio Calculatoris, num.7.
Formula calculi, num.8.
Decreti formula pro liquidando interesse, num.9.
Form. mandati ad reluendum, præcedente decreto, num.10.
Form. instantiæ pro appretio, num.11.
Decreti form. pro Tabulario eligendo, num.12.
Form. appretii facti per Tabularium, num.13.
Licentia de vendendo, num.14.
Bannorum formula pro vendendis bonis, num.15.
Secundus modus agitandi post sententiam assistentiæ; num.16.
Form. declarationis tertiarum consequendarum, nu.17.
Decretum fecisse transitum in rem judicatam, num.18.
Decretum de vendendo, prævio appretio, num.19.
Præcepta quæ fiunt, ut procuret revisionem appretii, num.20.
Decretum, quando non procuravit revisionem appretii, num.21.
Creditor potest offerre sexta parte minus, & quando hoc procedat, & quando non, num.22.
Decisio ad beneficium Monasterii Monialium Civitatis Marsici Novi, num.23.
Creditor est privilegiatus in subhastatione magis extraneo in duobus; Quia potest offerre absque pecunia præsenti, & quia præfertur in subhastatione, num.24.
Praxis calculi pro interesse, quando pro illis sunt expedienda litteræ executoriales, num.25.
Praxis appellationis desertæ, num.26.
Praxis taxæ expensarum, num.27.

Post latam sententiam in judicio assistentiæ, & post intimatam, si ab ea non fuerit appellatum infra decem dies datos ad appellandum, & neque de nullitate fuerit dictum, tunc transcursis dictis decem diebus

1 Procedendum erit ad executionem sententiæ; & praxis procedendi duobus modis practicari solet, ut multos processus M.C.V. observavi, & in diem practicari videmus.

Primo modo proceditur ad liquidationem tertiarum, & interesse. statuendo terminum super dicta liquidatione, nulla præcedente instantia, sed dictus terminus statuitur pro executione sententiæ, dum in ea dicitur, præstatur assistentia, etiam pro tertiis, & interesse liquidandis, merito pro illis liquidandis, sequitur terminus super liquidatione sequenti modo, & est primus modus, qui notatur usque ad num.15.

2 *Form. termini super interesse liquidando.*

In caussa Angelæ N. cum Alphonso N. ut ex actis.

Die 6.Julii 1673. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.Vic. & causæ Comm. Fuit provisum, & decretum, ac in præsenti caussa liquidationis fuit datus terminus dierum duorum utrique parti ad probandum incumbentia, hoc suum, &c.

D.Carolus Petra. Prota Act.

Actrix offert deponere.

Intimato Reo fit electio Examinatoris v3.

3 Die 10. Julii 1673. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. fuit provisum, & decretum, ac in præsenti caussa fuit facta electio examinatoris, & fuit commissa Scribæ caussæ, qui valeat testes recipere, & examinare, hoc suum, &c.

Fit requisitoria ad v.j.test. & intimatur.

4 Et quando non producuntur testes, quia forsan probatio habetur ex eodem instrumento in actis producto; tunc omittitur actus publicationis, juxta ea, quæ dixi in *Tit.praced.6.cap.3.nu.57.* Ubi reiicitur *Muscat.* volens publicationem faciendam esse, etiamsi non fuerint factæ probationes.

Conclusionis actus, omissa probatione in liquidatione interesse.

5 Die 17.Julii 1673.Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. ac in præsenti causa liquidationis fuit facta conclusio, & habitum fuit pro concluso in forma, & nihilominus committatur calculus, & partes in biduo dent listam suspectorum, ut provideri possit de non suspecto, hoc suum, &c.

D.Carolus Petra. Prota Act.

6 „ Ex nova Constitutione §.1. *n.*28. tam conclusio, „ quam

„ quam actus ad concludendum, & ad publicandum „ e censi Praxis fuere delect, ut latius infra 3..tom. „ videbimus.

Decretum Electionis Calculatoris.

7 Die 17. Julii 1673. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & Caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, ac in præsenti caussa liquidationis fuit facta electio Calculatoris, & fuit commissa S. C., qui valeat calculum prædictum conficere, & in scriptis referre, hoc suum &c.

D. Carolus Petra.

Requirantur partes, quatenus compareant coram subscripto Calculatore electo ad dicendum, quæ voluerint, quoniam intendit calculum prædictum conficere, alias &c. Neap.die ut sup.

Prota Act. & Calculator.

Intimata parte fit calculus.

8 *Formula Calculi.*

Al Signor Giudice D. Carlo Petra.

Angela N. a'28. Gennaro fè istanza nella G. C. della Vicaria condennarsi Alfonso N. a pagarli docati cento di capitale, e docati cinquantadue di terze, & resciffo instrumento prestarli l'assistenza sopra li beni rubricati fol.1.

Elatosi termine, e quello compilato fu per essa G. C. a relazione di U.S. proveduto, conventus infra decem dies solvat tertias, alias providebitur super rescissione contractus fol.16. e fattosi domi altro decreto, quod infra alios dies quatuor Conventus solvat tertias, alias providebitur super rescissione contractus fol.10. si fece la monizione super expeditione caussæ, fol.21.

Per essa G. C. a relazione di U. S. Commissario, si fè decreto, quod condemnetur conventus ad solvendum actrici ducatos centum cum tertiis, seu interesse liquidandis, pro quibus præstetur assistentia in forma super bonis in judicio deductis; E notificatosi detto decreto fol.22.

Si chiede termine super liquidatione di dette terze, seu interessi. E compilatosi detto termine, mi viene commesso da U.S. al calcolo, ut fol.24. E detto decreto con la requisitoria notificato alle Parti fol.24.

Si è da me riconosciuto detto processo, e trovo, come a 1. di Maggio 1661. Alfonso N. nella Villa fece istromento a beneficio di detta Angela N. di docati cento di capitale a complimento di docati 300. che li dovea, e promise pagarne annui docati 6. pendente il pagamento, come dall'istromento fol.4. E tirando l'annate decorse dal 1. Maggio 1661. fino oggi 23. Agosto 1673. sono scorse annate 12. e mesi tre, e giorni 22. che alla detta ragione di 6. per cento importano docati 73.4.15. E questo è quanto posso riferire a U. S. rimettendomi sempre al suo savio parere, pregandoli dal Cielo ogni felicità. Dalla Vic. 23. Agosto 1673.

Di U. S.

Umilissimo Servidore.

Carlo Prota Mastro d'Atti.

Fit copia dicti calculi cum monitione in calce, & notificatur. Quo notificato fit decretum, v3.

9 *Decretum liquidationis.*

In caussa Angelæ N. cum Alphonso N. ut ex actis.

Die 31. Augusti 1673. Neap. Facto verbo. Per M. C. V. provisum, & decretum est, quod quantitas tertiarum, & interesse a die litis contestatæ, & ad eandem rationem contentam in decreto M.C.V. sub die 3. Junii proximi præteriti liquidentur in ducatis septuaginta tribus, tarenis quatuor, & granis quindecim juxta calculum, fol. 26. hoc &c.

D. Carolus Petra. Lanzina. Prota Act.

Quo decreto intimato, fit decretum mandati ad reluendum.

10 Die 18. Septembris 1673. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. Vic. & Caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, quod pro executione decretorum per M. C. latorum sub die 3. Julii 1673. & 31. Augusti ejusdem anni, expediatur mandatum ad reluendum, hoc suum, &c.

D. Carolus Petra. Prota Act.

Hoc decretum non intimatur, sed pro ejus executione consecutive expeditur dictum mandatum.

Formula mandati ad reluendum.

De Mandato M.C.V.

Ad instantiam Angelæ N. sive &c. peremptorie mandetur Alphonso N. sive, &c. quatenus infra dies duos solvat ducatos centum capitalis, & alios ducatos 73.4.15. pro tertiis, sive interesse liquidatis, ad quos fuit condemnatus mediantibus diffinitivis decretis ipsius M.C. Nec non in eodem termino ad se reluere debeat infrascripta bona, super quibus fuit præstita assistentia, alias illa vendantur, tribus legitimis subhastationibus in forma, &c. Neap. die 18. Septembris 1673.

D. Carolus Petra. Prota Act.

Mandatum ad reluendum, ut supra.

Bona reluenda sunt, v3.

T. T. T.

Quo mandato intimato accusantur contumaciæ, v3.

Die vigesima Septembris 1673. Neap. Actor apud acta accusavit contumaciam.

Scodes.

Die 6. Octobris 1673. Neap. Procedatur in contumaciam.

Prota Act.

11 *Instantia pro appretio.*

Nella G.C. della Vic. compare Angela N. e dice, come avendo ottenuto decreto d'assistenza per detta G.C. sopra una casa con orto sito al Casale di Piantura contro Alfonso N. per docati 173. &c. di capitale, e terze liquidate, e fatto il mandato ad reluendum, ed incusate le contumacie, dovendosi procedere all'apprezzo per farsi la vendita, fa istanza per l'elezione del Tavolario, omni modo meliori.

12 *Decretum pro Tabulario eligendo.*

Die 5. Octobris 1673. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & Caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, quod bona stabilia, super quibus fuit præstita assistentia, apprecientur per Tabularium S.C. eligendum prævia bussula, servata forma Regiæ Pragm. & partes in biduo dent listam suspectorum, ut provideri possit de non suspectis, hoc suum &c.

Petra, Prota Act.

Quo decreto intimato, fit Bussula v3.

Die Veneris 13. mensis Octobris 1673. Neap. Præsens caussa tetigit per sortem Magn. Venosa, servata forma Regiæ Pragmaticæ.

De Mercato Secr.

Moneantur partes, quatenus prima die post intimationem cum continuatione dierum sequentium comparere debeant super faciem loci, & coram ipso Tabulario ad dicendum, &c. alias, &c. Neap. die 24. mensis Octobris 1673.

Franciscus Venosa Tab.

Quo intimato Tabularius accedit ad faciendum appretium.

13 *Formula appretii facti per Tabularium.*

Mio Signore.

Per l'apprezzo della casa di Alfonso N. sita nel Casale di Piantura, quale confina con li beni di T. e T. alla quale si ci va per dentro li beni di N. Mi sono conferito in quella, monite prima le parti, come causa toccatami a sorte della Regia Bussula, e per esecuzione del decreto del predecessore di U.S. quella

la ho ritrovata consistere in uno bascio coverto a travi con astrico calpestratore con poggio, e lavatorio guasto, & appresso uno vacuo con una senza di giardinello piantato di frutta, e viti. Ed essendosi per me considerata la qualità della fabbrica, come anche della pianta, e del sito, dove risiede dentro l'abitato, avuto mira alla rendita, che se ne potria percepire, per le cause suddette l'apprezzo per ducati ottanta franco, e libero da qualsivoglia peso, e censo, dico 80.

E questo è quanto riferisco a U. S. intorno a tal particolare, con farli riverenza. Neap. 14. Dicembre 1673.

Di U. S. Affezionatissimo Servitore *Francesco Verosa.*

Fit copia dicti appretii, & intimatur; quo intimato, fit decretum de vendendo, vz.

Die, &c. per subscriptum Dominum Judicem fuit provisum, & decretum, quod stantibus contumaciis incusatis expediatur licentia de vendendo, hoc suum, &c.

Hoc decretum non intimatur, sed confectitive expeditur licentia de vendendo; & nota, quod in hoc decreto dicitur, stantibus contumaciis, scilicet incusatis, in mandato ad reluendum.

14 *Licentia de vendendo.*

De Mandato M. C. V.

Committitur uni ex Incantatoribus dictæ M.C.V. insolidum, quatenus ad omnem instantiam, & requisitionem Angelæ N. sive &c. vendere, & incantare debeat infrascripta bona, ubi fuit præstita assistentia ad instantiam supradictæ Angelæ contra Alphonsum N. per loca solita, & consueta, alta, & intelligibili voce, ut moris est, tribus legitimis subhastationibus præcedentibus, candela accensa, & demum extincta, liberando ea ultimo licitatori, & plus offerenti, & pretium perveniendum deponatur in Banco pro illo liberando ordine M.C.V. alias, &c. Neap. die 15. Januarii 1674.

Capicius Scondito.

Bona vendenda sunt, vz. T.T.

15 Intimatur parti, & fiunt Banna tenoris, vz.

Die 15 mensis Martii 1774. Neap. Januarius N. Tubitta M. C. Vic. retulit subhastasse retroscripta bona per loca solita hujus Civitatis, alta, & intelligibili voce more præconis, ut moris est.

De Fiore Reg. Officii Tubitta M.C.V.

Et sic fuit factum secundum Bannum die 22. Martii, & tertium sub die 3. Aprilis. Et aliud Bannum in Casali Planturæ, et affixa copia ibi.

Deinde fit accensio candelæ, et alia, juxta form. in *Tit. 1. Spec. 1. cap. 27. a num. 42. & seq.*

Expleto primo modo procedendi post sententiam, restat nunc dicendum de secundo modo procedendi.

16 Secundus modus, qui practicatur, est, ut lata sententia, eaque intimata, si ab ea non appellatur, neque de nullitate dicitur, transcurso termino decem dierum statuto ad appellandum; interponitur decretum fecisse transitum in rem judicatam sequenti modo, facta prius declaratione per actorem de quantitatibus, quas consequi debet.

17 *Form. declarationis de quantitatibus consequendis.*

Die etc. Constitutus penes acta M.C.V N. Procurator cum speciali mandato Angelæ N. qui sponte cum juramento declarat debere consequi ab Alphonso N. ducatos tot per totum præsentem diem ex caussa annuorum ducatorum sex, pro capitali ducatorum centum, et ita etc.

Sorrentinus Act.

Ego T. de T. Procurator declaro, ut supra.

18 *Form. Decreti, decretum fecisse transitum in rem judicatam.*

Die etc. per subscriptum Dominum Iudicem etc. visis actis, ac retroscripta comparitione, fuit provisum, et decretum, fecisse transitum in rem judicatam decretum latum per M. C. V. sub die 1. præsentis mensis Iulii instantis anni, pro cujus executione committatur Scribæ Caussæ calculus interesse decursi pro capitale ducatorum triginta, et servata forma declarationis factæ per Procuratorem cum speciali mandato, ut ex actis, hoc suum, etc.

Messia. Sorrentinus Act. Pecora Scr.

19 Facta requisitoria, et facto calculo, eoque intimato, interponitur decretum de vendendo, prævio appretio.

In Caussa Venerabilis Matricis Ecclesię Terræ Fiacchi cum Francisco N. ut ex actis.

Die 19. mensis Dec. 1678. Neap. per subscriptum Dominum Judicem M.C.Vic. fuit provisum, & decretum, quod procedatur ad venditionem domus, super qua fuit præstita assistentia, prævio appretio faciendo per unum ex Tabulariis S.R.C. prævia bussula facienda.

Messia. Sorrentinus Act.

Deinde fit mandatum ad reluendum, & accusatis contumaciis in calce mandati, proceditur ad appretium bonorum, & si ab appretio appellat adversarius, fit decretum, vz.

20 *Die* 30. mensis Augusti 1679. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. fuit provisum, & decretum, quod Franciscus N. in biduo procuret revisionem apprettii in actis deducti, alias appretium factum providebitur, quod firmum remaneat, hoc suum &c.

Messia.

Quo decreto notificato, si neque procurat revisionem, fit secundum præceptum consimile, sed in fine non dicitur, *alias providebitur, quod firmum remaneat*, sed dicitur, *alias appretium factum firmum remaneat*, hoc suum &c.

21 Et si neque procurat revisionem, fit decretum, quod expediatur licentia de vendendo, & expeditur dicta licentia in forma, juxta formulas in præcedenti *cap. num.* 14. & deinde fiunt subhastationes, juxta formulas in *Tit. 1. Specie 1. cap. 27. num. 41. & seq.* ubi habes form. oblationis, accensionis candelæ, & consignationis possessionis.

22 Et in subhastatione creditor sicut quilibet alius extraneus tanquam tertius emere non prohibetur, & potest offerre sexta parte minus, quo appretiantur bona, ut de extraneo dixi superius *num. 4.* & sic creditor, qui gravatur in accipiendo aliud pro alio, relevatur in sexta parte pretii, *Reg. de Marin. ad Rever. decis. 453. num. 5. & in lib. 2. resol. 41. num. 6. ex allegatione Consiliarii Pisanelli ibidem inserta, de Luc. ad Franch. dec. 588. in fin.*

Et *Ill. D. Hieronymus Borgia Episcopus Tropeæ in tractatu Rerum invest. Jur. civil. tom. 1. lib. 7. cap. 7. num.* 14. refert, sic obtinuisse, distinguens tamen, quod creditor eligens voluntariam adjudicationem in judicio assistentiæ, tunc nulla deducitur sexta, sed adjudicantur bona juxta appretium, ad tradita per *Afflict. dec. 358. de Franch. dec. 120. Muscatel. par. 3. glos. adjudicantur n. 10. Carlev. lib. 1. tit. 3. disp. 1. n. 25.*

At quando datur res in locum pecuniæ creditori invito, æquum non est, ut creditor duplici onere oneretur, & deterioris conditionis fiat, quam extraneus emens, ex *Posth. de subhast. inspect. 51. Sola ad decreta Sabaudiæ lib. 3. tit. 39. de form., ac ord. observand. in pignoribus subhastand. glos. 3. num. 35. Julian. ad Statutum Perusin. verb. adjudicatio, Surd. dec. 30. num. 15. Sesse dec. 88. num. 26. Durant. dec. 1. num. 36. Card. de Luc. de credit. discurs. 142. num. 11. Minad. in Consil. in Aliquib. §. 1. sub n. 34.* quos citat, & sequitur

Reg.Petr.Rit.287.num.72. rejecto *Dom.Altim.* qui ad *Rovit.cons.18.num.30.* dicit, quod in casu, quo creditor teneatur rem debitoris in solutum accipere, non possit sextam perlucrari, prout lucraretur extraneus emptor, repugnante *Aut. Hoc nisi, C. de solut.* per quam succurritur debitori, non habenti pecuniam, nec rem mobilem, nec reperienti emptorem, ut possit offerre, quod creditor sibi eligat meliorem fundum, quo casu dicit *Text., quod facta per Judicem subtili ejus caussæ examinatione, & sic creditor videtur cogi ad recipiendam rem per subtilem æstimationem factam a Judice, absque deductione aliqua.* Et ejusdem opinionis fuit *Ro. in l. si quando, C. unde vi num.490. Marcabr. cons.3. n.45. Surd. dec.318. num.10. Joann. Bapt.Gargia cons.49.num.1.Gratian.discept.116.n.16. Altogr.cons.62.n.21.tom.1.*

Ego vero credo, posse conciliari, quod opinio *Dom.Altim.* & aliorum ejusdem opinionis habeat locum in casu per ipsum figurato, ubi vigore *Auth. hoc nisi*, cogitur invitus creditor ad recipienda bona immobilia de melioribus; ubi nonnulla requisita sunt necessaria, ut præcedat discussio bonorum debitoris, & probetur impossibilitas solvendi in pecunia, & quod non reperitur emptor ex machinatione creditoris, qui deterret ementes. In quo casu bene dixit *D.Altim.*, cujus scripta ab omnibus sunt veneranda.

Opinio vero *Repentis de Marin.*, *Borgia*, & aliorum, sit etiam vera, & amplectenda, in casu quo creditor non elegit voluntariam adjudicationem, sed elegit viam subhastandi, & in quo non habet locum, *Auth. Hoc nisi*, ut in debito jurato, & in aliis casibus, tunc certe æquitas suadet, ut sextam lucretur, prout quilibet alius extraneus emptor.

23 Et sic hoc anno 1703. obtinui in S.R.C. ad relationem Sapientissimi Dom. D. Caroli Brancacii Regii Consiliarii in caussa Venerab. Monasterii Monialium Divi Thomæ Civitatis Marsici Novi contra Magn. Nicolaum Sassano Terræ Boschi. Processus est in Banca Rubini penes Scribam Antonium Florentinum.

24 Imo creditor est privilegiatus magis extraneo duobus privilegiis.

Primum est, quia extraneus offerre debet præsenti pecunia, ut expresse disponitur in *l. a Divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re judic.* alias foret nulla dicta venditio, *Ursill. ad Afflict.dec.358. num.4. Ludovic. decis.22. num.1. Castill. decis.7. Giurb. dec.53. Surd. cons.168. Gratian. tom.1. cap.7. n.6. Hodiern. contr.40.* Et nisi deponat integrum pretium, dominium rei subhastatæ consequi non potest, nec Judex poterit ei fidem de pretio habere, itaut nec unus nummus deficiat, & nullo modo admittendæ sunt oblationes, cum potestate concordandi creditores declarandos per S. R. C., alias venditio erit nulla, *Staiban.cent.2.observ.115.num.21. 32. & 35.* post *Caroc.in tract. de oblat.par.1.q.6.*

Quæ conclusio fallit, quando oblatio recipitur consentientibus creditoribus, quia ipsi possunt renunciare favori suo, sed non poterit Judex dissentientibus creditoribus, *Staib.loc.cit.n.52.*

Sed creditor potest offerre absque pecunia præsenti, compensando oblatum pretium cum suo credito, & si pretium erit majus suo credito, debet residuum illud depositare in aliorum creditorum commodum, alias erit nulla venditio, & ita decisum refert *Staiban. ubi supra num.46.*

Secundum privilegium, quia creditor præfertur extraneo licitatori, *l. cum bona 16. de reb. author. Judic.possid.* alias *l.1.de privil.credit.Conhr.de Judic. tom.2.lib.1.tit.3.disp.1.n.7.Hodier.contr.10.n.69.*

25 *Praxis calculi alterius modi, quando pro summa calculata erunt expedienda litteræ executoriales.*

Facto calculo, fit decretum v3.

Die 14. Martii 1682. Neap. Facto verbo. Per M.C.V. provisum, & decretum est, visis actis, & calculo Scribæ Caussæ fol.53. liquidetur quantitas juxta calculum, hoc suum, &c.

Mercianus. Vargas. Machucca. Sorrentinus Act.

Quo decreto notificato, fit iterum aliud decretum v3.

Die 14. Aprilis 1682. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. & Caussæ Comm. fuit provisum, & decretum, quod infra dies duos N. solvat ducatos tot pro censibus liquidatis juxta calculum, alias providebitur, hoc suum, &c.

Quo notificato, fit aliud decretum v3.

Die, &c. Per subscriptum Dominum Judicem, &c. fuit provisum, & decretum, quod in alio biduo N. solvat ducatos tot Actori pro censibus liquidatis juxta calculum, alias exequatur, hoc suum, &c.

Quo decreto intimato, fit aliud decretum v3.

Die, &c. Per subscriptum Dom. Judicem, &c. fuit provisum, & decretum, quod stante lapsu termini exequatur contra N. juxta calculum ad instantiam N. Actoris, & consignentur litteræ executoriales, hoc suum, &c.

Hoc decretum non notificatur, sed expediuntur litteræ executoriales, & consignantur.

26 *Praxis appellationis desertæ.*

Quod differat appellatio deserta a decreto, quod fit, sententiam fecisse transitum in rem judicatam, dixi supra in *Tit.6.cap.3.n.60. fol.100.* ubi etiam dixi, quod deserta appellatione, si Judex ad quem non pronunciat, elapso termino persecutionis, tunc Judex a quo poterit exequi suam sententiam, non obstante pendentia appellationis, *Boer.dec.106.num.12.* ubi allegat *Paul.de Castr.in l.eos col.ult.versic.in secunda q.Ias. & Salycet. ibid. col.3. & Bald. in authent. l. qui litigantium, C.de Episc.audiend. & in cons.20.vol.3. & cons. 370.vol.3.*

Quod sane intellige, juxta tradita per *Masc. in gloss. prosequendam num.3.* ut quando appellans, non impetrasset litteras inhibitoriales, tunc enim ad Judicem, a quo, pertinet pronunciatio desertionis; secus ubi impetrasset litteras dimissoriales a Judice, ad quem, & infra tempus quinquaginta dierum processus copiam non asportasset; tunc pronunciatio desertionis non potest fieri per Judicem a quo, sed spectat ad Judicem ad quem, quia per expeditionem, & notificationem inhibitorialium, caussa devoluta censetur ad superiorem, & ligatæ sunt manus inferioris, *Motill.de appellat. desert.n.81.& Dom.Scop.ad Nicol.in Prax.civil.fol.73. num.60.*

Et ratio quare in decreto sententiam fecisse transitum in rem judicatam, non est necessaria citatio partis, & in decreto, quo declaratur appellatio deserta, pernecesse debet pars citari ante, & post declarationem desertionis, est, quia pars citata non posset impedire fecisse transitum in rem judicatam, sed in desertione appellationis posset allegare aliquod impedimentum, quia multa sunt impedimenta, quæ impediunt desertionem appellationis, ut si appellans paupertate pressus, non potuit transportare processum, & prosequi; Item si tractaverint compromissum, vel concordiam; item si fuerit dictum de nullitate; nam interim non currit appellatio, & hoc est novum impedimentum desertionis, relatum per *Castill.in decis.47.n.7.* quod singulare appellatur a *Staib. resol. 135.* & de impedimento paupertatis, & concordiæ vide *Lagon. ad Rovit.pragm.1.de appellat.Guid.Pap.decis.125* & de aliis vide *Castill.ubi sup.*

Et si controvertitur desertio appellationis, discutiendus est articulus coram Judice ad quem, *Rovit.*

pragm.

pragm.1.de appellat.num.2. quod similiter intellige, si fuerint expeditæ litteræ inhibitoriales, ut supra dictum est.

Formula autem declarandi appellationem desertam, erit duobus modis; Primo, ut fiat instantia, quod stante non fuit prosequuta appellatio, declaretur deserta, in calce dictæ instantiæ fit monitio, qua notificata, fit decretum, v3.

Die, &c. Per M.C.V. facto verbo in Aula Caussarum civilium. Visis petitione fol.83. Decreto M.C. lato sub die 17. mensis Junii 1690. fol. 80. notificato sub die 5. mensis Julii 1690. fol.82. appellatione interposita sub die.... fol.83. Provisum, & decretum est, & M.C.V. declarat appellationem esse desertam, ex quo non fuit prosequuta infra legitima tempora, hoc suum &c.

Apicella. Cosentinus. Sorrentinus Act.

Quo decreto notificato, fit instantia pro executione, & proceditur ad executionem sententiæ, juxta formulas superius datas. Nisi adversarius appellaverit a dicto decreto; Nam potest appellari a decreto desertionis, ut late *Carlev. de judic. tit.3. disput.3. nu.47. Marant. part.8. tit. de appell. num.*201.

Ideo datur cautela ad evitandam appellationem, ne impediatur executio; ut in declarando desertionem, adhibeatur sequens secundus modus, v3.

Secundo modo non fit instantia, ut declaretur deserta, sed fit instantia pro executione sententiæ habita appellatione pro deserta; Tunc Judex pronunciat, quod exequatur sententia, & ab hoc decreto de exequendo non datur appellatio, & tunc censetur, quod Judex vere censuit desertam esse appellationem, *Carlev. & Marant. ubi sup. Capella cautel.*41.

27 *Form. Taxæ expensarum.*

Al Sig. Giudice Messia Comm.

Il Procuratore della Ven. Chiesa, e Clero della Terra di Faischio supplicando espone a U. S. come essendosi proceduto alla vendita di una casa di Francesco Collichio Reo convenuto con giudizio di assistenza, e quella rimasta ad estinto di candela a Giuseppe de Tomasi per prezzo di duc. ottanta, perchè detta sua Principale oltre il capitale di duc. 30. e terze decorse già liquidate, come appare dagli atti, deve conseguire per spese fatte nella lite molte quantità. Supplica U. S. ordinare, che quelle siano liquidate, acciò detta sua Principale sia per intiero sodisfatta del prezzo di detta vendita di detta casa, e lo riceverà a grazia, ut Deus.

Taxentur expensæ per Scribam Caussæ. *Messia.*

Insuper requiratur pars adversa ad videndam taxam prædictam. Die 9. Decembris 1680. *Joachim Sorrentinus Relator Electus.*

Et intimato Procuratore adversarii, petit terminum ad denunciandum Principali, ex quo diu non fuit locutum de tali caussa; & fuit concessus terminus dierum 15. ad denunciandum.

Et intimato dicto termino, Procurator protestatur de brevitate termini.

Et elapso termino, proceditur per Scribam Calculatorem electum ad taxam, & fit relatio taxæ, cujus copia notificatur adversario, qui si senserit se gravatum, potest petere revisionem, & committitur revisio alteri Scribæ, cum comminatione, quod gravatus illam procuret infra tot dies, alias providebitur, quod firma remaneat.

At si non petierit revisionem, neque opposuerit aliud substantiale; tunc fiunt bina, vel trina præcepta, ut conventus solvat juxta taxam, & in ultimo præcepto dicitur, quod exequatur juxta taxam, & expediantur litteræ executoriales pro summa taxata.

Aliam formulam taxæ expensarum posuimus *Tit.1. Spec.1. c.27. num.* 112. cum formula decreti *num.* 115. *fol.*65.

C A P. V.

De Praxi Adjudicationis in Judicio Assistentiæ.

S U M M A R I U M.

Adjudicatio bonorum fit creditori in duobus casibus, & qui sint dicti casus, num.1.

Instantia pro adjudicatione quando non reperitur justus emptor cum actis sequentibus, num.2.

Adjudicatio fieri non potest, si res valeret ultra valorem crediti, quia esset invalida, nisi in casu, quo debitor consentiat, num.3.

Venditio sub hasta fit in sexta parte pretii minus, quam res fuerit appretiata, alias subhastatio irritatur, num.4.

Debitor opponere potest, ut bona adjudicentur creditori pro justo pretio, quando adest læsio ultra sextam, num. 5.

Adjudicatio in judicio assistentiæ potest fieri ad electionem creditoris, & quæ praxis sit tunc servanda, quando creditor adjudicationem elegerit, non obstante, quod reperiatur justus emptor, num.6.

Adjudicatio non suspenditur per appellationem respectu capitalis tantum, num.7.

Adjudicatio licet non impediatur per appellationem, impeditur, si de nullitate fuerit dictum, & dummodo nullitates ex eisdem actis appareant, num.8.

Appellans non auditur electa via adjudicationis, nisi prius fiat appretium, & consignatio bonorum, num.9.

Restitutio in integrum petita, an, & quando impedit executionem decreti Assistentiæ, num.10.

1 ADjudicatio bonorum fit creditori in duobus casibus.

Primo, in casu, quo non reperitur emptor, vel reperitur, sed non justus, idest quando velit emere cum læsione ultra sextam, nam læsio in sexta parte tantum toleratur; ut inferius dicemus.

In secundo casu, fit adjudicatio creditori, quando in judicio assistentiæ viam adjudicationis elegerit creditor potius, quam viam venditionis subhastæ; nam assistentiæ judicium hodie passim fit ad finem, vel adjudicandi, vel vendendi, ad electionem creditoris, *de Franch. dec.*120.

2 *Instantia pro adjudicatione, quando non reperitur justus emptor.*

Nella G.C. della Vic. compare Angela N., e dice, come avendo ottenuto decreto di assistenza sopra una casa sita al T. luogo, e quella apprezzata per duc.80. e pubblicati gli banni per la vendita, nè essendo comparso alcuno per comprarla, fa istanza, che si aggiudichi ad essa comparente pro concurrenti quantitate del suo credito.

Fit monitio, qua intimata, fit decretum, quod fiat petita adjudicatio in beneficium Angelæ N. bonorum in actis deductorum servata forma appretii fol. 25.

Quo decreto interposito immittitur in possessionem.

3 Habuisti formulas adjudicationis factæ, quando factis bannis non fuit repertus emptor, quo casu fit adjudicatio pro concurrenti quantitate, adeo quod si corpus, super quo fuerit præstita adjudicatio, sit majoris valoris, tunc de illa parte tantum, quæ ad crediti valorem ascendat, & non ultra adjudicari debet; nec poterit prætendere creditor, quod possit refundere in pecunia illud plus, quod appretiatum est, ut advertit *Barb. de assig. glos.1. sub nu.1. D. Scop. ad Nicol. fol.27. num.*146.

Et si fieret adjudicatio plus debito, retractari posset,

ſet, & eſſet nulla, *Nicolin. fol.25. num.39.* ubi late *D. Stepp.* qui ampliat etiam in adjudicatione facta pro quantitate illiquida, & ampliat, ut res reſtituenda ſit debitori una cum fructibus a creditore perceptis, & ampliat, etiam ſi exceſſus ſit in expenſis, vel in parva quantitate ultra debitum, ut late ibi, & quod ſit nulla adjudicatio ultra concurrentem quantitatem debiti; tenet quoque *Petra vit.166.num.211. Prat. ad Maſcat. gloſ. adjudicantur, Rovit. ſuper Pragm.2. de appellat. num.2. Ricc. collect.1246.* & alii ibi.

Verum, ubi debitor vellet, ut æſtimetur, & adjudicetur tota res creditori, quia pars juncta cum toto valet pluſquam ſeparata, tunc actor non poteſt dicere, æſtimetur tanta pars prædii, quanta ſufficit pro concurrenti quantitate crediti, quia hoc arbitrium eſt ad beneficium debitoris, *de Marin. lib.2. reſol.41.* per *Text. in l. Maximum, §. fin. ff. familia erciſcunda, & Piſanell. apud d. de Marin. num.7.*

4 Sed ſi fiat venditio ſubhaſta, res executa conſignabitur emptori, etiam pro viliori pretio, dummodo non ſit vilius ſexta parte pretii; nam læſio in ſexta parte toleratur, quando venditio fit ſubhaſta, & emptor lucrabitur ſextam partem pretii, ut uſitatur ſervari in S.C. *de Franch. dec.120. num.7. ex deciſ. Bart. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum col.5. ff. pro ſoc. verſ. quaro, qua dicatur. & de Marin. lib.2. reſol.41.*

At ſi fiat cum læſione ultra ſextam ſubhaſtatio irritatur, & bona ſunt reſtituenda debitori, ſoluto tamen per eum debito, & expenſis, *de Franch. & de Marin. loc. citat. Urſill. ad Afflict. dec.140. Muſcat. gloſ. vendantur, lib.2. par.3. num.14.*

5 Et debitor poteſt opponere in ſubhaſtatione, quod pretium oblatum per licitatorem non eſt juſtum; Ideo adjudicentur bona creditori pro juſto pretio, *de Marin. d. reſol.41. num.44. lib.2.*

Sed de hoc vide, quæ latius dixi ſuperius in *cap.4. num.22.*

6 Secundo caſu, quo adjudicatio eſt facienda, erit, ſi creditor elegerit adjudicationem fieri, etiam ſi reperiretur juſtus emptor, & hoc eſt alterum privilegium aſſiſtentiæ, quæ in Regno præſtatur ad finem, vel vendendi, vel adjudicandi ad electionem creditoris.

Ubi nota, quod licet tenor ſententiæ concludat eſſe præſtandam aſſiſtentiam cum adjudicatione in forma, & facultate vendendi ad creditoris electionem; tamen interpoſita appellatione, non poteſt executioni demandari, quoad effectum venditionis, ſed executioni demandatur quoad effectum adjudicationis tantum, & illa clauſula cum adjudicatione in forma extenditur per aliud decretum, in quo Judex decernit bona eſſe adjudicanda pro appretio faciendo per expertos, ita *Rovit. pragm.1. de aſſiſt. num.33. & 37. & prag.2. de appellat. de Franch. dec.120. Muſcat. in prax. fidejuſſ. mod.18. & lib.2. par.1. gloſ.1. a num.135.* relati per *Manſ. in ampl.35. num.36.* poſt *Afflict. dec.187.*

7 Cum alia advertentia, quod hujuſmodi executio ad effectum adjudicationis conceditur ſolum pro capitali, non autem pro intereſſe, ut ex *Ann. ſing.494.* dicit *Novar. qu. for. 163. num.1.* Præſtita fidejuſſione de reſtituendo in caſu retractationis, & ſi fidejuſſorem juret ſe non poſſe invenire, tunc admittitur juratoria cautio, *Novar. ibidem.*

8 Cum alia advertentia, quod ſi fuerit appellatum, & æque principaliter de nullitate dictum, tunc impeditur executio ſententiæ, etiam quoad effectum adjudicationis, & appellatio parit effectum devolutivum, & ſuſpenſivum, *Pragm.2. de appellat. in cauſſa aſſiſtentiæ;* ubi *Novar. & Rovit.*

Verum nullitates debent ex eiſdem actis apparere, *Papar. in ſua prax. tit.4. de aſſiſt. num.19. Muſcatell. lib.2. par.1. gloſ. ſententia num.135. in fin.*

Et circa nullitates proponendas cum depoſito, & aliis, habemus *Pragm.4. de dilationibus,* ad cujus declarationem multa dixi in *mea addit. ad Sorrunz. ad fol.134. p.1. ſuper num.49.* ubi vide.

„ *§.1. num. 19. adducta Conſtit.* facta mentione depoſiti
„ pro nullitatibus ordinis, carolenorum ſc. quindecim
„ in M.C.V., & duc. ſex in S.R.C. & Reg. Cam. Summa-
„ riæ, ſtatuitur expreſſe, quod aut reſtituatur parti,
„ ſubſiſtentibus nullitatibus, aut Regio Fiſco, illis reje-
„ ctis; abſque eo quod amplius dici queat, ut pluries
„ dicebatur, nec a Regali Camera D. Claræ, nec a di-
„ ctis S.R.C. & R.Cam., *ex cauſis reſtituatur depoſitum.*
„ At vid. etiam præſcriptum *§.II. num.2. ejuſdem.*

9 Et facto decreto adjudicationis, non auditur appellans, niſi prius fiat appretium, & conſignatio bonorum pro concurrenti ſumma ejus crediti, et poſtea appellans auditur, *de Franch. dec.120.*

10 Sed reſtitutio in integrum petita, tunc impedit executionem ſententiæ in judicio aſſiſtentiæ, quando affertur aliqua ſcriptura, vel aliquid allegatur, ex quo non videatur calumnioſe petita, alias non impeditur executio, præſtita cautione, et propterea ne mireris, ſi in Regno reperies diverſas deciſiones, et opiniones invicem contrarias; nam ita conciliantur, et ita ſe habet veritas, quod bonus Judex, quando videt, non calumnioſe eſſe petitam, tunc differt, alias negat, *Barbat. gloſ.1. num.43. de aſſiſt. Papar. tit.4. de aſſiſt. num.21.* ubi alios habes.

Et hodiernus ſtylus M.C.V. & Sac. R. Conſ. eſt, ut petita in integrum reſtitutione contra ſententiam aſſiſtentiæ, ſemper ſuſpenditur executio, donec deciditur articulus reſtitutionis, qui ſemper ſummarie expeditur ex eiſdem actis, nullis admiſſis exterioribus probationibus, ut rejecto *Maranta in 6. p. tit. de appell. num.137. & Affl. dec.356.*, & aliis, tenentibus, quod reſtitutio petita contra ſententiam aſſiſtentiæ, non impediat executionem, docet *Carlev. lib.1. tit.3. diſp.16. num.48.*

C A P. VI.

De exceptionibus, & aliis notabilibus in judicio Aſſiſtentiæ.

S U M M A R I U M.

Exceptio diſcuſſionis contra principalem, non habet locum in judicio aſſiſtentiæ; limitatur, quando principalis eſt mortuus, num.1.

Exceptio reſciſſionis cum principali quando habet locum, num.2.

Exceptio diſcuſſionis contra poſſeſſorem rei ſpecialiter obligatæ, quando habet locum, & quando non, num.3.

Exceptio diſcuſſionis non habet locum in adjudicatione tantum, ſecus quando conceditur aſſiſtentia ad finem vendendi; Et ſuper hoc datur cautela actori, num.4.

Exceptio præſcriptionis quando habet locum in judicio aſſiſtentiæ, num.5.

Præſcriptio in contractu cenſuali, in contractu emphyteutico, & in annuis legatis, quando datur, & quando non, num.6.

Præſcriptio a quo tempore incipit currere in judicio aſſiſtentiæ, num.7.

Juramentum impedit præſcriptionem, adeo quod ſi debitor cum juramento obligatus per mille annos viveret, non præſcriberet, & ita quoque hæres ejus. Secus in ſucceſſore univerſali, qui non jure hæreditario ſuccedit, num.8.

Tertius poſſeſſor, qui, & quando præſcribit, & quando non, num.9.

Præſcriptio in inſtrumento non habet locum contra tertios poſſeſſores, fuit deciſum apud Thor. *& quando ſit dicta deciſio intelligenda,* num.10.

In-

Interesse tertiarum debetur etiam per tertium possessorem, num. 11.

Tertiæ ad quam summam ascendere debent, ut possit exigi interesse a debitore moroso, num. 12.

Interesse cacari non potest ab initio, num. 13.

Tertius possessor, quando excusatur a solutione interesse pro tertiis non solutis, num. 14.

Tertiæ non debentur post litem contestatam, Verum debetur interesse ad eandem rationem, num. 15.

Interesse, quod decurrit post contestationem; non parit aliud interesse; & quare tertia pariunt interesse, num. 16.

Tertius solvens debitum sortis, & interesse, quando potest exigere aliud interesse pro dicto interesse soluto, num. 17.

Continuatio solutionis interesse per plures annos parit effectum, ut non possit cogi debitor ad solvendam sortem ad electionem creditoris, licet fuerit promissa infra certum tempus solutio sortis, quia ex continua solutione convertitur in naturam census bullaris, num. 18.

Venditio subhasta cum pacto de retrovendendo toleratur tertia parte minus justo pretio appreciato, num. 19.

1 EXceptio discussionis contra principalem non habet locum in judicio assistentiæ, sed potest procedi contra tertium possessorem principali nondiscusso, nec audito, dummodo in instrumento adsint requisita *Reg. Pragm. de assistentia*, ut in 3. *cap.* dictum est.

Limitatur dicta regula, quando principalis est mortuus, ut dicto *cap* 3. *num.* ...

2 Limitatur, quando agitur pro capitali annuorum introituum, ubi licet non habeat locum exceptio discussionis, habet tamen locum exceptio rescissionis faciendæ cum principali debitore, juxta ea, quæ dixi in præcedenti *tit.6.cap.2.num.13. & seq.* ubi vide.

3 Limitatur etiam, quod exceptio discussionis competit tertio possessori bonorum in genere obligatorum contra alium possessorem rei specialiter obligatæ, quia *Pragm.* cum insertione Bullæ *Nicolai V.* mandat censualia habere executionem paratam super bonis specialiter obligatis absque excussione principalis; unde videtur non denegare dictam exceptionem, quando agitur contra bona in genere obligata. Et Doctores loquentes contrarium, debent intelligi, tunc non competere dictam exceptionem cum in instrumento est clausula, *quod specialis hypotheca non deroget generali*, ut *de Franch.decis.5. Felician. de censib. lib.3.cap.4.*

Vel quando est clausula, quod liceat consequi à quolibet detentore bonorum in specie, & in genere obligatorum insolidum.

Neque principalis potest excipere excussionem rei specialis, si contra ipsum agetur uti possessorem rei generaliter obligatæ, *Barbat.glos.10.nu.52.*

4 Limita etiam, quod *Pragm.1.de assist.* concedit posse agi contra tertium principali non discusso, intelligi debet *dicta Pragmatica* in adjudicatione tantum, non autem quando conceditur assistentia ad finem vendendi; Nam tunc cum dominium sit transferendum in alium, quam in creditorem, datur discussio, non obstante *pragm prædicta, de Franch. dec.120.nu.6. Muscat.in prax.jud.just.modo 18.& lib.2. par.1.glos.* ... *num.135.*

Unde cauti Advocati in eodem libello agunt contra tertium possessorem, & contra principalem debitorem cumulando duo judicia; unum præparatorium ad aliud, *Barb.ubi sup.num.66.*

Alia de exceptione discussionis habebis in sequenti Tom. Deo dante.

5 Exceptio præscriptionis poterit quoque opponi; Nam assistentiæ judicium præscribitur contra tertium possessorem spatio triginta annorum, *Affl. & Ursill. dec.139. Sanfel.in prax. jud. sect.50.nu.8. fol.424.* quia est remedium agendi ex *l.fin.C.de acquir.possess.*, quod remedium durat annis triginta, *Muscat.par.1.glos.condemnando lib.2.num.161. Barbat.de assist.glos.7.num.62.* qui tamen *num.79.* limitat in contractu censuali,

6 in quo oritur nova actio pro censibus singulis annis, ut propterea possit agi adversus etiam tertios possessores semper, nulla data temporis præscriptione pro censu bullari, per *text. in l.cum notissimi, C. de præscript.30.vel 40.annorum, Guid. Pap. dec.406. Boer. decis. 336. Virgin. Boccat. in tract. de censib. par. 3. num.65. Foller. de censib. verb. tanquam res judicata, num.35.*

Ita quoque neque admittitur præscriptio pro canone emphyteutico, *Thesaur.dec.179. num.1.* ex eadem ratione; & *Guid. Pap. ubi sup.* Et *Doctores* loquentes præscribi annuas præstationes per actus inter vivos 30. annorum spatio tam pro decursis, quam pro decurrendis unica solutione, ut est *Bart.in d.l.cum notissimi, §.in iis, C.de præscript.30.annorum, gl.in l.si sic, ff. quemadmodum servit. amittatur, Baldus.de præscript.in 4.part.princip.qu.4.num.24. Magon.vol. flor. decis.95.num.2.* posse conciliari, & intelligendo, esse de annuo interesse convento pro sorte ad tempus, quia illa quantitas, tunc non debetur jure actionis, ut census bullaris, & emphyteuticus, sed accessorie ad sortem.

Ita quoque in annuis legatis neque unquam currit præscriptio, cum in primo anno sit purum legatum, pro sequenti vero conditionale, quicquid dicit *Guid. Pap. & Thesaur. ubi sup. Jason. in l.Stichum, aut Pamphilum, §.stipulatio num.2. ff.de verb.oblig.* Nam quot sunt anni, tot sunt diversa legata, *Gratian. discept. for.294. num.8. & cap.683. num.19. Marant. dec.48. num.8.*

Nota tamen, quod pro dictis annuis legatis, quia legatum annuum debetur de fructibus bonorum testatoris, proinde conveniendi sunt illi, ad quos fructus pervenerunt actione personali, & non potest agi contra tertios possessores, nam hypothecaria datur pro legatis quantitatis tantum, non autem pro legatis annuæ quantitatis pro præterito decursis, & solum facta discussione cum hæredibus, si non fuerint reperti solvendo, potest imponi onus tertiis possessoribus correspondendi in futurum, *Barbat.in glos.12.num.79.*

7 Sed dubium cadit, a quo tempore incipiat currere dicta præscriptio, sive dictus terminus 30. annorum in judicio assistentiæ.

Affl.in d.dec.139.num.7. concludit, quod creditori non currit præscriptio, nisi a tempore, quo fuit facta discussio, & a tempore, quo principalis debitor fuit excussus, & repertus non solvendo, quia antea agere non potuit, & sic non currit tempus præscriptionis, ex doctrina *Alex.in 5.vol.cons.58.in fin. col. in auth.hoc si debitor, C.de pignor.*

Sed hanc opinionem impugnat *Negus.in tract.de pignor.in 2.membr.6.part. fol.164.* quem sequitur *Ursil.* qui refellit *Affl.in d.dec.139.* & sic tempus incipit currere a die, quo tertius possessor cœpit possidere.

At *Barb. glos.7. num. 84. in fin.* remittit se pulchræ *dec.de Franch.342.* ubi a die natæ actionis, quia non valenti agere non currit præscriptio, *l. nam & si, ff. de injust.rupt.*

Unde concluditur contra *Affl.* quod excussio contra principalem si non fuit facta, imputatur creditori, qui potuit dictum impedimentum removere, & non fecit, & sic licet non sit facta discussio cum principali, currit præscriptio a die natæ actionis in beneficium tertii possessoris bonæ fidei, non habentis caussam a debitore malæ fidei, *Cæsar Bisognus alleg. 110. num.9.* ex

Ro-

Raïaud.cons.79.num.18.Anna sing.237.

8 Limitatur suprapofita conclusio, quod assistentiis præscribitur per tertium possessorem spatio 30. annorum, ut non juvet dicta exceptio præscriptionis, quando in contractu adest juramentum, ut concludit *Ursil. ad d. dec. Affl.* 139. quia ratione juramenti perpetuatur obligatio adversus præscriptionem, per ea, quæ voluit *Hyppolit. in sing.141. & 158. & Hieronym.Crat.cons.41.vol.1.num.5. & Pisanell. ad d.dec. Affl.*dicit hæc formalia verba: *Nota unam mirabilem cautelam, quod si opponitur præscriptio, tu replica de juramento posito in contractu, quod impedit præscriptionem, ita est stupendum dictum Ludovic. Roman.in l.1.in 3.art.in repet. ff.de usucap.*& alii allegantur ibi.

Hinc fit, quod debitor cum juramento obligatus, cum fit malæ fidei possessor, nullo tempore præscribere potest, & si per mille annos viveret, *Canonistæ in cap. fin.de præscript.*& alii apud *Capyc.dec.4.num.9. Surd.dec.341.num.1.Osasc.dec.101.num.27. Cæsar Bisogn.alleg.91.num.3.*

Et hæc mala fides defuncti nocet etiam hæredi, qui neque ex persona sua potest incipere præscriptionem, quia tenetur exonerare conscientiam defuncti, *c.fin. de sepult.Ant.de Butr.Jas.& Abb.in cap.si diligenti de præscript.Capyc.d.dec.4.num.13.*

Secus in alio successore universali, qui non succedit jure hæreditario, sed aliunde, ut est Prælatus Ecclesiæ, Capituli, Collegii &c.quia tunc mala fides defuncti non nocet successori ignoranti,*Capyc.ibid.*

9 Ita etiam, quando tertii possessores essent in bona fide, & non haberent caussam a debitore malæ fidei, quia tunc mala fides debitoris non nocet possessoribus, qui a debitore caussam non habent, & ipsi tertii possessores fuit in bona fide.

Vel quando, licet haberent caussam a debitore malæ fidei; tamen ipsi tertii possessores essent in bona fide, & tollent computare tempus Auctoris; sed a se ipsis incipere præscriptionem, ut sic distinguendo declarat *Negusant.de pignorib.memb.2. par.6. fol.16.Cæsar Bisogn. alleg.*120.*num.*10.

10 Sed quod præscriptio triginta, vel quadraginta annorum non habeat locum in instrumento contra tertios possessores, refert in S. C. decisum *Thor.in suppl. comp.verb.exceptio,*quem allegat *Motill.de grad. cit.n.* 183.*in fin.fol.*41.Intellige ex defectu bonæ fidei, & in instrumento bullari, ut dixi sup. *num.*6.

,, Inter alia in Regis nostri sillata *Constitutione* statu-
,, tum videmus *§.III.nu.1.& 2.*, quod quater singulis an-
,, nis, die a spectabili Præside S.R.C.statuta,fieri debeat
,, unio quatuor Aularum; ut per modum legis conden-
,, dæ variæ DD. opiniones hinc inde in dubium revo-
,, catæ, decidantur, ut ita obviam eatur litium prolixi-
,, tati, quæ ut plurimum derivant ab harum opinio-
,, num discussione; articulusque decidendus alternatim
,, proponatur ab uno ex quatuor Aularum ejusdem S.
,, R.C.Præfectis. Qua decisione facta, & a Rege probata,
,, ita deinceps ab omnibus Regni Tribunalibus in simi-
,, libus casibus observari, & decerni debeat. Illeque
,, articulus primo decidendus in eadem *Const.:*proponi-
,, tur, sc.*an in Regno locum habeat præscriptio, & qui-*
,, *bus in casibus*; & licet jam ad hoc bis sese junxerint
,, quatuor Aulæ S. R. C., adhuc sub judice lis est. Ve-
,, rumtamen interim observandum, quod si ab aliquo
,, lis moveatur, cujus actio ante annos 30.orta est,non
,, datur terminus in causa, nisi elapso bimestri a die
,, notificationis libelli. Et servatis servandis illo postea
,, compilato, nequit causa definiri, nisi post mensem
,, a notificata monitione ad sententiam.

11 Creditori ex caussa census Bullaris præstanda est assistentia non solum pro tertiis debitis, sed etiam pro interesse dictarum tertiarum, non solum contra principalem debitorem, ejusque hæredes, sed etiam contra tertios possessores, super bonis obligatis, & hoc jure utimur in omnibus Tribunalibus hujus Regni; teste *Rovita*, ejusque eruditissimo Additionatore *Dom. Altim.in dec.9.& 43. & de Franch. dec.254. Reg. Lanar.consil.79.num.6.Ann.sing.48.num.17. Trentacinq. lib.1.resol.1. tit.de interesse num.37.* & alii apud ipsos citati. Quicquid in contrarium dicant non teneri tertium possessorem, *Thor.par.2. in compend. verb. Assistentia fol.31.Barb.de Assist.glos.1. a num.122.ex Anna sing.494.*Nam illis rejectis contrarium concludit *Dom. Altim.*, vigore clausulæ appositæ in fine instrumentis *Pro quibus omnibus observandis.*

12 Fallit hæc conclusio, quando tertiæ important parvam summam multo minorem ducatis centum; nam tunc interusurium tertiarum in tempore non solutarum a debitore moroso exigi poterit, quando tertiæ non solutæ important summam magnam ad minus ducatorum centum, *D. Altim. ad Rov. cons.8. num.1.* post *Ursill.ad Affl.dec.291.num.6.Theodor.alleg.40.nu. 37.Thor.par.3.compend.verb. interesse.*

Et hoc intelligi putat *Dom.Altim. d.loc.cit.* in magnis Civitatibus, in quibus raro fieri possunt emptiones parvæ summæ; secus in villis, & parvis Civitatibus, ubi capitalia parva frequentantur, ubi parvæ summæ facilius implicantur in emptionem, & propterea ratione lucri cessantis, & damni emergentis, etiamsi tertiæ importarent summam 30. aureorum, posset pro illis a debitore moroso exigi interusurium.

13 Non potest tamen dictum interesse ab initio taxari, quia esset illicitum, idem *D. Altim. ibidem* post *Marcian.disput.59.num.3.*

Et dictum interesse habet eandem anterioritatem, ac capitale;*Theod.alleg.7.num.1.D.Altim.ibid.*

14 Fallit superior conclusio, quod tertius possessor licet tertiarum solutionem non possit unquam effugere, tamen non poterit molestari pro interesse tertiarum, quando creditor negligens fuit in exigendo a principali debitore, & exemplificat in creditore administrante bona sui debitoris, qui potuit, & debuit sibi solvere, & non curavit solutionem, *Rovit.d.dec. 9.num.3.Affl.dec.13.num.14.* & alii adducti per *D.Altim.d.loco n.5.*& de hoc vide, quæ dixi in *Tit.6.Spec. 1.cap 2.num.20. fol.91.*

15 Notabilis est clausula, quæ apponitur in decreto assistentiæ, ut in form.supra posita *num.19..cap.3. ad solvendum ducat.tot capitalis una cum tertiis decursis usque ad diem litis contestatæ, & deinde in antea interesse ad eandem rationem calculandum.*

Nam sententia assistentiæ declarat contractum fuisse rescissum, statim contestata lite, & proinde usque ad contestationem litis deberi tertias; postea vero stante rescissione contractus, amplius non esse decurrendas tertias, sed interesse ad eandem rationem, & sic ex stylo consuetudine firmato, fiunt sententiæ, teste *Cons.Rocco resp.27.lib.2.Moccia in Sylva casuum forma cap.52.*licet sola contestatio non est sufficiens, ut contractus habeatur pro rescisso, nisi sequatur sententia declaratoria, quod rescisso contractu condemnetur debitor ad capitale solvendum,*Marcian. disp. 59.*& dicta sententia, sive dicta rescissio retrotrahitur ad tempus contestatæ litis, quia dicta sententia declarat,non aliquid novi facit.

16 Effectus hujus declarationis non est modicus, quia illud interesse, quod decurrit a die rescissionis, non parit aliud interesse, prout pariunt tertiæ non solutæ, *de Franch.dec.244.Lanar.cons.79.de Ponte cons.64.nu. 19.Roy.in Pragm.1.de cens.*

Quia tertiæ non sunt interesse accessorium ad capitale, sed dicitur sors, quæ de per se debetur jure actionis, dum capitale est demortuum, sed interesse, quod debetur accessorie, non potest producere aliud

in-

intereſſe; illicitum enim eſt uſuras uſurarum exigere.

17 Et hanc concluſionem intellige inter eoſdem creditorem, & debitorem, inter quos illicitum eſt, etiam ſi ex pacto deducatur in capitale; & intereſſe pro intereſſe convento non deberi, deciſum refert *D. Altim. ad Rov. d. dec. 9.* & de hoc non amplius dubitatur apud omnes Catholicos.

Secus, ubi alius ſolviſſet pro parte debitoris capitale, tertias, & intereſſe tertiarum, vel debitum ſortis, & intereſſe; nam reſpectu illius ſolventis tota ſumma ſoluta efficitur ſors, & propterea poterit exigere intereſſe etiam pro ſumma intereſſe ſoluti, *de Franch. dec. 254. num. 14. De Luca ibid. Rovit. dec. 9. num. 19 & num. 28.*

Hanc tamen concluſionem perpulchre more ſuo dilucidat *D. Altim. in d. decis. Rovit. num. 19.* ut id locum habeat, quando fidejuſſor, vel mandatarius ſolvunt pro debitore ſortem cum uſuris, & ſic actione mandati, vel negotiorum geſtorum repetunt intereſſe pro tota ſumma ſoluti.

Secus in caſu, quo tertius ſolverit pro debitore; tunc uſuras uſurarum exigere non potuit a debitore, pro quo ſolvit, & ita intelligendus eſt *Olea tit. 5. qu. 5. num. 54.* citatus a *de Luca ad Franch. dec. 254. in fine.*

Et ratio eſt, quia aut vult agere virtute ceſſionis obtentæ a creditore, cui fuit ſolutum, & non poteſt, quia creditor non potuit transferre dictum jus, quod ipſe non habebat exigendi uſuras uſurarum.

Aut velit agere actione negotiorum geſtorum, & neque poteſt, quia utile negotium non diceretur geſſiſſe, ſi debitorem cuctare poſſet hujuſmodi uſuris uſurarum, *Dom. Altim. loc. cit.* Ubi tamen dicit, quod ſi ſolutio facta per dictum tertium longe plus debitis attuliſſet utilitatem debitori, quam eſſent uſuræ uſurarum, in hoc uno caſu eſſet licitum tertio ſolventi petere uſuras pro uſuris ſolutis creditori, ex juribus ibi allegatis.

Et quod creditor poſterior ſolvens anteriori ſortem cum uſuris, petere non poſſit intereſſe pro illo intereſſe ſoluto, quia ſecundus creditor utile negotium ſuum geſſit pro aſſecuratione ſui crediti poſterioris, & non pro utilitate debitoris, *D. Altim. ad Rov. dec. 9. num. 2. de Marin. lib. 1. reſol. 199. n. 10. Olea de ceſſ. tit. 5. q. 5. n. 53. Leotard. de uſur. q. 87. n. 21.*

18 Hic non erit omittendum, quod ubi debitor promiſit ſolvere centum infra tres annos, vel infra terminum inter partes conventum, & pendente ſolutione promiſit ſolvere intereſſe ad rationem tot pro centum, vel ratione fructuum rei venditæ, vel alio modo licito, ſi continuetur annualitas per plures annos ultra tempus præfixum, cenſetur ex tacita conventione mutata natura contractus in contractum cenſualem; Itaut non poſſit amplius creditor repetere capitale, non obſtante, quod fuit promiſſum ad tempus; ſed erit in electione debitoris continuare annualitatem, vel extinguere capitale, *D. Altim. ad Rov. d. dec. 9. in fin. ex Merlin. lib. 1. controv. 31. Salas de cenſ. lib. 8. n. 5. Maſtrill. dec. 16. n. 4. Toller. ſuper bulla de cenſib. n. 95. verb. hujuſmodi*, & alii, ibi.

Quicquid in contrarium dicat *P. Aſſ. controv. 13.*

Nam hoc jure utimur, & ego obſervavi multos proceſſus in Sacr. Conſ. & M. C. V. ubi in judicio aſſiſtentiæ intentato pro debito promiſſo ad tempus, pro quo creditor ultra tempus præfixum exigit interuſurium per multos annos, fuerunt facta præcepta, ut debitor ſolvat tertias, alias providebitur ſuper reſciſſione contractus, & deinde fuit lata ſententia cum ſolita clauſula, verum ſi infra tot dies ſolverit tertias, ſuperſedeatur in executione ſententiæ; & ſic in praxi recepta eſt pro veriſſima hæc opinio, quod ex continua exactione interuſurii poſt tempus præfixum non poteſt creditor repetere capitale, niſi in caſibus reſciſſionis, & quod debitor poterit purgare moram ſolvendo annualitatem, & ſic eſſe in dicti debitoris electione affrancare, & extinguere capitale; & propter hoc exaravi formulas, ut vides in *c. 3.* ex proceſſu ſic actitato coram D. Petra tunc Jud. M. C. V. penes Protam.

Verum dictum interuſurium non habet illam naturam tertiarum, ut poſſit parere aliud interuſurium, ſed ſemper retinet naturam interuſurii; Niſi in uno caſu, quando continuatio dictæ annualitatis eſſet facta per tempus longiſſimum, per quod tempus omne jus perire videtur, ita concludit *D. Altim. ubi ſup. in fin.*

19 Notabilis eſt caſus, in quo emptor poteſt tertiam partem lucrari, & offerre tertia parte minus appretio facto, quando offert emere cum pacto ad beneficium debitoris, ſive Patrimonii, & creditorum de retrovendendo infra certum tempus, puta infra triennium, vel plus, vel minus, & ita in dies practicatur; & vidi practicatum in domo, & jardeno vendita ſubhaſta S. R. Conſ. appretiatis pro ducatis termille, & ſexcentum, a quo pretio deductis ducatis tercentum triginta tribus, tareno uno, & gran. 13. capitalis annuorum ducatorum viginti ex cauſſa cenſus emphiteutici ad rationem ſex pro centum, remanſit appretium pro ducatis termille biſcentum ſexagintaſex, tarenis tribus, & gr. 6. Et ad extinctum candelæ fuit liberata dicta domus cum jardeno ad beneficium Montis Pauperum Verecundorum pro oblato pretio ducatorum biſmille centum, & quinque, & ſic deducta tertia parte appretii, in Aula Dom. Conſiliarii D. Petri Cortes anno 1694. in banca Ioſeph de Martino, tunc Fortunati, penes Scribam Petrum Romanum. Proceſſus intitulatur, Creditorum q. Angeli Izzolo.

Aſtimatio enim rei venditæ cum dicto pacto de retrovendendo fit tertia parte minus, nec in tali caſu habet locum remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit. Ludov. dec. 97.*, quia pretium, quod deficit; compenſatur cum pacto de retrovendendo, quod minuit rei venditæ æſtimationem tertia parte, vel minus, *Dom. Marad. in prax. cap. 12. num. 28.* poſt *Fabr. in Cod. lib. 4. tit. de reſcind. vendit. decad. 27. Fontanell. dec. 84. Ant. Amat. reſol. 62. par. 2. num. 17.*

Finis Primæ Speciei.



SE-

SECUNDA SPECIES

Judiciorum vigore variarum Scripturarum.

PRIMUS TITULUS

De Obligationibus penes acta.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

Ordo continuationis Judiciorum, num.1.
Diviſio ſecundæ Speciei Judiciorum in ſex Titulos, num.2.
Obligatio penes acta eſt ſcriptura magis privilegiata inter omnes alias ſcripturas; ideo primum locum in primo Tit. obtinet, num.3.
Primus Tit. de Oblig. penes acta dividitur in ſex Capita, num.4.

1 IN præcedenti prima Specie Judiciorum praxim, & formulas dedimus de Judiciis executivis, quæ fiunt per creditorem vigore inſtrumenti. At quia debitor non obligatur ſolummodo per inſtrumentum, ſed per alias varias ſcripturas; merito ſequitur nunc hæc Secunda Species Judiciorum, quæ fiunt per creditorem vigore variarum ſcripturarum.

2 Dividimus ſecundam hanc Judiciorum Speciem in ſex Titulos, quia ultra Inſtrumentum, ſex alia genera Scripturarum numerari poſſunt, vigore quarum poteſt creditor agere contra debitorem ſuum, & ſub his ſex Titulis comprehendi poteſt omne Scripturarum genus ultra inſtrumentum.

Tituli itaque, qui ſub hac ſecunda Judiciorum Specie continentur, ſunt u3.

I. TIT. De Obligationibus penes acta.
II. TIT. De Litteris Cambii.
III. TIT. De Apocis Bancalibus, & privatis.
IV. TIT. De Libris Gabellæ, Aromatariorum, Mercatorum, & aliorum.
V. TIT. De Significatoriis.
VI. TIT. De Legatis.

3 Multoties contrahentes ob aliquod impedimentum, non poſſunt publicis inſtrumentis ſe cautelare, vel quia in loco non habent copiam Notarii, & Judicis ad Contractus, vel quia potius malunt uti aliis ſcripturis, quam inſtrumentis; propterea in Regno Neapolitano uſu frequenti utimur, ut contrahentes obligent ſe penes acta Curiæ, vel mediante Apoca Bancali, aut privata, aut mediantibus litteris cambii, quorum primum locum obtinet obligatio facta penes acta, quæ eſt ſcriptura magis privilegiata, quam inſtrumentum publicum ex vi valoris judicialis; ideo in hoc primo loco collocari debet praxis obligationis penes acta, & ſucceſſive praxis aliarum Scripturarum.

4 Qui primus Titulus dividitur in ſeptem Capita.

I. Cap. De Praxi ſtipulandi obligationes penes acta.
II. Cap. De Privilegiis obligationis penes acta.
III. Cap. De exceptionibus adverſus obligationes penes acta.
IV. Cap. De Praxi accuſandi obligationes penes acta.
V. Cap. De Praxi accuſandi obligationem per Ceſſionarium.
VI. Cap. De obligatione in forma Cameræ.
VII. Cap. De Actis contra debitorem ſub mandato detentum, & pœna ſpreti mandati.

CAP. I.

De Praxi ſtipulandi obligationes penes acta.

SUMMARIUM.

Obligatio penes acta quid ſit, num.1.
Liber pro ſcribendis obligationibus penes acta qualis, & quomodo fiat, num.2.
Obligatio an poſſit capi in viis publicis, & ubique in abſentia, & ſine mandato Judicis, num.3. & 5.
Teſtes adhibendi in obligationibus, & fidejuſſionibus vigore Pragm. 15. & 16. de Actuar., *qua declaratur*, num.4.
Deciſio Reg. de Marinis 149. num.9. *declaratur*, n.5. & 16.
Obligatio penes acta ſtipulata per vaſſallum an ſit valida? num.6.
Deciſio de Franchis 118. *declaratur, & conciliatur cum illa* Reg. de Marin. num.7.
Obligatio penes acta Judicis Secularis facta a Clerico an valeat? num.8.
Fidejuſſio laici pro Clerico in Curia laicali ſit per viam expromiſſionis, & an poſſit incuſari coram Judice laico, num.9.
Clericus non poteſt pro laico fidejubere in Curia laicali, num.10.
Laicus valide obligatur penes acta Judicis Eccleſiaſtici, & juriſdictionem Eccleſiaſticam prorogat, num.11.
Obligatio contracta a Clerico, qui poſtea effectus eſt laicus, vel a laico effecto deinde Clerico, vel Monaco, coram quo Judice debet incuſari? num.12.
Curia, quæ habet juriſdictionem limitatam circa certas perſonas, non poteſt capere obligationem alterius perſonæ ſibi non ſubditæ; quomodo hoc ſit intelligendum, num.13.
Obligatio coram incompetenti Judice ſtipulata, quem effectum producat? num.14.
Pragm. 15. & 16. de Actuariis *circa teſtes ſubſcribendos in obligationibus penes acta declarantur*, num.15.
Obligatio penes acta non poteſt ſcribi per alium, ſed propria manu Magiſtri Actorum debet ſcribi, & ſubſcribi, ſecus in aliis actis, in quibus ſufficit, ut ſubſcribantur, num.16.
Obligatio penes acta poteſt recipi in favorem abſentis, qui poterit illam incuſare, num.17.
Obligatio penes acta ſtipulata Procuratoris nomine, accuſari non poteſt, ſed proceditur civiliter, ut ſolvat abſque pœna, num.18.
Obligatio penes acta poteſt ſtipulari, & accuſari die feriato, num.19.
Præſentata in ſcripturis, & libellis fieri poteſt die feſto, num.20.
Fidejuſſio ſtipulari poteſt per Actuarium abſente Judice, ſed die non feriato, num.21.
Obligationes penes acta debent ſcribi in libro, & copia a libro extracta poteſt præſentari in alia Curia, alias non recipienda, & ſi reciperetur eſſet nullitas, n.22.
Bajularis Curia poteſt ſtipulare obligationes penes acta, & in

& in acceptatione obligationis procedere cum pœna, tamen non ultra carolenos quindecim.

Obligatio penes acta est, quæ recipitur ab Actorum Magistro in banca de mandato, vel in præsentia Judicis, *de Marin.lib.2. resol.149. num.4.* Cæterum si non fuerit recepta per
1 Actuarium, vel si ab Actuario, non tamen Judice mandante, vel in ejus absentia; obligatio minime substinetur. Et quod non ex eo, quod obligatio dicitur penes acta Curiæ, Judicis præsentia probetur; Ita *de Marin.ubi sup.d.num.4.& 5.* & decisum in S.C. testatur *num.9. in fin.* ex *Afflict. in Constit. Magistri Camerarii numer. 14. & in Constitut. Cordi nobis num.17.Ursill.in dec.3. ad Afflict. num.8.* & ex *Luca de Penna in l.instar, C.de jur.fisc.lib.*10. Ubi dicit, quod si qua consuetudo est in contrarium, corruptela potius judicari debet, ex *Borrell.cons.38.num.9.&* 12. Advertit nullitatem hanc de facili contingere posse in Terris Baronalibus, in quibus Officiales sunt annales, & ut plurimum ab Oppidis, in quibus jus dicunt, sunt absentes, quod proinde ait eo magis de eorum præsentia, & mandato constare opus esse.

Et *Galter.in praxi liquidat.instrum.p.1.rub.2.n.39. fol.*29. dicit, quod Magistri Actorum M.C. semper dicuntur habere mandatum a Judicibus obligationes capiendi, ex *Ursill.loc.cit.*

2 In aliis vero locis addit stylum esse, ut Actuarius conficiat rubricam in principio libri obligationum capiendarum, & inde Capitaneus licentiam concedat, suaque propria manu subscribat; & tunc omnes obligationes in eo libro, & anno descriptæ dicuntur Judice mandante conceptæ; Ita dictus *de Marin.nu.8.* & concludit omninò requiri, vel præsentia, vel mandatum Judicis, alias paratam non habent executionem, sicut illæ, quæ recipiuntur per Actorum Magistros, servatis ut supra servandis.

His adde *Grammat.cons. civil.63. num.12.Marant. par.6. act.10.num.19.& de Franch.dec.*118.*num.*10.

Contrariam vero sententiam alii sectati sunt, & *Carav.in ritu 228. num.12.& 13.* allegat *Afflict.* sibi ipsi contrarium *dec.335.vers.nec obstat*, & concludit, quod

3 Obligatio potest capi ab Actuario absente Judice, sive Capitan., non solum in Curiis, sed etiam in domibus privatis, & per Terram in viis publicis, & ubique reperiuntur, & rejectis contrariis testatur hic indistinctè servari in practica in omni Curia Regni; & ita testatur quoque *Novar. qu.for.*159. quod opinio supradictorum hodie non servatur in Regno, & ita ego testor vidisse semper practicari, & practicamus passim in omnibus Curiis baronalibus, juxta praxim *Carav.* qui rationem assignat, quia generaliter Actuarii habent licentiam ipsas capiendi, & tamquam captæ eorum ordinatione, valebunt æque, ac si in eorum præsentia fuissent receptæ; Quia omnia nostra facimus, quibus a nobis impartitur auctoritas, *l.1. §.sed neque, C.de veter.jur.enucleand.*

Et licet hæc ratio adducta per *Caravit.* posset infringi per tradita a *Galter. ubi supr.* quod hæc licentia non supponitur, nisi constet in libro esse concessa.

Et *D.Petra rit.128.num.5.* docet in Curiis baronalibus, ubi sæpe sunt absentes Judices, ut de facili contingat hæc nullitas, quod obligatio sit recepta per Actuarium absente Judice, ex doctrina *Luca de Penna in l.instar, C.de jure fisc.lib.10. Affl. in const. Magistr.Camer.num.14. Marant.p.6.act.10. num.19. Borrell.cons.38. a num.9.de Marin.lib.2.resol.149.num.5. Thor.vot.60.num.8.par.2. Rovit.pragm.2.de jurisd. ad invicem non turb.*

Et idem concludit *de Luca ad Franch. dec.*118. *& Ursill.ad Affl.dec.3.num.*8.

Tamen praxis *Caravita* est recepta, & servatur in Curiis Regni extra Neap. ea ratione forsan, quia dum in M. Cur. Actuarii semper dicuntur habere mandatum capiendi dictas obligationes, ut superius diximus ex *Ursill.loc.cit.* Ita aliæ Curiæ totius Regni, quæ debent observare, quod servatur in dicta M. C., ut dictat *Pragm.5.nu.6.de Actuariis* ex *Pragm.6.n.32. de Offic.Mag.Just.* & Curia Regis dat formam aliis inferioribus, ut *Pragm.1.de accusat.in fine*, & a M.C. omnes aliæ Regni Curiæ formam, & normam sumunt, ut tradit *Mascat.in prax.fidejuss.par.1.modo 2.fidejubendi num.20. in fine.*

Et in *Pragm.22.§.11.* clare, ni fallor, explicatur, & confirmatur dicta Praxis *Carav.* ibi: *Et sicuti liberum est unicuique Actuario capere obligationes penes acta Curiæ; Ita etiam volumus, &c.*

Et aliam fortiorem adduco rationem a nemine hactenus consideratam, quod dum in *Pragm.15.& 16. de Actuar.* datur certa forma capiendi obligationes penes acta, v3.quod

4 Obligationes, & fidejussiones non capiantur, nisi adhibitis duobus testibus notum habentibus obligatum, cum subscriptione ejusdem obligati propriæ manus, vel Actuarii, si nesciat subscribere, & Magister Actorum teneatur solvere obligationes, captas non servata forma hujus *Pragm.* & pœnam ducatorum mille. Quæ forma mandatur servari non solum in M.C. sed in qualibet alia Curia, & loco Regni.

Quæ forma postea per subsequentem *Pragmaticam* fuit declarata servari in summa ultra ducat. quinquaginta, sed infra duc. quinquaginta non requiritur interventus testium, cum agatur de modica quantitate, & ideo quod sufficiat subscriptio principalis obligati, si sciat subscribere, qui si scribere nesciat, sufficiat subscriptio Actuarii tantum.

Et dum in dictis duabus Pragmaticis nulla mentio fit de subscriptione, vel mandato Judicis, nec loquitur solum de M. C., sed omnibus Curiis, ergo in Regno per dictas *Pragmaticas* videtur approbata generalis observantia, quam dicit *Carav., & Novar.* vigere in toto Regno, & cessant disputationes de jure communi consideratæ per *Lucam de Penna*, & ipsius sequaces.

5 Adde, quod si requireretur necessario præsentia Judicis in obligationibus, pœna in dictis Pragmaticis non esset injuncta solum Actuario Scribenti, sed etiam Judici, coram quo recipienda esset dicta obligatio, & ita in recipiendis obligationibus filiorum famil. ut *Pragm.1.de Senat.Cons.Macedon.* & contractibus mulierum, ut *Pragm. 1.de Sen.Cons.Vellejan.* & aliis, in quibus numquam fit mentio de Judice, saltem cum distinctione, quod Judex, quando intervenit, sit in pœna, & quando ex mandato Judicis, Actuarius stipularet, non in præsentia Judicis, tunc solus Actuarius esset in pœna, sed indistinctè pœna semper imponitur soli Actuario, quia in Regno habetur pro indubitato, quod soli Actuarii ubique reperiuntur, in viis, in domibus privatis, absque Judicis præsentia, & absque speciali mandato obligationes recipiunt, ex sola generali licentia, ex antiquata consuetudine in omnibus Curiis præsumpta, juxta *Carav. & Novar. ubi sup.* Nec hodie est amplius de hoc dubitandum, dum factus est stylus antiquata consuetudine firmatus in omnibus Curiis Regni, prout ego servavi, & servari audivi.

Nec obstat decisio novissime adducta per *Regentem de Marin.d.resol.149.nu.9. in anno* 1646. quia ibi loquitur de obligatione stipulata ad beneficium Baronis, & ejus Ærarii, & licet ibi fuerunt adductæ pro parte Vassallorum nullitates ex defectu mandati, vel pro-

præsentiæ Judicis, tamen fuit adductum, quod Notarius Vassallus prohibetur conficere contractus, tam pro; quam contra Baronem, juxta *Cap.Regn. Non sine Prudentis* 289. *secundum ordinem Nigri*, & ideo potuit moveri ex *dicto cap.*

6 Hinc dubium sequitur, an obligatio penes acta facta per Notarium vassallum ad beneficium Baronis, sive Ærarii Baronalis Curiæ, incusari possit in eadem Baronali Curia, & executionem habeat paratam, sicut aliæ?

Et ratio dubitandi est, dum Notarius vassallus Burgensis prohibetur conficere contractus, tam pro, quam contra Baronem; sic enim disposuit *Rex Ladislaus in Cap.Regni*, quod incipit: *Non sine prudentis* 289. *secundum ordinem Nigri*, de quo late *Reg. de Marin.lib.*1. *resolut.*280. *& lib.*2.*resol.*230.

7 In Baronis favorem decisum in Sacro Cons. testatur *de Franch.decis.*118. quem sequitur *Capibl.Pragm.* 1.*num.*348.*Ricc.collect.*187.*Ill.Episc.Verd. ad Gallupp. part.*2. *cap.*7. *num.*49. Ubi fuit decisum non obstare dictum *Capitulum Regni* 289. quem sequitur *Anna filius ad Patrem sing.*244. *Mart.vot.*186.*Frecc. de præsent.instr.part.*2.*art.*3.*de Judice Roberto consil.*4.*n.*17. *Ricc.collect.*2315.*p.*6. *Petra senior ad Capyc. dec.*153.

Primo, quia illud Capitulum loquitur circa scripturas faciendas per Notarios, uti Notarios, & non quæ citra officium Notarii fieri possunt.

Secundo, quia obligatio penes acta fit Judice præsente, vel mandante.

Sed dicta decisio *de Franch.* impugnatur a *Reg. de Marin.lib.*2.*resol.*149. & refert decisum in S.C. anno 1646. contra Baronem, in caussa Ducis Zevallos cum suis subditis, proditque decretum, quod audiantur partes super hinc inde prætensis, præstita obligatione per particulares obligatos de stando juri, & solvendo quicquid fuerit judicatum, & refert alias S.C. judicasse, dispositionem dicti *Cap.Reg.Ladislai*, adhuc locum habere, quando obligationes capiuntur per Notarium vassallum, uti Actuarium, ut inter Universitatem Flumariæ, & ejus Baronem, sic attestantibus *Gallup.in prax. part.*2. *cap.*22. *num.*10. *Novar.qu.for.lib.*1.*qu.*159. *num.*11.*Thor.in compend. decis.part.*2.*in verb. Obligationes penes acta*, *Mele in addit.ad Giurar.dec.*24.*num.*78.

Quam decisionem affert, & approbat *Novar. qu.* 157.*num.*11.*lib.*1. & cum hac opinione videtur residere *Dom. Reg. Petr.* natalibus, & doctrina clarillimus in *rit.*128. *num.*6. dum citatis prius Auctoribus contrariæ opinionis, ultimo citat *Gallupp. & sequaces*; Et hanc opinionem approbat etiam *de Luca* in Jurisprudentia consumatissimus *ad Franch.obs.*118.*n.*1.

Sed ego cum distinctione posse conciliari puto has invicem repugnantes decisiones, quæ vere inter se non repugnant; Nam *de Franch.* refert *num.*10. fundamentum illius decisionis esse, quia stipulatur obligatio prædicta, vel mandante Officiali loci, vel præsente, & sic non est eadem ratio in instrumentis, ubi sine interventu Officialis, & sine ejus auctoritate per Notarium, & Judicem ad Contractus stipulatur.

Et dum Officialis in Regno non debet esse civis; Ergo per Officialem non vassallum videtur recipi recte posse obligatio, in nihilo contradicente *Cap. Regis Ladislai*, qui prohibuit scripturas conficiendas per vassallum ad evitandas falsitates, ad quas auctoritate Baronis faciliter vassallus inducitur.

In decisione relata per *R.p.de Marin.* ut ibi legitur, fuerunt obligationes per Notarium vassallum stipulatæ, nec præsentia, nec mandato Judicis interveniente, & tunc vere habet locum dispositio *dicti Capitis.*

Concluditur ergo, quod

Obligatio pro, vel contra Baronem, tunc valet, & paratam executionem habet, quando, vel Actuarius non est vassallus, vel Officialis intervenit, qui similiter non est vassallus, alias non.

Nam Capitaneus dicitur persona penitus distincta a Barone, adeo quod suspecto Barone, non intelligitur suspectus Capitaneus; *Capiblanc. in Prag.* 1. *num.*165.

Et nos alibi diximus ex dicto *de Marin. & Capibl.* quod nec instrumenta, nec testamenta, vel codicilli valent confecti per Notarium vassallum, rejecto *Freccia, Ann, & Molfes.* aliisque contrarium dicentibus, ut late nos in *cap.de liquid. instrument.* diximus.

Nec mihi placet ratio diversitatis adducta in *decis. de Franch.* 118. quod ex *Proemio d. Cap. Ladislai* apparet, quod mens Regis fuit prohibere Notarium uti Notarium, & non extendi in scripturis, quæ citra officium Notarii fieri possunt, ut sunt obligationes penes acta, quas facere potest Actuarius Curiæ, licet non sit Notarius. Erronea quidem est hæc ratio; quia mens Regis fuit ad claudendum viam fabricandi falsitates, quæ possunt faciliter vassalli Notarii facere, ut Baroni complaceant, vel ut Baroni noceant, quia hæc duo extrema insunt frequentius inter Baronem, & vassallum, vel nimius amor, & cœca obedientia, vel nimium odium, & tyranna persecutio; si igitur prohibetur Notarius facere instrumentum, & si facit, non valet, & non recipi potest in judicio ob suspicionem falsitatis; quare eadem ratio, imo major suspicio falsitatis esse non debet in obligatione penes acta, si ea fiat per Actuarium vassallum in absentia Officialis? immo si Officialis esset vassallus, neque ejus præsentia tollit suspicionem, & nullitatem. Et ni fallor, habemus verba expressa *in dicta Constit.* ibi *Quatenus ex nunc in antea hujusmodi instrumenta, scripturas, & contractus publicos in judiciis, vel extra judicia non recipiant, audiant, vel admittant*, sunt verba dicti *Cap. Ladislai*; ubi pondero, quod Rex prohibuit non solum instrumenta, & contractus publicos, sed scripturas omnes; nam certum est in jure, quod instrumentum est quid diversum a contractu; multoties enim annullatur instrumentum, & remanet validus contractus, & ideo Rex posuit non solum instrumenta, sed contractus publicos. Quo fit, ut si per testes velit probare Baro contractum, neque poterit, dum Rex annullat etiam contractus; et pinguius providendo, prohibuit etiam scripturas; Appellatione quarum indubitanter comprehenduntur, non solum instrumenta, sed etiam obligationes penes acta, sive fiant per Notarium, sive per Actuarium, qui non esset Notarius. Pondero etiam illa verba *in judiciis, vel extra judicia*; intellige scripturas, & contractus, qui fiunt in judicio, vel extra judicium.

Nec mihi respondeatur, quod sensus erit, ut non recipiant, nec admittant in judiciis, nec extra judicia, quia esset sensus inverisimilis sic dicere, & verisimilior sensus est, ut non admittant scripturas, & contractus, tam si fiant in judiciis, quam extra judicia, quando confecta sunt per vassallum, & interesse est Baronis; quia eadem suspicio falsitatis viget in unis, quam in aliis. Excepto casu, ubi fierent cum interventu Officialis non vassalli, ut supra diximus.

Volunt tamen aliqui, quod in judicio ordinario possit probari veritas negotii, ut dixi in *præcedent. tit.de instr.liquid.cap.*3.

8 Obligatio penes acta Judicis Sæcularis contracta a Clerico an valeat? Respondetur, quod Clericus principaliter potest se obligare penes acta sæcularis absque prorogatione jurisdictionis laicalis, & talis obligatio valet, cujus vigore ipse Clericus potest condemnari per Curiam Ecclesiasticam, *Capib.Prag.*8. *par.*3.*num.*18. *ex Molfes. super consuet, Neap. qu.*10. *par.*2.

*par.2.tit.de instr.confect. nu.*20. quia illa obligatio est voluntaria.

9 Imo si Clericus se obliget penes acta Curiæ sæcularis, & det fidejussores laicos, ipsi fidejussores recte obligantur, & contra eos potest incusari dicta obligatio coram Judice laico, *Borrell. conf.*11. ita *Scyal. de for.comp. cap.*2. *de foro fidejussionis num.*9. & 10. Ratio est, quia exceptio fori competens principali, non competit fidejussori, *l.si reus, ff.judicatum solvi, l.sed & si restituatur, §.1.ff.de judic.& lex persona ff. de fidejuss.*

Sed fidejussio pro Clericis coram laico fit per viam expromissionis, & ita practicatur, ut dixi in præcedenti *Tit.de liquid.instrum.cap.*23.

Sed de hac conclusione alibi dicam meam sententiam in praxi de foro competenti, ubi discutitur, an in hoc judicio Clericus dicatur reus necessarius.

10 Verum si Clericus non principaliter, sed ut fidejussor velit se obligare, non potest, nec valet obligatio, nam Clericus non potest fidejubere pro laico coram Judice laico, & se submittere jurisdictioni laicali, *Squill.de privil.Cleric.cap.*9.*num.*84. *Ansald. de jurisd.cap.*17.*num.*19.& 20. *Ambros.de Immunit. Eccles.cap.*20.*a num.*50. *Capybl.prag.*8. *p.*3. *n.*12.

11 Obligatio penes acta confecta a laico coram Judice Ecclesiastico valet, & prorogat jurisdictionem Ecclesiasticam, *cap.inolita* 11.*qu.*1. *Viv. dec.*125.*n.*2. *Borrell.summa decis.tit.*41.*num.*140. *Scial.de for. fidejuss.cap.*20.*num.*7. & tam uti principalis, quam uti fidejussor.

12 Obligatio penes acta contracta a clerico, qui postea effectus est laicus, vel facta a laico, qui postea effectus est Clericus, aut Monachus, coram quo Judice debet accusari? Respondetur, quod ut sentit *Rot.Roman. antiqu. dec.*5. & *decis.*552. & *Socc. cap. proposuisti num.*54.& *Ric.ad Franch.dec.*456. *Cancer. var.resol.part.*2.*cap.*2. *num.*224. *Anna cons.*239. *n.*2. *lib.*2. certe conveniendus esset Reus coram Judice, cui subiiciebatur tempore obligationis contractæ. Verum contrariam sententiam substinet *Carlev.lib.*1. *tit.*2.*dis.*2.*qu.*7. *sect.*3. *ex num.*913, quod conveniendus est debitor obligatus coram eo Judice, cui subiicitur tempore incusationis obligationis contractæ, & ita idem servandum esset in instrumentis liquidis, aliisque contractibus, aut obligationibus guarentigiatis, & longa disputatione refellit primam sententiam, & multos allegat pro fundamento secundæ sententiæ, & dicit illos locutos fuisse sine fundamento, & eorum argumentis respondet, & ita etiam *de Marin. resol. quotid.cap.*179. *num.*8. contra *Franch. dec.*656. volentem, quoad districtionem realem, esse procedendum coram laico, quoad personalem, esse tantum remittendum; nam quoad utramque, remittendum resolvit, ut late ibi.

Et similiter Clericus, qui se obligavit, si postea efficitur laicus, agitur coram laico, nulla ratione habita Clericatus præteriti; Ita *de Marin. lib.*1. *resol.*47. *num.*7. decisum refert, & citat etiam *Genuens.in Prax. Archiep.cap.*16.*num.*4. *in impres.Neap.* & *c.*15. *nu.*5. *in impress.Roma*, & refellit *Staiban.* & *Molfes. cent.*20. *inter consil.ejusdem Molfes.* contra tenentes.

Sed in Curia Archiepiscopali Neap.servatur, quando laicus obligatus penes Acta Curiæ sæcularis efficitur Clericus, tunc creditor accusat obligationem in eadem Curia sæculari, & præsentat litteras executoriales D.Vicario, dicens non habuisse notitiam Clericatus. Et per Curiam Archiepiscopalem citatur Clericus ad dicendum caussam, quare non debeat exequi contra ipsum, vigore illius obligationis, qui si comparet, & allegat aliquas exceptiones, datur ei brevis terminus ad probandum, & proceditur summarie. Ita quod si nihil probaverit, Dom.Vicarius mandat exequi contra Clericum realiter, & personaliter, ita *Genuens.in prax.c.*7.*num.*3. relatus ab *Ill.Episc. Morell. in sua eruditissima, & perpulchra prax. fol.*263. & *n.*4. concludit executionem fieri non posse per Judicem laicum, nec etiam in bonis, & *dec. de Franch.*656. in qua fuit revocatum decretum M.C., quæ judicaverat esse exequendum quoad bona contra Clericum, qui tempore, quo erat laicus, se obligaverat penes acta M.C.V.

At quando creditor vellet a principio procedere coram Judice, cui subiicitur tempore incusationis, tunc quia accusatio non fit in eadem Curia, sed in alia, debet præmitti citatio ad dicendum caussam, quare ipsa obligatio accusari non debeat, *Genuens.et Morell. ubi supr.* & nos inferius.

13 Obligatio penes acta capitur a Magistro Actorum habente jurisdictionem super persona obligata, adeoque Magister Actorum unius Curiæ habentis jurisdictionem limitatam circa certas personas, non potest capere obligationem penes acta alterius personæ, in qua non habet jurisdictionem, *Gramm.cons.*66. *nu.*5. relatus per *Ursill. dec.*3. *in fin.* & relatus a *Gulter. in par.*1.*de liquid.instrumen. num.*4. *fol.*29. ubi dictus *Galter.* dicit, quod si hoc est verum, esset notabile contra obligationes, quæ concipiuntur contra exteros.

Sed ne Tyrones in aliquo per hanc doctrinam decipiantur, sciant, quod dicta doctrina est vera in casu suo, non ut *Galter.* putavit de exteris.

Nam exteri valide obligantur penes acta alterius fori, ex quo est actus voluntariæ jurisdictionis, quia etiam die festo ad honorem Dei concipi potest; ut idem *Galter.ibidem num.*43. docet.

Sed intelligi debet dicta conclusio, ubi in aliquibus Civitatibus sunt aliquæ familiæ subjectæ jurisdictioni unius Judicis, & aliæ alterius Judicis cum limitata jurisdictione super certis personis tantum, ut est in Civitate Nuceriæ Paganorum, quia ibi Actuarius unius Judicis extra illas personas sibi limitate subjectas non potest capere obligationem, quia usurparet jurisdictionem alterius in personam sibi non subjectam.

At in aliis Curiis ordinariis, quia non habent jurisdictionem limitatam circa personas certas, & familias, potest valide exterus se obligare, & ita servatur.

Nec obiciatur, quod omnes Curiæ habent jurisdictionem limitatam in suo territorio, nam habere jurisdictionem in certas tantum personas limitatam, differt ab habente jurisdictionem in Territorio ordinariam; quia illa jurisdictio est personalis cohærens personis tantum, & ultra illas personas non extenditur, sed jurisdictio Judicis ordinarii non est personalis, sed cohæret territorio, & quicumque exterus venit in territorio ad se obligandum, dicitur esse sub jurisdictione illius Judicis.

14 Est verum, quod obligationes coram incompetenti Judice stipulatæ non habent executionem paratam, sed pro illis coram ordinario judice agitur, sed hoc exemplificat *Rovit.in Pragm.*2.*de jurisd.invicem non turban. nu.*6. quando coram Judice appellationis esset obligatio stipulata, quia Judex appellationis non habet competentiam, nisi post caussam sibi devolutam, *Rovit.ibidem.*

15 Obligatio penes acta, & fidejussiones quæcumque non capiuntur, nisi adhibitis duobus testibus, notum habentibus obligatum, cum subscriptione ejusdem obligati propriæ manus, vel Actuarii, si nesciat obligatus se subscribere, ex *Pragm.*15.& 16. *de Actuariis*, quæ perdictam *Pragm.*15. fuit declarata in summis ultra duc.50. alias sunt nullæ, & Actuarius incurrit in pœnam duc.mille, & per has *Pragm.*15.& 16. corrigitur *Prag.*19.*eod.tit.de Actuar.* circa caput, ut subscri-

scribantur tres testes, si obligatus sciat se subscribere, & si nesciat, tunc intervenire debeat alter Actorum Magister pro Collega. Quod hodie hoc non servatur, sed servatur *Prag.* 15. *&* 16. modo quo supra, per quas non requiritur subscriptio testium, sed sufficit, quod duo testes sint præsentes, ibi: *In presenza di due testimonj, che conoscano la persona*, ita tenet *Laero decis.* 139. *& Rovit. Pragm.* 38. *de Offic. Magistr. Justit.* sed *Motill. archetyp. fol.* 173. *a nu.* 9. relatis omnibus hinc inde opinionibus, concludit requiri subscriptionem, & ita praxis intellexit dictam præsentiam, rationibus per eum late adductis, & ita hodie servatur ubique, ut est videndum in form. infra ponenda.

Et eædem solemnitates sunt necessariæ in cassatione dictarum obligationum; Non enim sufficit cassatio facta per Actuarium, ita *Novar. qu. for.* 154. ubi plura adducit, & signanter, quia contrariorum eadem est disciplina, *l. & si contra, ff. de vulg. & pupill. l. inter, §. sacrum, ff. de verb. oblig.*

Infra vero summam duc. 50. non requiritur subscriptio testium, nec interventus, sed sufficit solum subscriptio Actuarii, ut sanxit *d. Prag.* 16. *eod. tit. de Actuar. D. Petra rit.* 128. *num.* 8.

Quæ forma mandatur servari non solum in M. C. sed in quolibet loco Regni, & Actuarius, qui non servat hanc formam, incurrit in pœnam duc. mille, & solvere tenetur summas creditori, ut in *d. Pragm.* 16. alias obligatio erit nulla, & pœna erit ducat. mille.

Verum dicta nullitas operatur, ut non possit accusari, & agi via executiva, sed bene potest agi via ordinaria, & impartiri terminum in caussa, ut decisum refert *D. Petr. d. rit.* 128. *num.* 8.

16 Et sicuti Actuariis licitum est manu alterius acta judicialia scribere, dummodo illa ipse subscribat, ut testatur *D. Petra rit.* 134. triplicatam esse consuetudinem in Regno per *rit.* 34. 36. *&* 161.

Ita obligationes penes acta scribi possunt per alium, sive per Scribam, dummodo subscribantur per Actuarium Curiæ, & ita fuit interpretata *Prag.* 9. *de Actuar.* quæ mandat, quod non capiantur obligationes per Scribas, sed per Magistros Actorum in capite; Nam quæ est subscripta per Magistrum Actorum, dicitur a subscribente capta, *Reg. Petra rit.* 35. *num.* 2. *& rit.* 128. *nu.* 15. & ita video hodie in praxi servari in M.C. & omnibus Curiis.

17 Obligatio penes acta recipi potest absente etiam creditore, & hoc ratione juramenti, *Marant. in par.* 6. *actu* 10. *num.* 20. *fol.* 435.

Et potest incusari per creditorem, quamvis eo absente fuerit stipulata, & sic non de facie ad faciem, instrumenta vero secus. *Dauz. de pugn. DD. tom.* 1. *tit. de instr. num.* 7. Et *Capibl. in Pragm.* 8. *p.* 1. *num.* 358. *Afflict. dec.* 35. *in fine.*

18 Sed ubi quis se obligavit uti Minister, vel Procurator alterius, non potest incusare contra ipsum Procuratorem, nec contra principalem, sed civiliter agit; ut in *seq. cap. in fin.* dicam.

19. Potest quoque stipulari die feriato, *Specul. in tit. de feriis, §. sequitur, vers. quid si in feriis*; ita decisum apud *Vivium dec.* 35. *Novar. quæst. for.* 159. *& in pract.* 16. *num.* 5. *sub rubr. de Actuar. Riccius collect.* 4049.

Et potest quoque accusari die feriata, & festiva, verum litteræ executoriales expediuntur postea, die non festiva, *Novar q. for.* 159. *in fin.*

20 Ea forsan ratione, quia actus accusationis est tamquam actus præsentationis, nam præsentata potest fieri die festo in omnibus actis super omnibus scripturis, & libellis, ut est *Rit. M.C.V.* 242. *in fine, & Carav. ibi num.* 1. *Broya in Prax. crim. cap.* 1. *n.* 8. post *Marant. in Prax. part.* 6. *actu* 8. *num.* 37.

21 Et eadem ratione, fidejussiones possunt recipi per Actuarium absente Judice, die non tamen feriato, ut in *rit.* 87. *in fin.*

22 Unum abusum vidi in Curiis extra Neap. qui vere extirpandus est; nam aliqui Magistri Actorum non faciunt librum obligationum, ut mandat *Pragm.* 20. *de Offic. Magistri Justitiarii, §. undec.* quæ licet loquatur de M.C.V. tamen idem servari debet in aliis Curiis, ut obligationes in libro ponantur infra 15. dies, postquam sunt captæ. & fiat Alphabetum in libro, de nomine creditorum, & debitorum cum summa debita, & de stipulationibus.

Qui liber non amoveatur a banco Curiæ, donec compleatur, & post completum non amoveatur a Camera Archivii.

Et in *Pragm.* 22. *d. tit. de Offic. Mag. Justitiarii §.* 12. *& ult.* assignatur ratio sub his verbis vz. *Et propterea mandamus, ut libri, in quibus obligationes prædictæ describuntur, maneant in Archivio, & non alibi, ut audivimus aliquoties fieri, ut omnibus sit copia reperiendi dictas obligationes, copias tradendi, & partibus instantibus accusandi.*

Et in *pen. §.* 11. sancitur his verbis, vz.

Et sicut liberum est unicuique Actuario capere obligationes penes acta Curiæ, ita etiam volumus, ut liberum sit unicuique (scilicet Actuario) partibus instantibus, quando liquidæ fuerint, accusare, & copias tradere, etiamsi per alium captæ fuerint.

Ex his duobus §§. *hujus Pragm.* 22. *de Offic. Mag. Just.* colligimus praxim; Quod Actuarius solus sine præsentia Judicis capere potest obligationes penes acta, & illas accusare ad instantiam partis, quando sunt liquidæ, & potest copias tradere, etiamsi per alium captæ fuerint.

Et sic passim practicatur, etiamsi obligatio capta sit per aliam Curiam inferiorem, præsentari potest copia in M. C. V. vel in Regia Audientia Provinc. vel alio foro prorogabili, & potest accusari mediante dicta copia, qua præsentata expeditur citatio contra debitorem, quia est unus casus, in quo requiritur citatio.

Et si in M. C. V. præsentaretur originalis obligatio in folio existens, Actuarius non potest illam recipere, sed quando obligatio est capta in altera Curia, & accusatio est facienda in M.C.V. vel alibi, tunc necesse est præsentare copiam extractam ab originali existente in archivio, vel in banco illius Curiæ, juxta *d. Prag. ut supr.*

Et propterea dixi abusum in Curiis extra Neap. esse extirpandum; dum solent scribere obligationes in foliis separatis, & alias originaliter tradere creditoribus, & librum non faciunt, & creditores præsentant in alia Curia, ubi volunt accusare dictam obligationem originaliter contra praxim, & stylum M.C.V. & contra formam *d. Prag. ut supr.* Quod bene est advertendum, quia multos vidi in hoc errare.

Et hæc exceptio potest opponi adversus incusationem, quod non potest fieri incusatio, quando præsentatur originalis, quia est contra formam *Reg. Prag.* & proinde esset nullitas contra casum legis, & licet in *d. §.* 11. *Pragm.* 20. non fuit apposita pœna nullitatis; tamen adverte, quod *d. Pragm.* fuit edita anno 1554. & postea per aliam *Pragm.* 19. *eod. tit.*, quæ fuit edita anno 1557. *num.* 29., mandatur, ut obligationes registrentur in libro intra triduum, quæ capiuntur in Civitate, & infra mensem, quæ nomine M.C. accipiuntur extra per Regnum, *alias sint invalidæ, & effectum non habeant*, & sic habemus unam legem expresse invalidantem obligationes captas in folio non registratas in libro. Ubi nota, quod *Pragm.* hæc 19. fuit edita tres annos post *Pragm.* 20. & fuerunt præpostero ordine registratæ. Et si erit notata in bastardello, quem solent tenere Actuarii, & non extensa in libro,

bro, valet, de qua te vide *Reg. Petra rit.*281.*num.*10.

Concluditur itaque, quod obligatio in folio scripta non extensa in libro Curiæ non habet vim, & effectum obligationis penes acta; sed uti simplex scriptura privata debet verificari, & experiri via ordinaria, *Petr. ubi supr.*

23 Curia Bajularis licet non cognoscat de caussis crimin. & propterea in ea non possint liquidari instrumenta via *Ritus M.C.V.*266. ut dixi in *cap.*15. *tit.*1. *de liquid.instr.Spec.*1. tamen obligatio penes acta tam stipulata in ipsa bajulari Curia, quam in aliis Curiis potest accusari, ut dicit *Capyblan Pragm.*8. *de Bar.n.*355. *& Dom. Agera facundit ussimus, & doct. Advocatus in* §.9. *ad Moles num.*29. *in fin.*

Verum pœna incusationis non exigitur, ut in aliis Curiis, ubi solet exigi carolenus unus pro quolibet ducato, *de Franch. decis.*366. *num.*12. vel secundum pandectam loci plus, & minus; cum Bajulus non potest exigere pœnam ultra carolenos quindecim, & ita servatur, ex *Pragm.*1. *de Offic. Bajuli*, ut dicam in *tit. de damnis datis*, unde cujuscumque magnæ summæ sit obligatio, Bajulus exigit pro pœna perjurii solum carolen.15.

Et sic video quotidie practicari in Curia Bajulari hujus Civit. Neap. & in omnibus aliis per Regnum.

C A P. II.

De Privilegiis obligationis penes acta.

S U M M A R I U M.

Obligatio penes acta habet privilegium, ut executio non impediatur per exceptionem solutionis, vel compensationis, aut nullitatis, aut per appellationem, & quomodo hoc sit intelligendum, num.1.

Obligatio penes acta habent privilegium, ut non impediatur per exceptionem indebiti, aut sine caussa; quod secus in apocis, & aliis scripturis, num.2.

Exceptio non numerata pecunia non impedit obligationem penes acta, num.3.

Obligatio penes acta habet privilegium, ut licet non sit jurata, sine juramento valeat, num.4.

Obligatio penes acta habet executionem, & non impeditur pendente lite super absolutione juramenti, num.5.

Obligationis accusatio non potest suspendi a quocumque Judice, etiam data cautione de solvendo, postquam dies solutionis advenit, num.6.

Littera executoriales vigore obligationis penes acta executioni mandantur absque firma novi Officialis, secus in aliis, num.7.

Contumax mutato Officiali, vel Commissario debet citari, alias nulliter proceditur, num.8.

1 Obligatio penes acta est privilegiata, ut executio non impediatur per exceptionem solutionis, sed facta executione reali, expeditur mandatum ad reluendum; & si allegat satisfactionem, declarare debet, si solvit ante, vel post incusationem; si ante, non auditur, nisi facto deposito, si post, auditur, & interponitur decretum de vendendo, & quod supersedeatur per dies, infra quos valeat docere de satisfactione, ita *Sanfel.in d. sect.*38. *dict. num.*23. post *Carav. in rit.* 228.*num.*5.

Tanto minus impeditur executio obligationis incusatæ per exceptionem compensationis, nam adversus incusationem prædictam non admittitur compensatio, etiam liquida, virtute juramenti judicialis penes acta, ut habetur in *addit. seu annotat. ad Affl. in const. dilationes lib.*2. *& d. Affl. dec.*163. *&* 381.

Neque impeditur executio per oppositionem nullitatis, ita *Sanfel. in prax. sect.*38. *num.*23. *fol.*150. post *Afflict. dec.*387. *Novar. qu.*159. *par.*1. *num.*1. Quod ego intelligo juxta distinctionem *Carlev. in disp.*16. *tit.*3. *num.*1. *&* 6. si nullitas requirat probationem extrinsecam, non impedit; Secus, si nullitas constet ex actis sine ulla extrinseca probatione; nam quod nullum est, nullum potest habere effectum, *Carlev. ubi supr.*

Neque per appellationem suspenditur accusatio, & executio obligationis penes acta, & liquidationis instrumenti, sed appellatio tenet solum ad effectum devolutivum, *Muscat. in* 1. *par. lib.*2. *glos. in forma nu.*58. etiamsi appelletur ab actibus executivis, & interlocutoriis, etiam a mero executore, *Muscat. ubi supr.* post *Franc. Ant. de Judic. Robert. cons.*4. *in fin. de liquidat. instrum. Ant. Capor. de execut. instrum. q.*4. *n.*86.

2 Neque impeditur per exceptionem indebiti, aut sine caussa, quia obligatio penes acta etiam sine caussa substinetur, & habet executionem paratam, ut tradit *Bernard. Pand. super Ritu M.C.V. de liquid. instrum. par.* 3. *declar.*3. *num.*32. & hoc privilegium est vigore guarantigiæ in obligatione appositæ, quæ ratione juramenti etiam sine caussa valet, ut late *Galter. in* 2.1. *par. num.*8. *Foller. ad Marant. part.*6. *num.*17. *vers. & producunt scriptura*, *Ursill. ad Afflict. decis.*387. *num.* 4. *Troys. rit.*128. *num.*6. *D. Petra rit.*166. *num.*70. *fol.*28.

Sed in apocis, & aliis scripturis privatis sine caussa, secus erit, quia in eis dicta exceptio habet locum, ut in *Tit. de Apocis* dicemus.

3 Nec impeditur per exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia dicitur confessio facta in judicio, contra quam non datur dicta exceptio, *Bald. in l. voluit, ff. de interrogat. action. Marc. de Mant. singul.*337. *penes Gall. in prælud. n.*24. *Caberan. dec.*133. & idem *Gallup. p.*2. *cap.*11. *num.*12.

4 Non impeditur ex defectu juramenti, quia obligatio, licet non sit jurata penes acta, adhuc est valida sine juramento, & executionem paratam habet, *Afflict. dec.*30. *num.*3. *&* 4. *& Bald. Paul. de Castr. & Alex. in l. cum pro ff. de in jus vocando, & Lucas de Penna in l.*2. *C. de jur. fisc. lib.*10. *DD. in c. si quando de offic. deleg.*

5 Et paratam habet executionem, etiam lite pendente super absolutione a juramento, *Affl. dec.*30. *Novar. qu. for.*159.

„ Hæc omnia, confirmatis aliis Pragmaticis, quæ „ idem decreverunt, iterum jubentur per *nov. Constit.* „ §.1. *num.*13. illis verbis: *Avverso le obbligationi penes acta incusate non si ammetta qualsisia eccezione, nisi facta reali solutione.*

6 Habet quoque privilegium, ut Judices non possint mandare in scriptis, nec oretenus, quod præstita cautione per debitorem de solvendo, supersedeatur in accusando obligationes penes acta, quando venit, & cessit dies solutionis, ita statuitur per *Pragm.* 44. *de Offic. Mag. Just.* quæ olim erat 47. *sub eod. tit.* edita per Exc. Comitem Mirand. ann. 1587. & hoc sub pœna unciarum centum Actuariis, & Scribis.

7 Habet privilegium, ut literæ executoriales expeditæ vigore obligationis penes acta possint executioni demandari absque subscriptione novi Officialis, *Novar. d. qu.*559. *num.*7. *ex Franch. dec.*405. *Petra rit.*34. & ita quoque vigore instrumenti liquidati.

8 Quod secus in aliis, quia mutato Officiali, vel novo Commissario imploratur brachium, sive licentia ipsius; *Petra loc. cit. Muscat. in glos. servata p.*5. *nu.*68. *lib.*2. qui tamen dicit, quod facta sine licentia non esset nullitas, sed est inurbanitas, & contemptus Judicis novi, & regulariter, etiam contumax debet ab Officiali mutato moneri, alias nulliter proceditur ad alios actus in caussa, sic etiam mutato Vicario Episcopi, *Novar. ubi supr. ex Riccio decisio. Curiæ Archiep. Neap.* 194. *par.*1. & ex *Minad. dec.*28. & latius *D. Scoppa ad Nicol. prax. civ. nu.*171. *ad num.*11. *Mostill. de grad. cit. num.*10.

CAP.

C A P. III.

De Exceptionibus adversus obligationes penes acta.

S U M M A R I U M.

E*Xceptio, quod obligatio est conditionata expresse, vel tacite, & exemplificatur in compromisso stipulato penes acta*, num.1.

Conductor potest opponere exceptionem rei non tradita, & patientia non prastita, & quid differant inter se, num.2.

Exceptio praventionis quomodo practicatur adversus obligationes penes acta, num.3.

Exceptio incertitudinis pretii, vel quantitatis rerum, num.4.

Exceptio illiquiditatis, num.5.

Exceptio Macedoniani, & Vellejani impedit obligationem penes acta, num.6.

Exceptio hostici impedit incusationem obligationis penes acta, & liquidationem instrumenti, quod non est censuale; non quando instrumentum est censuale, per quamvis exceptionem impediri non potest, excepta exceptione solutionis, qua impedit, num.7.

Exceptio, quod sunt transcursi decem anni, vel quod fuit stipulata in una Curia, & accusatur in alia, vel quod mortuus est debitor, & accusatur contra haredem; & in omnibus his tribus casibus non potest accusari, nisi citato debitore, & elapsis triginta annis obstat prascriptio, num.8.

Exceptio, quod fuit obligatus, ut Minister, vel ut Procurator alterius, num.9.

PRima Exceptio potest opponi, quod obligatio habet conditionem expressam, vel tacitam, quæ non non est adimpleta; Nam

1 Obligatio penes acta, licet habeat executionem; intellige de pura, & liquida, secus, quando est conditionalis, sive conditio sit expressa, sive sit tacita, ut præscribitur in *l. item quia in princip. ff. de pactis, & Alex. in l. 1. ff. de legat.* 2. penes *Muscat. lib. 2. gl. sententia p. 1. num. 89. in fin.* Ubi exemplificatur, seu loquitur in compromisso facto, in quo cum juramento fuit renunciatum reductioni; Quia quantumcumque compromissum sit amplum, habet in se tacitam conditionem, si æque fuerit arbitratum, & proinde si petatur reductio, dicta obligatio non habet executionem paratam pro pœna ob dictam tacitam conditionem.

2 Ita si quis se obligat ad centum pro pensione domi, vel alterius rei, habet tacitam conditionem, si conductor manuteneatur in ea, atque tradatur res conducta, alias obstabit exceptio rei non traditæ; & tunc obligatio, tanquam conditionalis non haberet executionem paratam; quia inturbidatur parata executio dictæ obligationis, & debent partes audiri per viam ordinariam, & non per viam executivam, *Galter. in 2. 1. par. rubr. advertat ad debita num. 50. fol.* 130. Ubi si conductor opponit exceptionem rei non traditæ non habet aliquid probare conductor, qui non possidet, quia habet intentionem fundatam; Sed si opponit exceptionem patientiæ non præstitæ, tunc opponens habet contra se præsumptionem, quod res sibi fuit tradita, & sic onus probandi dictam exceptionem sibi incumbit, quam nisi in promptu probat, non impedit executionem.

3 Secunda exceptio præventionis; Nam

Obligatio penes acta, licet adeo privilegiata sit, ut in ea non admittatur præventio ad finem impediendi executionem; tamen stante præventione, creditor præventus debet cavere ad beneficium præve-nientis in casu, quo fuerit repertum verum id, quod in præventione continetur.

Et præveniens non tenetur cavere in hoc casu, quia dum solvit debitum, cessat dispositio Pragmaticæ de cautione præstanda de solvendo pœnam, & debitum, casu quo in præventione succubuerit, ita decisum refert *Pisanellus* in Sac. Cons. ut habetur in decretis a dicto *Pisanello* adnotatis, & per *Regentem de Marin.* registratis in *fine 1. tom. resol. quot. fol. mihi* 706. *col. 1. in fine.*

Et hoc sane intelligas, quando cessit dies solutionis, quia tunc non auditur debitor præveniens, juxta *Pragmaticam 44. de offic. Mag. Just.* quæ incipit: *Animus*; Nam ex contrario sensu dictæ *Pragmaticæ*, antequam veniat dies solutionis præventio est admittenda, & executio impeditur, & debitor præveniens debet præstare fidejussionem de solvendo debitum, & pœnam, juxta *Pragmaticam unicam de præventione*, & ita intelligendus est *Novar. qu. 19. p. 2. nu. 6. & Galter. part. 3. & ult. princ. num. 11. vers. aut facta liquidatione, Viscont. in verb. exceptio non numer. pecun.*

4 Item exceptio incertitudinis pretii obstat; Nam

Obligatio ubi non est certitudo pretii, vel certitudo quantitatis rerum, non potest accusari, *Carrab. sing. 115. de Franch. dec. 292.*

5 Exceptio illiquiditatis etiam obstat; Nam

Obligatio illiquida non potest exequi, nisi pro quantitate liquidata, *de Franch. dicta dec. 292. Franc. Ant. in tractatu Marin. Frecc. de liquid. instrum. in 2. consid. n. 5. in fine, Carrab. singul. 130.*

Obligatio penes acta est quoque privilegiata, ut executioni demandetur absque prævia partis citatione, ut statuit *Ritus* 128. & 161. & *Carav. in rit.* 186. *num. 2. Muscat. lib. 2 par. 1. glos. in forma num.* 90. *Ursill. & Afflict. dec. 3.* & 387. & alii relati a *d. Petra d. rit.* 128. *num. 1.* ubi firmat obligationem penes acta habere executionem paratam, etiam jure communi attento, ex *l. cum pro quo, ff. de in jus vocando, de Franch. dec.* 118. Nec auditur debitor, nisi in vinculis constitutus, vel facto deposito; Sed oportet, ut præcedat incusatio creditoris, *D. Petra rit. 128. num. 2. & 3.*

6 Verum si opponitur obligationem esse contractam a filiofam. sine renunciatione exceptionis, *quod cum eo*, quo casu juvatur exceptione Macedoniani, vel a muliere intercedente pro alio, quo casu juvatur Senatus Consulto Vellejano, supersedendum est in executione, & audiuntur partes in via ordinaria, & ita in aliis similibus casibus, ubi inturbidatur parata executio dictæ obligationis, ita *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 8. num. 38.*

7 Exceptio hostica impedit incusationem obligationis, & liquidationem instrumenti non censualis, etiam cum debitor vix fuerit submotus pro Regio servitio belli, *Feller. in verb. Audiantur excusatores num. 22. Galter. rubr. verum debitor de persona comparens num. 22. Novar. qu. for. 159. num. 3. Carrub. sing. 63. Mastrill. ad Capyc. dec. 172. num. 3. & dec. 33. num. 1. Afflic. in constit. Hostici exceptionem num. 28.*

Et nota, quod dixi *instrumenti non censualis*; Quia nulla exceptio, nisi exceptio solutionis impedit in executione census Bullaris i. quando via Ritus liquidatur instrumentum censuale, quod est juxta Bullam Pontificiam, ita *Staib. in obser. ad resol. 66. de Luca ad Franch. dec. 285. num. 2.*

8 Obligatio penes acta habet executionem paratam, adeo quod si intra decem annos numerandos non a die stipulationis, sed a die, quo debet fieri solutio, petatur ejus executio, statim expediuntur litteræ executoriales contra debitorem absque citatione aliqua, ut *Ritus* 128. & *Carav.*, *Reg. Petra ibi, & Franch. dec.*

*dec.*118.*num.*8. *Galter.in prax. instrum. par.*1. *rub.*2. *num.*44.*Gallupp.*2.*p. cap.*21. *num.*32. Si vero transierint anni decem post diem, quo debuit fieri solutio, & virtute illius non sit petita executio, cum postea petitur, non expediuntur litteræ executoriales absque citatione, sed citandus est debitor ad dicendum caussam, quare obligatio non sit accusanda, & exequenda.

Quod si debitor nullam reddat congruam rationem, proceditur ad ejus incusationem pro debito, & pœna, & expediuntur litteræ executoriales in forma, & si opponit, auditur summarie; & sic post 10. annos, licet amittatur modus faciendæ executionis, nisi vocetur Reus, tamen non amittitur via executiva, quæ non præscribitur, nisi spatio 30. annorum.

Quæ praxis orta est ex antiqua consuetudine M. C.V., sed de hoc nullus reperitur Ritus scriptus, ex qua diversitate exequendi intra, & post decem annos erravit *Tappia in d. rit. & Amendol. ad Franch.dec.* 366. dicens viam executivam obligationis apud acta præscribi, & omitti ex transcursu decem annorum, quod communiter concludunt esse falsum, & a *Tappia, Amendol.* & aliis cavendum, ita *Carl. lib.*1. *tit.*3. *disp.*4.*num.*14.

Et hic est unus casus, in quo non accusatur, nec exequitur obligatio penes acta, nisi prius citetur debitor ad dicendum caussam, quare non debeat accusari, & exequi.

Secundus casus est, quando obligatio fuit stipulata in una Curia, & accusatur in alia per copiam authenticam.

Tertius casus est, quando mortuus est debitor, & accusatur contra hæredem; in quibus tribus casibus eadem praxis servatur, de qua praxi dicemus in sequenti *Capite.*

9 Potest opponi exceptio, quod fuit obligatus nomine alterius; Nam ubi aliquis se obligat, vel ut Minister alterius, vel ut Procurator procuratorio nomine solvere, licet obligatio sit stipulata penes acta, tunc non poterit accusari contra dictum Procuratorem, vel Ministrum obligatum, nec contra principalem debitorem, sed civiliter erit agendum ad consecutionem debiti tantum, & non ad pœnam, & ita se obtinuisse refert *de Marin.lib.*1.*resol.*187.*num.*4.ex *Afflict.& Ursill.dec.*64.ubi concludunt judicium civiliter fieri, & Procuratorem procuratorio nomine condemnari; sed executio non fit contra Procuratorem condemnatum, sed contra principalem.

Quæ conclusio limitatur, quoties proprio nomine ratificari facere promisit infra certum tempus, quia elapso tempore, poterit criminaliter agere contra Procuratorem pro ratificatione non secuta, & Procurator poterit purgare moram, offerendo in promptu principalem paratum ad se obligandum, *De Marin. d. resol.*187.*num.*22.

Et generaliter, qui nomine alterius obligatur, de suo proprio non tenetur, *DD. in l. fin. ff. de institut. action.*

Quod intellige, dummodo constet de mandato ad obligationem illam contrahendam, alias de suo tenetur, ut intercessor, vel tanquam expromissor, *de Marin.lib.*2.*resol.*26.*num.*4. qui allegat *Augnst. Bero. cons.*199.*Bart.in l.*1.*§.nunciatio, ff.de nov.oper. nunc.* verum huic obligato competit exceptio ordinis, etiam in casu, quo ut principalis videtur se obligare; nam conveniri non potest, priusquam principalis debitor excutiatur, dummodo dicta obligatio non sit animo novandi facta, & dummodo dicta exceptio ordinis opponatur, *de Marin. ubi supr.* Sed opponens dictam exceptionem ordinis, sive excussionis non impedit paratam executionem, nec auditur, nisi facto deposito, vel in vinculis, ut dicam in *Tit. de Apocis Banci c.*1.*n.*25.ubi vide, quia idem est.

C A P. IV.

De Praxi accusandi obligationem penes acta.

S U M M A R I U M.

Obligatio penes acta, quo casu accusatur non citato debitore, & contra eum exequitur realiter, & personaliter, num.1.

Obligatio penes acta in tribus casibus accusari non potest, nisi citato debitore, & quæ praxis tunc sit servanda, num.2.

Obligatio penes acta in quatuor casibus non habet executionem paratam, & eget termino, & sententia, num.3.

Creditor vigore obligationis penes acta habet arbitrium procedendi criminaliter, & civiliter contra debitorem. Sed quando procedit civiliter, tunc pro debito tantum, & non pro pœna expeditur executorium, num.5.

Obligationis penes acta formula cum acta accusationis in margine, num.5.

Praxis accusandi obligationes prævio decreto, & citatione debitoris, num.6.

Debitor vigore obligationis penes acta citatus, si non compareat, quomodo sit decretum in contumaciam, num.7.

Nicolini *formula corrigitur, & ostenditur falsa,* num.8.

Condemnatio non fit in executivis, & si inadvertenter fieret, debet suspendi executio infra decem dies datos ad appellandum; nam per appellationem suspenditur condemnatio, num.9.

Hæres debet citari cum inserto tenore obligationis, alias non tenetur ad pœnam, num.10.

Obligatio penes acta, licet contra hæredem citatum cum inserto tenore exequitur pro debito, & pœna; tamen non potest exequi personaliter, sed expeditur executorium realiter tantum, num.11.

Citationis formula per facti narrationem vigore obligationis penes acta, num.12.

Dom. Carolus de Alexio *laudatur, & ejus dictum in* observat.ad Nicolinum *explicatur*, num.13.

Accusatio obligationis penes acta fit sine juramento accusantis, num.14.

Creditor jurare non tenetur, quod summa in instrumento sit vera, num.15.

1 Creditor vigore obligationis penes acta, quando non sunt transacti decem anni a die natæ actionis, non opus habet præsentare libellum, nec talem, qualem petitionem, nec citari facere debitorem, sed sufficit quod oretenus dicat Magistro Actorum: Ego accuso obligationem contra meum debitorem pro tali summa, & Magister Actorum in scriptis extendit dictum actum in margine obligationis, & statim expediuntur litteræ executoriales realiter, & personaliter contra debitorem inscium, & minime citatum.

Et sic requisita hujus rigorosæ praxis consistunt in duo.

Primo, ut obligatio sit liquida.

Secundo, ut dies solutionis, sive natæ actionis non sit ultra decennium, sed intra decem annos.

2 Dantur tres alii casus, in quibus non potest accusari obligatio, nisi citato prius debitore.

Primus casus est, quando sunt transacti decem anni a die, quo debebat fieri solutio, sed non sunt transacti triginta anni.

Secundus casus, si mortuus sit debitor obligatus, tunc non potest accusari obligatio, nisi citatis hæredibus.

Tertius casus, quando obligatio fuerit stipulata pe-

penes acta un ius Tribunalis, vel Curiæ, & Creditor velit illam accusare in alio foro, tunc similiter accusatio fieri non potest, nisi citato debitore.

Et in his tribus casibus, si citatus allegat satisfactionem, auditur extra vincula, & sine deposito, quia cessat ille rigor juramenti, & sic practicari refert *Sanfel. in prax. sect. 38. num. 23. in fin.* qui licet loquatur de duobus casibus, tamen ita intelligi debet, & practicari debet de omnibus tribus casibus, *Franciscus Ant. de Judice Robert. de liquid. instrum. consider. 2. num. 4.* Et hoc est introductum ex stylo non scripto M.C.V. quia non reperitur in hoc Ritus, *Dom. Petr. rit.* 128. *num.* 19.

Ita si opponit aliam legitimam exceptionem, datur terminus ordinarius, & si exceptio non erit subsistens, vel non erit probata, proceditur ad incusationem pro debito, & pœna, *Dom. Marad. in prax. cap.* 8. *nu.* 12. ex *Gait. de credit. cap. 3. tit. 3.*

Et si nihil contra deducit, tunc contra citatum expediuntur litteræ executoriales, & ad executionem proceditur, *Carl. t. 2. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 4. num.* 13. idem *Petr. rit.* 128. *num.* 20.

3 Sunt & alii quatuor casus, in quibus non potest incusari obligatio, nec procedi per præcepta executiva de solvendo, sed debet procedi prævio termino in via ordinaria.

Primus casus, quando a die debitæ solutionis sunt transacti triginta anni, quia transactis triginta annis a die natæ actionis præscribitur via executiva, ut dixi in *tit. 2. de via execut.*

Secundus casus, quando obligatio est scripta in folio, quod originaliter datur parti; nam illa non habet vim obligationis penes acta, sed scripturæ privatæ, ut superius diximus, dum Pragmatica dictum privilegium concessit solum obligationi scriptæ in libro.

Tertius casus, quando obligatio fuerit stipulata coram incompetenti Judice, quia similiter habetur uti scriptura privata, debet procedi cum termino, & sententia in judicio ordinario, juxta ea, quæ diximus supra in *c. 1. num.* 14.

Quartus, & ultimus casus est, quando obligatio est pactionata, & non liquida, vel quoquo modo iotturbidatur, seu offuscatur ejus parata executio, etiam per aliquam exceptionem oppositam per citatum in illis tribus casibus, quo citari debet debitor.

Et sic habes expeditam Praxim, quo casu incipitur ab executione, & quibus tribus casibus incipitur a citatione; seu executive proceditur ad accusationem, & quibus casibus proceditur in via ordinaria.

4 Restat dicendum, quod si creditor velit aliquando urbanius agere cum suo debitore, ut possit pœnam perjurii evitare, est in sua electione procedere civiliter via executiva civili per præcepta, dummodo non sint transacti triginta anni a die nativitatis actionis; sicuti qui est creditor vigore instrumenti liquidi, habet electionem, vel accusandi criminaliter instrumentum via Ritus, vel civiliter agendi per præcepta de solvendo. Verum quando accusat criminaliter, tenetur debitor ad debitum, & ad pœnam: Sed quando agit civiliter, tunc non tenetur ad pœnam, sed exequitur solum pro debito,

5 *Formula obligationis penes acta citra summam ducatorum quinquaginta, accusata intra decennium per principalem creditorem contra principalem debitorem in eadem Curia.*

Obligatio pro Petro N. Civitatis Cavæ pro ducatis triginta de carolenis,
Contra Marcum N. dictæ Civitatis.

Die 3. mensis Octobris 1703. in Civitate Cavæ, præsens obligatio accusata fuit per Petrum N. contra Marcum N. pro ducatis triginta debitis ex residuo introscriptæ obligationis, & pro pœna Curiæ, & expensis, & ita &c. N. de N. Magister Actorum.

Die 7. mensis Maii 1695. Cavæ, & penes acta Curiæ d. Civitatis personaliter constitutus præfatus Marcus N. dixit, che l'arte sua è Cositore de' Panni, & sponte confessus est se verum principalem, & liquidum debitorem esse prædicto Petro N. præsenti in ducatis triginta de carolenis &c. pro caussa veri, & puri mutui, vel pro residuo pretii tot pannorum, quos ducatos triginta de prædictis carolenis præfatus Marcus solvere promisit dicto Petro præsenti infra menses quindecim ab hodie, &c. hic in Civitate Cavæ in pace absque alia interpellatione, vel compensatione, vel liquida præventione, aut quavis alia exceptione non obstantibus, quibus cum juramento expresse renunciavit, cum pacto, quod in casu, quo dicto tempore statuto a solutione prædicta defecerit, præsens obligatio possit contra ipsum incusari, & liquidari in omni Curia, *loco*, & foro, coram quocumque Judice, &c. ita quod in continenti habeat executionem paratam realiter, & personaliter more pensionum domorum Civitatis Neapolis, & obligationum liquidarum M. C. V. quia sic, &c. renuncians cum juramento exceptioni rei non traditæ, vel pecuniæ non numeratæ, &c. Et proinde dictus Marcus obligavit dicto Petro præsenti se, suosque hæredes, & successores, & bona omnia ad pœnam dupli, medietate, &c. potestate capiendi, constitutione precarii, &c. renunciavit, & juravit in forma, &c.

N. de N. Magister Actorum.

Deinde facta accusatione in margine, ut supra, expediuntur litteræ executoriales, realiter, & personaliter, & consignantur Parti.

Quando obligatio excedit summam ducatorum 50.; tunc post subscriptionem Magistri Actorum, subscribitur principalis debitor, v3.

Io Marco N. mi obbligo, ut supra.

Et deinde subscribuntur duo, vel tres testes.

Io N. di N. sono testimonio, e conosco il sopraddetto Marco obbligato.

6 *Formula obligationis incusata in alia Curia per copiam authenticam.*

Praxis erit, quod præsentatur copia autheotica obligationis absque libello, & per Magistrum Actorum fit præsentata tenoris sequentis.

Præsentata præsens copia obligationis per Petrum N. principalem die 5. Novembris 1703. in Civitate N. petentem accusari contra N. pro T. summa.

Formula decreti.

Die &c. per Curiam N. provisum, & decretum est, quod citetur T. debitor ad dicendum caussam, quare obligatio præsentata per N. non sit accusanda, & exequenda pro petita summa ducatorum tot, ac pro pœna, & expensis, hoc suum, & expediatur citatio in forma.

Formula citationis.

De mandato Curiæ N. servientibus, &c. Ad omnem instantiam N. de N. sive, &c. peremptorie citetur Marcus

cus N. quatenus ad primam juris post &c. compareat coram nobis in hac Curia ad dicendum caussam, quare ducati tot per eum eidem T. creditori debiti, vigore obligationis penes acta Curiæ Civitatis N. stipulatæ, & per copiam authenticam in hac Curia Civitatis N. præsentatæ, & accusari petitæ, solvi non debeant, & quare obligatio ipsa accusari, & exequi non debeat illius vigore contra ipsum debitorem realiter, & personaliter, quoniam, &c. alias, &c. citetur, & referatur in forma. Data in Civitate N. die &c.

7 Citato Debitore si non comparet, accusantur contumaciæ, juxta stylum Curiæ, & fit decretum contumaciale differenti modo, nam in M. C. V. contumaciæ accusantur juxta formulas superius traditas.

In aliis Curiis per Regnum accusantur juxta diversos stylos Curiarum; sed id, quod est advertendum, ut in decreto concludatur v3. Fuit provisum, & decretum, quod exequatur realiter, & personaliter contra Marcum N. pro petita summa ducatorum tot per ipsum debita Petro N. vigore obligationis stipulatæ penes acta Curiæ Civitatis N. & per ejus copiam authenticam præsentatæ, & accusatæ in hac Curia Civitatis N., & quod exequatur pro pœna, & expensis, hoc suum, & expediantur, & consignentur litteræ executoriales in forma.

8 Volui hoc signanter advertere, ut caveas benigne Lector a formula tradita per *Nicolinum fol. 90. n. 199.*

Nam est errонea, & juri non consona.

Primo, ibi in citatione, citatur debitor ad solvendum ducatos tot prima die, vel in eodem termino ad dicendum, quare exequi non debeat pro dicta summa realiter, & personaliter.

Hujusmodi citatio non potest practicari in judicio criminali accusationis perjurii pro pœna obligationis juratæ, sed talis citatio esset practicanda, quando creditor non vult accusare pœnam, sed vult agere civiliter pro debito tantum.

Citatio itaque debet in accusatione criminali concludere ad dicendum caussam, quare obligatio ipsa accusari, & exequi non debeat, quia debet comminari accusatio, *Carav. rit.* 128.

9 Secundo: In decreto contumaciali *Nicolin.* erravit ponere; ibi, *quod condemnatur ad pœnam*. Nam condemnatio non fit in executivis, dum debitor quando confitetur debitum, & se obligat judicialiter penes acta, tunc ipsemet habet se pro condemnato, & illa judicialis obligatio tanquam sententia erit exequenda, & paratam executionem habet, quando accusatur, & petitur executio; ideoque debitor citandus est ad dicendum causam, quare non debet accusari, & exequi, & in decreto debet dici, quod exequatur, & non dicitur, quod condemnetur, ex traditis per *Affl. in dec. 3. & in Constit. si Bajulus forum post num. 3.* & per *Muscat. par. 2. fidejuss. mod. 7. a nu. 8. usque ad* 11.

Et ubi decretum conciperetur per verbum condemnationis; tunc impediretur executio infra decem dies datos ad appellandum, & per appellationem suspenderetur sententia condemnatoria, *Carav. rit. 44. & 158. num. 1. Sarn. formul. 73. in ultim. impress. cum addit. nova fol. 374. num.* 16. Et ego ipse super dicta formula *fol. 514. num. 3. in prax. crim.*

Et ideo vocatur judicium executivum, quia de executione, & non condemnatione tractatur.

10 Eadem praxis observatur mortuo debitore; cum alia advertentia, quod hæres debet citari cum inserto tenore obligationis, ut exequatur pro debito, & pro pœna; nam si fuerit citatus absque inserto tenore obligationis, tunc non poterit exequi pro pœna, sed solum pro debito, & literæ executoriales expediuntur pro debito tantum.

11 Cum alia advertentia, quod in utroque casu, contra hæredem non potest exequi personaliter, sed semper fit decretum, quod exequatur realiter tantum servata forma juris pro debito, & pœna. Et hoc quia obligatio pœnalis est, & non quia est juramento roborata, *Galter. in 2. secundæ partis num. 36.* ex doctrina *Afflict. in Constit. eor. qui scienter num. 6. & decis. 381. num. 9.* quam distinctionem approbat *D. Petr. rit.* 128.

12 *Formula citationis per facti narrativam nulla præcedente interlocutoria.*

Facta accusatione in margine expeditur citatio tenoris v3.

De mandato Curiæ Civitatis N.

Servientibus nostræ Curiæ, &c. vel aliarum quarumvis insolidum, &c. ad omnem instantiam T. creditoris, sive, &c. peremptorie mandetis N. de N. debitori, quatenus infra biduum solvere, & dare debeat dicto T. creditori ducatos tot, vel tumulos tot frumenti, ad quos tenetur eidem virtute obligationis stipulatæ penes acta dictæ Curiæ sub die, &c. nec non infra eundem terminum compareat personaliter coram nobis, & nostra Curia ad dicendum caussam, quare obligatio prædicta accusari non debeat contra ipsum pro dicta petita summa, & pro pœna, & expensis, & illius vigore exequi, quoniam &c. alias, &c.

Hæc citatio potest fieri non solum, quando lapsum est decennium, & quando obligatio est stipulata in alia Curia, & quando citatur hæres principalis obligati, mutatis tamen mutandis, & contra hæredem inseritur tenor obligationis, ut diximus supra.

13 Et ne Juvenes decipiantur ex traditis per *Dom. Carolum de Alexio* perspicacissimi ingenii, & sublimis doctrinæ virum in *addit. ad Nicolinum fol. 78. num.* 330. ubi ex doctrina *Reg. de Marin.* docet, posse absque citatione in omni Curia accusari obligatio, quæ fuit stipulata cum potestate conveniendi ubique locorum; nam verum est, quod vigore dictæ clausulæ valide proceditur in omni Curia, & foro prorogabili, & ubi fuerit præsens debitor, tamen copia obligationis in alio foro non potest accusari sine citatione præcedente, sed omnino est citandus debitor, ut supra fundavimus, & ex verbis *d. Reg. de Marin.* ibi citatis colligitur. Illa enim potestas data creditori conveniendi in quacumque Curia non extenditur, ut absque citatione conveniatur debitor, & notoria praxis sic se habet, & ita intelligenda sunt dicta per dictum *Dom. de Alexio*, ne erres.

14 In accusatione obligationis penes acta requiritur, ut creditor juret, quod accusat pro tanta summa, ita *Sarn. in prax. civil. fol. 8. 631.* Et ita servatur in Curiis per Regnum, ut observavi, quod in actu accusationis scriptæ in margine obligationis, semper dicunt; *Et ita creditor juravit, &c.*

At in M. C. V. observavi plures libros obligationum, & nullibi vidi servatam talem clausulam juramenti in accusatione, imo Mag. Ant. de Amato, qui est Mag. Actorum in capite M. C. V. in civilibus antiquus, & peritissimus, mihi dicit, quod non solum creditor, qui accusat non jurat; sed sæpius mittit cartellam, vel imbasciatam, ut accuset obligationem contra debitorem, & in absentia creditoris scribit actum accusationis in margine.

Et cum in quadam Curia baronali fuerit accusata obligatio absque juramento creditoris, fuitque propterea oppositum non teneri debitorem ad pœnam, & dictum de nullitate accusationis ex defectu juramenti non præstiti per creditorem accusantem, stante generali stylo Curiarum per Regnum, & sic accusatio videbatur nulliter facta contra stylum; Ego requisitus de meo voto dixi, non obstare dictam nulli-

tatem, quia dictum juramentum non est necessarium pro validitate accusationis.

15 Primo., quia habens instrumentum jurare non tenetur, quod summa in ea contenta sit debita, dummodo valide, & recte perfectum sit, *Gram.dec.27.nu.4.ex l.4. §.condemnatum, ff. de re judicat. Amend. ad Franch.dec.273.num.8.*

Secundo: Sicuti contra obligatum penes acta exequitur, & accusatur obligatio tam pro debito, quam pro poena, licet fuerit stipulata sine juramento, ut dixi supra *c.2.num.4.de oblig. penes acta*, ex *Affl.decis.30.* quia promissio penes acta, & valor judicialis supplet juramenti defectum, & haeres debitoris licet ipse non juravit, adhuc tenetur ad poenam vigore obligationis penes acta accusatae, quia obligatio in judicio per debitorem facta est poenalis, etiam quod non sit jurata, ut dixi superius *num.11.*

Ita pariter accusatio per creditorem facta in judicio valida est, & poenalis est, etiam quod non sit jurata.

Nec obstat stylus aliquarum Curiarum, quia concernit ordinem, & nullitas ordinis non est in consideratione; Quia in Regno attenditur veritas, & justitia.

C A P. V.

De Praxi accusandi obligationem per Cessionarium.

S U M M A R I U M.

Cessionarius, ut possit obligationem penes acta accusare, quibus clausulis concipi debet cessio, traditur cautela, num.1.

Ritus M.C.V.290 *hodie non servatur circa distinctionem agendi pro re cessa ex caussa onerosa, vel lucrativa*, num.2.

Decretum, quod fit in accusatione ad instantiam Cessionarii, num.3.

Cessionarius ex pretio non potest agere, nisi constet de pretio soluto, num.4.

Cessionarius non potest agere contra debitorem cessum ultra quantitatem solutam.

Exceptio leg. per diversas, & leg. ab Anastasio C.mandati, *in qua parte Judicii opponi potest, & in qua non*.num.6.

Textus in l.per diversas, & l. ab Anastasio, C. mandati *declaratur habere locum in lite futura turbida, & dubia & non in debito claro*, num.7.

Emens parvo pretio opulentam haereditatem dicitur redemptor litium, qui illam non possidet, secus si possideat, & secus quando fit cessio inter cohaeredes, vel de re in haereditate majorum relicta, num.8.

Fidejussor integrum creditum potest exigere, licet aliquod minimum solverit, num.9.

Cessionarius fisci, vel Camerae Apostolicae dispositioni leg. per diversas, & ab Anastasio, *non subjacet*, num.10.

Transactio, vel compositio facta cum Commissario Rev. Fabricae habet idem privilegium, ac si esset facta cum Fisco, vel Regia Camera Apostolica, num.11.

Princeps etiam aliena bona alienare potest, & emens est securus a Domino, per l.bene a Zenone C.de quadrienn. praescript.num.12.

Cedens quando est potentior Concessionario non habent locum dictae leges, num.13.

Fiscus, & Camera Apostolica, & Tribunal Rev. Fabricae admittit transactiones pro parvo pretio, etiam cum extraneis, ut alliciantur ad denunciandum, & defendendum jura quae aliàs essent ignota, num.14.

Cessio, quae fit ex necessitate non subjacet leg. per diversas, & ab Anastasio, *ut est cessio, quae fit inter legatarios, vel fideicommissarios, vel quae fit per creditorem ad beneficium alterius creditoris pro muniminine sui crediti, vel ad beneficium possessoris pro tuitione rei possessae*, num.15.

Possessor, in quibus casibus possit ultra solutum repetere, & in quibus non, num.16.

Transactio, & donatio non subjacent leg. per diversas, & ab Anastasio, *cum limitatione*, num.17.

Debitor, qui consensit cessioni, vel qui acceptat debitum cessum, non gaudet beneficio leg.per diversas, & ab Anastasio, num.18.

Emens ab haerede cum beneficio l. & inv. *& pretium solvens creditori, tutus est, etiam a creditoribus anterioribus*, num.19.

1 Obligatio penes acta girata, seu cessa a creditore ad beneficium alterius, an possit accusari a giratario, sive Cessionario absque interventu cedentis.

Negativam docuit *Antonius de Philippis in prax. tit. de judic. extraord.* quam habeo manuscriptam, dicens, necessario requiri interventum cedentis, sicuti requiritur in liquidatione instrumenti. Subdens, quod si non accusit criminaliter, poterit sine interventu cedentis petere executionem ex pacto executivo, prout vigore instrumenti, cessionarius agit quoque via executiva, quo casu potest agere cessionarius ad consecutionem debiti sed non ad poenam.

At dicta opinio non est in praxi recepta; nam cessionarius ut Procurator in rem propriam, poterit incusare obligationem stipulatam penes acta in absentia creditoris cedentis, *Carav.rit.266.in fin. Moutan.controv.48.* quem sequitur *de Luc. ad Franch.dec.35. nu.6.* Quod secus est in instrumento liquidando, ubi necessario requiritur praesentia cedentis, ut diximus in *Titulo de liquid.instrument.*

Et diversitatis ratio assignatur, quia obligatio incusari potest per Procuratorem cum speciali mandato, sed instrumentum incusari non potest per Procuratorem, *Dam.de Pugn.Doctor.lib.1.tit. de instrum. nu.10.Capibl.Pragm.8.par.1. num.*358. licet ipse Procurator non intervenerit in stipulatione obligationis, *de Marin.lib.1.ref.187.Galter.in 1.par. secundae partis nu.17.rubr. & cujus nomine agat, Carav. rit.286.num.7.* ubi dat cautelam ad hoc, ut cessionarius possit accusare obligationem penes acta, cedens constituet prius Cessionarium Procuratorem ad exigendum a tali debitore tot aureos sibi debitos vigore obligationis stipulatae penes acta Civitatis N.eumque debitorem quietandum, & ipsam obligationem cassandam; Et casu, quo renitens fuerit, ipsius obligationis poenam incusandum, & incusatam exequi faciendum, & dictos aureos docatos tot penes se retinendum pro totidem ab eo cessionario receptis, ponens eum ipse constituens in locum, & vicem ipsius constituentis, constituens ipsum Procuratorem, velut in rem propriam, cedens omne jus, omnem actionem, &c.

Quam cautelam approbat *Galter. in 1.par. secundae partis rubr. advertat creditor ad personam su.m num.35. fol.mihi* 160. & approbat *Reg.Petr. rit.128.n.4.& rit.284.Mont. contr.43.nu.6.*

2 Nec obstat *Rit. M.C.V.290.* per quem statuitur quod non admittatur Cessionarius ad agendum pro re cessa, nisi ex caussa onerosa, quia *Ritus* praedictus diu recessit ab usu, & hodie non servatur, *de Bott. in addit. in d.rit.Gallupp.par.1.cap.5. num.43. in sua Prax. Caravit.rit.228.num.9.Petra d.rit.290. num.8. Muscat. p.2.gl.competentes num.89. Latro dec.84.*

3 Quando itaque Cessionarius praesentat cessionem factam, iuxta formulam traditam a *Caravit supr.* in eadem Curia, ubi est stipulata obligatio, tunc cauti Magistri Actorum faciunt interponere decretum a Judice, quod visa obligatione penes acta stipulata ad beneficium cedentis, & cessione per cessionarium praesen-

ta-

tata, provisum est, quod procedatur ad incusationem dictæ obligationis pro ducatis tot petitis ad instantiam cessionarii contra T. debitorem in forma, tunc nulla citatione præcedente, fit actus accusationis, & expeditur executorium.

Si vero obligatio esset accusanda contra hæredem, vel in alia Curia per copiam authenticam, vel post transactos decem annos, in illis tribus casibus, fit decretum a Judice, quod procedatur ad instantiam cessionarii ad incusationem obligationis, prævia citatione, hoc suum, & expediatur citatio in forma.

Decretum Judicis requiritur, quia Judex recognoscere debet, si, vel ne cessionarius habeat requisita, & clausulas sufficientes, ut possit accusare obligationem, ex his, quæ supra diximus.

4 Cessionarius ex pretio non potest agere, nisi in instrumento cessionis dicat Notarius fuisse numeratum pretium in ejus præsentia, vel nisi aliunde constet prius de solutione pretii. Verum si de facto agat, & deinde solvat, validatur judicium, *Bald. in l. per diversas col. 5. num. 17. C. mandat. Menoch. præsumpt. 129. nu. 2. versic. tertia conjectura lib. 3. Gallup. p. 1. c. 5. nu. 44.* Item licet non constet de solutione, valet judicium, quando ad beneficium cedentis contra debitorem cessum adest instrumentum, *Staibanus obs. 85. num. 4.* & dicam infra *nu. 7.*

5 Cessionarius neque potest agere contra debitorem cessum, nisi pro quantitate vere soluta, *l. per diversas, & l. ab Anastasio, C. mandati, & DD. ibi.*

6 Sed hæc conclusio habet locum, quando a Reo opponitur exceptio dictarum legum; imo secundum *Fabr. C. mandati def. 10.* quem sequitur *Arias de Mesa lib. 1. cap. 24. nu. 7.* dicta exceptio opponi debet ante litem contestatam.

Sed *Olea quæst. 10. tit. 6. num. 73.* concludit, quod sufficit, ut opponatur ante sententiam; & est ratio est evidens, quod non potest opponi post latam sententiam, quia cessionarius dum obtinuit sententiam favorabilem, non potest dici suscepisse caussam injustam, nec adhibuisse malas artes, ut vinceret, *Fontanell. dec. 180. n. 20. De Luc. in Spicil. q. 90. in fin.*

7 Et dum sæpissime occurrit in judicio disputare de dictarum *legum per diversas, & ab Anastasio* dispositione, nolo illotis manibus pertransire, sed aliquos casus dilucidare.

In cessione futuræ litis locum habet dispositio dictarum legum, & non poterit cessionarius consequi, plusquam ipse revera numeravit cedenti, & ratio est, quia luit cessa incerta, & dubia actio, *Menoch. lib. 3. præsumpt. 129. a num. 11. Olea tit. 6. qu. 10. num. 66.*

E contrario, si debitum sit clarum, cessat dispositio dictarum legum, quia tunc nulla injuria fit debitori, & cessionarius licet pro modico pretio obtineat, non dicitur voluntarius litium redemptor; nam mens legis fuit contra illos, qui jura turbida, & litigiosa, & lites suscitare student, *Card. de Luc. discurs. 60. Olea d. tit. 7. qu. 10. num. 55. Reg. Latr. dec. 137. n. 55.*

Nam dictæ leges cessant in non redemptore litis, in non paciscente de quota, in non inhiante alienis facultatibus, in non vorace, in non sordido, in non vexatore aliorum, in non maligno doloso, & fraudolento, & sufficit, quod constet per conjecturas, puta ex qualitate negotii, & personarum, quod nulla malitia, aut fraus intercesserit, sed negotium in veritate, & simplicitate intercesserit, *Abb. in cap. ult. nu. 2. de alien. judic. mutan. cauf. facta, Castrens. in d. l. per diversas num. 1. & 12. Salicet. ibid. num. 5.* & post *Bart. & Bald. in d. legib.* tenet *de Ponte cons. 77. a num. 2.* quos refert, & sequitur *Sanfel. dec. 120. lib. 1.* ibi *num. 4.* In actionibus indubitatis, & certis, non obtinet *d. lex per diversas, & ab Anastasio.* Indubitatæ autem sunt, de quibus, aut certe, aut probabiliter non est dubitandum, quod valeant, & subsistant adversus debitorem, sive sint in judicio deductæ, sive non; Et quod indubitata sit actio ex eo solo, quod pro ea adsit instrumentum liquidum, vel guarentigiatum ad favorem cedentis contra debitorem cessum.

Et *Staib. obs. ad resol. 83. num. 4. lib. 1.* dicit idem; Imo concludit, quod si adest instrumentum in beneficium cedentis contra debitorem cessum, etiam quod in satisfactione non intervenit actualis pecunia, sed tantum confessio creditoris eam recepisse a cessionario, non consideratur nullitas cessionis, quia cessat ratio prohibitionis *legis per diversas*, quæ se fundat ob calumniam, & redemptionem litium, *Staib. ubi sup.* post *Gratian. discept. 286. tom. 2.*

8 Hinc fit, quod emens parvo pretio opulentam hæreditatem, qui illam non possidet, dicitur redemptor litium, *Bart. in l. per diversas num. 33. Olea d. tit. 6. qu. 10. num. 59. Cancer. par. 3. var. cap. 1. num. 164.* contra *Bald. De Luc. in Spicileg. d. qu. 90. num. 8.*

E contrario, qui hæreditatem possidet, potest pro modico illam licet opulentam consequi, & quotiescumque inter cohæredes pro actionibus hæreditariis cessio fieri contigerit, non subjacent dictæ *Anastasianæ Constitutioni*, ibi, in *l. per diversas: Exceptis cessionibus, quas inter cohæredes pro actionibus hæreditariis fieri contingit*, sunt verba dicti Textus.

Unde si fiat cessio fratri de re in hæreditate majorum relicta pro minimo pretio, locum non habet dictarum legum dispositio, *Soccin. cons. 48. nu. 6. vol. 3. Gallupp. p. 1. cap. 5. num. 4.*

Et ratio, quia tali casu non videtur cessionarius inhiare alienis facultatibus, & sordido redimere lites contra alios, sed potius, ut ab aliis se tueatur in rebus suis.

9 Et similiter fidejussor, qui cessis juribus, totum creditum non solvit, potest integrum exigere, *Constitutione Anastasii* non obstante. Et ratio assignatur, quia hæc cessio non est suspecta, ut voluntarie fiat, caussa redimendi lites alienas pecunia, sed ex necessitate, ad finem se liberandi a fidejussione, *Reg. de Ponte cons. 76. & 77. Cenc. de censib. qu. 72. num. 12. Olea d. tit. 6. q. 10. num. 52. & 62.* imo sufficit confessio de recepto, & si principalis debitor velit probare non fuisse pecuniam numeratam, audiendus non est, *Gratian. discept. 576. num. 8. de Luc. in Spicil. d. qu. 90. num. 7.*

10 Cessionarius Jurium Fisci, vel Cameræ Apostolicæ dispositioni dictarum *legum per diversas, & ab Anastasio* non subjacet, licet minimum pretium solverit, cuam si cessionarius non sit hæres beneficiati, aut consanguineus, sed sit penitus extraneus, & nullum jus habens in re.

11 Et transigenti, vel componenti cum Trib. Rev. Fabr. S. Petri, neque opponi potest exceptio dictarum legum, quia compositio facta cum Rev. Fabr. æquiparatur compositioni, quæ fit cum Fisco, & cum Cam. Apostolica, *Card. de Luca de debitorib. & creditorib. disc. 149. num. 6.*

12 Ratio est, quia agitur de cessione Principis, qui etiam aliena bona alienare potest. Adeout ejus cessionarius tutus reddatur, etiam a Domino, ad præscriptum *leg. bene a Zenone, C. de quadrien. præscript.* Et jure privatorum Princeps metiendus non est.

13 Secunda ratio, quia dispositio dictarum legum adaptatur, ubi lites penes minus potentes, vel minus aptos ad litigandum, excitantur per cessionarium, vel magis potentem, vel magis litibus aptum. Quæ ratio non congruit Fisco, vel Cameræ Apostolicæ, dum cedens est potentior cessionario, & conditio debitoris cessi potius melior, quam deterior fit ex cessione.

14 Tertia ratio, quia qui se componunt cum Fisco, vel Camera Apostolica, & Trib. Rev. Fabr. si subjacerent

rent dictis legibus, esset magnum præjudicium Fisci, & Cameræ, quia nemo jura ignota denunciaret, & detegeret, qui ad hunc finem, ut lucrum reportent se componendo detegere solent, quæ ignota sunt, & collitiganti imputandum est, cur se non liberavit, hanc etiam viam tenendo.

Ut late hæc omnia habes apud *Card. de Luca disc. 149.lib.1.de credit.num.6.& D.Carol.de Luc.qu.90.in Spicileg.*

15 Neque habet locum dispositio dictarum legum, quando cessio fit ex necessitate, nam tunc valet etiam pro summa non soluta.

Et *Text.in l.per diversas*, exemplificat cessiones fieri necessarias, quæ fiunt inter legatarios, seu fideicommissarios, quibus aliquid relictum est.

Et quas creditor pro munimine sui crediti, & quas possessor pro tuitione rei possessæ accipit, aliquo modico soluto, ibi: *Exceptis iis, quas, vel creditor, vel is, qui res alienas possidet, pro debito, seu rerum apud se constitutarum munimine, ac tuitione accepit.*

Nec non exceptis iis, quas inter legatarios, seu fideicommissarios, quibus debita, vel actiones, seu res aliæ relictæ sunt; pro his fieri necesse sit.

Hæc sunt verba *d.tex.* ubi nota hæc ultima verba: *Pro his fieri necesse sit.*

Cessio itaque valet pro tuitione possessionis, nec obstaret, quod tempore transactionis res reperiretur sequestrata, quia sequestrum non tollit possessionem, *Staib.d.resol.83.num.36.*

16 Verum nota, quod licet possessor excipiatur in *d.l. per diversas*, tamen *Merlin.de pignor. lib.4.qu.44.num. 16.& de Luc.in Spicil.qu.*12.*num.*3. cum *Rot.*post *Pacific.de Salvian. decis.25. num.22. & decis.75.* & post *Oleam addit.ad Buratt.decis.420.num.*8.Et *Rot.decis. 33.num* 7.concludit contrarium, ex *Text.in l.qui a debitore 18.§.qui potiores in pignore*, ubi habetur, quod possessor eatenus tueatur, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecuniæ perveniat.

Subdens *d. de Luca* distinctionem, quod aut creditor secundus agit hypothecaria, vel Salviano super re contra possessorem se defendentem, cessione ab anteriori creditore obtenta, & tunc non valet se tueri, nisi pro quantitate vere soluta.

Aut secundus creditor velit uti jure offerendi adversus possessorem, & tunc totum creditum cessum offerre debet, & non pro summa vere soluta, ex *Marott.de jur.offer.num.67.Noguerol.alleg.37.num.70. De Luc.ubi supr.*

Sed indistincte concludit *Sanfel. in d.dec.*120. *in fine*, quod ubi creditor agens hypothecaria, cedit possessori solventi actionem contra debitorem, valida est cessio, etiam modico dato; verba sunt *Bart. in d. l. per diversas, & ab Anastasio*, & Cessionarius poterit virtute cessionis obtinere totum.

Et ne tu juvenis erres in hac contrarietate, advertas, quod opinio *Sanfel. & Bart.* habet locum contra ipsum debitorem, ut non gaudeat beneficio dictarum legum contra possessorem rei obligatæ, *Addit.ad Buratt.decis.420.num.11. Merlin.ubi supr.*

Et opinio *de Luc.cum Merlin.* & aliis habet locum in beneficium secundi creditoris, in præjudicium cujus militat distinctio supra relata, ut cessio valeat pro tuitione rerum, quas possidet, etiam minimo dato, ut sit securus, tam a cedente, quam a debitore, qui non poterit opponere exceptionem dictarum legum; non autem, ut possit agere contra alios pro summa non soluta; nam tunc in illo pluri videtur esse litis alienæ redemptor, & respectu aliorum militarent dictæ leges, idem *Sanfel. decis.* 120. *num.* 2. ex *glos.in verb.his, qui, & in 3.exemplo, Bart. ibi, & Angel.* cum *Paul. de Castr. in d. l. per diversas*, quibus adde *Cavaler.decis.654.Merlin.ubi supr.num.24.* & sic cessionarius possidens contra secundum creditorem, non potest in plus se tueri, nisi ad ratam pretii perventi ad manus primi creditoris.

Concluditur itaque, quod *Text. in l.per diversas, & ab Anastasio*, loquitur respectu ipsius debitoris, ibi: *Ne amplius a debitore consequatur iis, quæ præstitit cessionis auctori; exceptis quibusdam casibus.*

Sed *text. in l. qui a debitore comparavit*, loquitur respectu aliorum creditorum, ut adversus illos tueatur pro summa soluta tantum, & non ultra, & sic dictæ leges non sunt inter se contrariæ, quod bene nota, ne erres.

17 In transactione autem, sicuti etiam in donatione vera, & non fraudulenta, *d. leges per diversas, & ab Anastasio* locum non habent, *Sanfel.d.dec.*120.*num.* 6.Et *Staib.resol.83.num.35.*dicit, quod cessio ex caussa transactionis non obstante *d.l.per diversas*, valet, etiamsi controversia non fuerit in judicio, sed extra judicium per solam negationem, quod est plus.

Dixi in donatione non fraudulenta; Nam si aliquid solvitur, & illud plus donatur, vel donatarius post exactionem promiserit aliquid cedenti; in eo quod donatur ultra illud quod solvitur, non aget, nec cedens, nec cessionarius, quia donatio censetur fraudulenta, & invalida, & obstant dictæ leges, *Staib.observ.83.num.8.tom.1.*ex *Rom.cons.450.Gratian.discept. for.286.num.33.tom.5.* ubi late declarat dictas leges, *Gabriel.de act.concl.5.num.3.& 44. Menoch. præsumpt. 129.num 5.& 27.*

18 Limitatur etiam dispositio dictarum legum, ut non habeant locum, ubi debitor annuit tali cessioni, *Roman. cons. 87. Hyppol. sing. 45. Gallupp. part. 1. cap. 5. num.47.*

Item quando debitum cessum fuit acceptatum, & confessione vallatum a debitore, tunc dictus debitor non poterit obiicere exceptionem dictarum *legum per diversas, & ab Anastasio, Sanfel.d.decis.120.num.5.& Angel.in d.l.per diversas num.1. Ant.Gabriel.tit.de act. concl.5.num.5.num.53.& alii ibi cit.*

19 Ultimo notandum, quod emens ab hærede cum beneficio legis, & inventarii, & pretium solvens creditoribus hæreditariis, redditur tutus contra omnes creditores, etiam anteriores hæreditarios, *Rota in Roman.Salvian.29.Maii 1651.coram R.P.D.Carrillo* apud *Merlin.de pignor.lib.4.qu.44.num.29.*

C A P. VI.

De Obligatione Camerali.

S U M M A R I U M.

Obligatio Cameralis unde dicta, num.1.

Obligationis Cameralis formula antiqua, & hodierna, num.2.

Obligationis Cameralis Judex competens quis sit? num.3.

Episcopus an possit excommunicare obligatum in forma Cameræ non solventem, num.4.

Ill. D. Jo:Andreas Muscatelli Episcop. Guardiæ Alferiæ laudatur, d.num.4.

Obligatio Cameralis debet esse jurata, num.5.

Clericus, & Monacus non possunt se obligare absque licentia, num.6.

Obligatio Cameralis quid differt ab obligatione guarantigiata, num.7.

Praxis servanda in obligatione Camerali præsentata, num.8.

Exceptiones, quæ opponi possunt adversus obligationem Cameralem, num.9.

Brachium in litteris executorialibus vigore obligationis penes acta, & obligationis Cameralis, cum quo discrimine impartitur, num.10.

Dixi

Dixi de obligationibus, quæ apud acta fiunt inter laicos, consonum puto aliqua dicere de obligatione Camerali in foro Ecclesiastico frequentata.

1 Obligatio Cameralis, sive Obligatio in forma Cameræ, sic dicta est, quia fuit introducta ad compellendas personas, ut solverent annatas Cameræ Apostolicæ. Unde debitores ipsi executive coguntur ad solvendum, *Pac. Jordan. vol.3. lib.14. tit.20. num.441.*

2 Cujus formula recensetur ab *Antonio Gallesio in par. 2.*, vz.

Pro quibus omnibus observandis T. debitor obligavit T. de T. præsenti, &c. se, &c. omnia ejus bona, &c. ac etiam Curiæ Causarum Cameræ, & omnium, & singularum Curiarum Ecclesiasticarum, & Secularium ubilibet constitutarum, jurisdictionibus, & ordinationibus se supposuit, per quas possit moneri, arrestari, excommunicari, carcerari usque ad plenariam solutionem. Et pro majori cautela dicti creditoris, constituit suos indubitatos Procuratores T. de T. ejusdem Curiæ Cameræ Apostolicæ Notarios, qui nunc sunt, & pro tempore erunt, qui valeant nomine dicti debitoris confiteri, recognoscere, & accipere quodcumque mandatum.

Hæc formula antiqua hodie non est necessaria, sed sufficit, si simpliciter dicat, obligo me in forma Cameræ; quia obligatio facta in forma Cameræ supponit omnes clausulas Camerales, ita docet *Dom. Maradei in aurea sua prax. cap.11. de oblig. Camer. num.4. & Cardin. de Luca discurs.42. num.41.* ex *Zacchia, & aliis.*

3 Obligationis prædictæ Cameralis regulariter est Judex competens Auditor Cameræ Apostolicæ; nihilominus quando est recepta per Notarios Apostolicos contra Clericos, poterit Ordinarius loci procedere, *Galles. p.2. qu.1.*

Licet non desint, qui tenent Auditorem Cameræ esse Judicem competentem talium obligationum, *Genuens. cap.118. num.1. in ult. impress. Ricc. part.3. resol. 240. Marcell. Vulp. cap.2. num.15.* & quod potest avocare illas etiam pendentes coram Ordinariis, etiamsi contractus sint facti extra Curiam, *Marot. in Theol. moral. lib.3. disput.2. cap.5. num.67.* Tamen ubi non avocat caussas, valide procedit Ordinarius, & sic in praxi observatur.

4 Sed Episcopus non potest excommunicare obligatum non solventem, quia id permittitur Auditori Cameræ tantum ex privilegio, *Montem. in prax. Archiep. Neap. tit. de oblig. in forma Cameræ*, & ita intelligendus est *Ritus 19. Curiæ Episcopalis Capataquensis in synod. Episc. Brancacii in cap.15. fol.96.* ubi dicit, quod Presbyteri pro debito civili non carcerentur, nisi in casibus a jure specialiter permissis, nec censuris, nisi in subsidium cogantur, & ubi aderit obligatio Cameralis, neque poterint per Ordinarium excommunicari. Sed recurrendum erit ad Auditorem Cameræ, qui vigore sui privilegii solus poterit excommunicare obligatum obligatione Camerali, & ita dictus Episcopus Brancacius refert anno 1591. sub die 22. Augusti Sac. Congregationem rescripsisse Episc. Guardiæ Alferiæ, ubi ad præsens præsidet Ill. Episc. Dom. D. Jo: Muscarella Patritius Beneventanus vir summa Religione, doctrina, eruditione, omnique virtutum genere præditus, tiaraque Pontificia dignus. Summo propterea honore me affectum sentio, quod sub tanto viro meus filius Rosarius Riccius Pepoli munus Vicariatus ad præsens exercet.

5 Et debet esse jurata, *Rota part.2. diversorum decis. 5. num. 1.*, ut habeat executionem paratam, sicut obligationes temporales.

6 Et Clericus non potest obligari absque licentia Episcopi, & si est absens, cum licentia Episcopi convicinioris. Sed Episcopus non potest excommunicare obligatum non solventem, quia hoc potest tantum Auditor Cameræ ex privilegio, & non alter; *Montem. in prax. Archiep. Neap. tit. de oblig. in forma Cameræ, Vincent. de Vita in suo repertorio, verb. obligatio.*

Neque Monacus potest se obligare, licet sit consecratus Episcopus.

7 Obligatio Cameralis, ut supra, ex illa Procuratorum constitutione differt a guarantigia, ut advertit *Fossanens. decis.26. sub num.31.* Nam guarantigia caret hac Procuratorum constitutione.

Secundo, instrumentum guarantigiæ continet a principio confessionem, & præceptum. Sed in obligatione Camerali confessio, & præceptum fiunt post productionem instrumenti. *Pac. Jordan. & Fossan. ubi sup.*

8 Obligatione Camerali producta, statim citatur debitor ad confitendum debitum, in cujus citationis termino potest proponere exceptionem, vel evidentem, vel incontinenti probabilem, quod si non fit, proceditur ad confessionem debiti, & ad excommunicationem, non tamen simpliciter, sed sub conditione, nisi intra tres dies satisfecerit, vel probaverit, *Galles. qu.1. ad partic.4. num.19.*

9 Verum, tres exceptiones possunt opponi, vz. Falsitatis, novæ conventionis, & solutionis. Sed ultra has tres potest opponi exceptio incompetentis Judicis ex *Glos. alt. de sequestr. possess.* Item quod Actor non habet legitimam personam standi in Judicio, quia est minor, vel banditus, vel excommunicatus. Item, quod instrumentum est nullum, quia non est publicum, sive testibus caret, & simili modo, *Covarr. qu. 11. de execution. instrument. Coccin. dec.276. num.2. Cassador. de rescript. dec.20. num.3.*

Et alias exceptiones resultantes ex ventre contractus, ut rei non traditæ, exceptionem simulationis, & cedendarum, & enormissimæ læsionis, & promissionem esse erroneam, vel ex falsa caussa facta, ut late *Dom. Marad. in prax. cap.11. num.6.* & sic per viam præventionis potest per aliquam ex dictis exceptionibus impediri executio.

Nec impeditur executio ex exceptionibus non liquidis, nec a restitutione in integrum, *Burat. decis. 945. num.4.* Et ab initio potest fieri executio in personam, *d. Burat. dec.441. num.8.*

Et exceptio solutionis, aut novæ conventionis debet probari per instrumenta publica, vel per testes quinque promptuarios, alias non auditur, nisi facto deposito, vel auditur non impedita executione, *Dom. Maradei in prax. d. cap. 11. num. 10. & in sing. 354. num.5.*

Sed alii tenent, quod obligatus in forma Cameræ non potest excipere de Incompetentia Judicis, & petere se remitti ad suum Judicem, cum ille possit ubique locorum conveniri, *D. Cons. Altimari in suo aureo Tract. de nullit. Rub.9. qu.28. num.98.* ubi citat *Manson. de caus. exec. ampl.20. num.7. Grass. except.18. num. 4. Ricc. in prax. p.3. resol.239.* Sed ne erres; adverte, quod exceptio declinatoriæ fori non potest opponi, quæ differt ab incompetentia; nam incompetentia semper potest opponi; & ita intelligendi sunt dicti Auctores, prout latius dicam in *tit. de Apocis Banci cap. 1, num.11.*

Verum Auditor Cameræ solum potest avocare caussam illam pendentem coram Ordinario, etiam quod contractus sit factus extra Curiam Romanam, *D. Cons. Altim. in rubr.9. qu.28. num.100.* & dixi supra.

Et ideo sæpe video in hoc Trib. Rev. Nuntiaturæ Neap. cogi debitores cujuscumque Diœcesis Regni obligatos vigore obligationis stipulatæ per Notarium Apostolicum in forma Cameræ.

10 Obligationes penes acta incusatæ tenor inseritur in litteris executorialibus, quando petitur brachium ab alio Judice, & earum executio, alias non concedi-

ditur, nec executio permittitur.

Nec enim debet brachium impartiri, nisi cognoscatur justitia obligationis per ejus tenorem insertum.

Verum litteræ executoriales expeditæ virtute obligationis Cameralis in Alma Urbe, non inserta obligatione fuerunt executæ, & impartitum brachium contra laicum, ob auctoritatem Cameralis obligationis, & per Sacrum Consilium approbatum, teste *Sanfel. dec. 64. num. 10. de Marin. ad Revert. dec. 502. D. Maradei in prax. cap. 8. num. 13.*

C A P. VII.

De Praxi procedendi contra debitorem sub mandato detentum pro pœna spreti mandati.

S U M M A R I U M.

Mandati Form. de tenendo Palatium, vel domum loco carceris, num. 1.
Mandatum si acceptare recuset, quid faciendum, nu. 2.
Instantia contra Reum pro contraventione mandati, num. 3.
Decreti Formula pro perquisitione facienda, num. 4.
Perquisitionis factæ examen cum advertentiis, num. 5.
Sententia pro exécutione pœnæ spreti mandati, num. 6.
Sententia non fit per verbum, condemnetur, *alias impediretur per appellationem*, num. 7.
Mandatum, quando est factum per Civitatem, vel Territorium, quomodo proceditur, num. 8.
Mora purgari potest infra septem dies redeundo, & evitatur pœna, num. 9.
Pœna spreti mandati erit ad rationem caroleni unius pro qualibet uncia, vel secundum stylum cujuscumque Curiæ, num. 10.
Pœna comminata in mandatis non exigitur, & lenitur per Judicem in sententia, quæ non potest fieri cum potestate moderandi, num. 11.
Mandatum si non redigatur in scriptis, pœna exigi non potest, num. 12.

Solet quandoque fieri debitori mandatum, ut teneat Palatium Curiæ, vel aliquam domum loco carceris pro debito, tam virtute obligationis penes acta, vel instrumenti liquidati, vel pro debito ex alia caussa, in casibus, quibus permittitur executio personalis; propterea hic mihi videtur locus aptus tradendi formulam d. mandati cum actis faciendis in casu contraventionis. Quæ praxis poterit deservire etiam in caussis criminalibus.

1 *Form. mandati, quod non discedat a Palatio, vel a T. domo.*

De mandato Curiæ Terræ T.

Per subscriptum Capitaneum, & ejus Curiam dictæ Terræ T. fuit ad instantiam T. de T. injunctum, & mandatum T. præsenti, & audienti, quod sub pœna unc. aur. decem in casu contrarii dictæ Curiæ applicanda discedere non audeat, nec debeat, diuque, noctuque tam janua clausis, quam apertis, etiam animo redeundi, a Palatio dictæ Curiæ, seu a T. domo, vel Camera T. vel a carcere civili dictæ Terræ, donec non solvit cum effectu ducatos tot de carolenis argenti dicto T. creditori præsenti, ad quos tenetur virtute obligationis incusatæ, & literarum executorialium expeditarum vigore dictæ obligationis, ut in actis dictæ Curiæ, & ita injunctum, & mandatum fuit, & dicta domus fuit sibi consignata loco carceris, & pro carcere, ipso T. debitore præsente, audiente, & mandatum acceptante, &c. Datum in Terra T. die 1. Januarii 1698.

Io T. di T. debitore accetto ut supra.

T. Cap. *T. Act.*

Et si nollet acceptare, carceratur.

2 Ex quo recusavit parere, & acceptare mandatum, fuit dictum, quod in vinculis conjiciatur, vel quod ponatur sub clavi, &c. donec, &c. & hæc est magna cautela.

Verum non semper adhibetur tanta cautela, sed fit simpliciter mandatum, præsentibus pro testibus, T. & T. & valet, licet non subscribatur a debitore, nec fiat actus acceptationis, acceptavit, & postea discessit; tunc accusatur pœna spreti mandati, & ita, etiamsi absque acceptatione fiat, modo ut supra, præsentibus duobus testibus. Et quando præcessit decretum Officialis, pro executione dicti decreti fit mandatum per Actuarium, cum subscriptione Actuarii.

3 *Form. perquisitionis carcerati ob discessum, & contraventionem spreti mandati.*

Die &c. in Terra T. & coram Domino Capitaneo comparet T. creditor, vel Coadjutor dictæ Curiæ, exponens, qualiter dum T. debitor staret sub mandato detentus, & carceratus in Palatio Curiæ, vel in T. Camera, vel domo, aut T. Aula pro tali caussa, ut in dicto mandato latius continetur, spernendo, & parvifaciendo mandatum prædictum in contemptum ipsius Curiæ mandantis discessit a dicto loco, sine licentia ipsius Domini Capit.; Propterea incusavit, prout incusat, pœnam in dicto mandato contentam, contra subscriptum T. transgressorem, & petit diligentem perquisitionem fieri, pariterque contra ipsum exequi pro dicta pœna unciarum decem, & annotari in libro proventuum, & jus, & justitiam ministrari, omni meliori modo.

T. Act.

4 Et per subscriptum Capitaneum provisum est, quod fiat perquisitio in forma, qua facta providebitur, ut juris, & moris est.

T. Cap.

Provisum die 13. Januarii 1698. in Terra T. Curia, &c.

T. Act.

Et si nollet de persona accedere ad locum, ipse Officialis poterit in decreto addere, v3. Pro qua perquisitione facienda, accedat unus ex nostris Actuariis, &c.

5 Die 13. Januarii 1698. in Terra T.

T. Serviens hujus Curiæ retulit mihi subscripto Actuario se hodie alta, & intelligibili voce more præconis vocasse in carcere civili dictæ Curiæ, vel in T. domo, vel in palatio dictæ Curiæ in mei præsentia T. de T. vulgariter dicendo plures T. de T., qui non respondit, & non comparuit, præsentibus pro testibus T. e T. imo se una cum dictis testibus, & mecum fecisse diligentem perquisitionem intra dictam domum, ubi prius manebat carceratus sub mandato, & non aliter fuit inventus, nec visus dictus T. & ita retulit, &c.

T. Act.

Postea debent examinari dicti duo testes, qui interfuerunt in dicto actu perquisitionis v3.

Die, &c. in Terra T. & coram Domino Capitaneo.

T. de T. hujus Terræ T. dixit, Parte sua essere di Scarparo, ætatis suæ annorum tot in circa, ut dixit, &c. testis cum juramento interrogatus, & examinatus super præsenti informatione; Et primo.

Interrogatus, se conosceste T. di T. e conoscendolo, se sa, che ne sia, dixit: Signor sì, che conosco detto T. di T. ma non so, che ne sia; Anzi oggi mi sono trovato presente, ed ho veduto quando T. di T. Giurato di questa Corte in presenza di V.S. Signor Capitaneo, o vero in presenza del Mag. T. Mastrodatti ordinario di questa Corte, ha fatto diligenza nella T. casa, se vi era detto T. & ad alta voce ha detto più volte, Ecci T. di

T. di T. che compara, nè l'ho veduto comparire, nè rispondere detto T., anzi per ordine di V.S. detto Giurato insieme con me, e con T. di T. siamo entrati dentro detta casa, ed avemo fatto diligente perquisizione, nè altrimente ci avemo trovato, nè veduto detto T. E questo è vero de caussa scientiæ, & de loco, & tempore dixit, ut supra.

Interrogatus de contestibus dixit, ne può deponere detto Giurato, e T. di T. ed altri.

Io T. di T. ho deposto, ut supra.

T. Cap. T. Act.

Et hoc servatur, quando testis cognoscit Reum vocatum, secus ubi non cognosceret, quia fit interrogatorium alio modo v3.

Interr. se esso testimonio sa, che nelle carcere civili, o nella T. casa vi sia carcerato alcuno, che si chiama T. di T., ed in che modo, dixit: Quello, che io so, è, che oggi mi sono trovato presente, ed ho veduto, quando il Giurato, &c.

Vel interrog., come esso testimonio si trova avanti di noi, dixit, mi trovo qui per ordine di questa Corte per la perquisizione fatta, se T. di T. fosse dentro la sua casa, o T. luogo.

Interrog. Che sa esso testimonio di detta perquisizione, dixit, oggi mi sono trovato presente, quando il Giurato in presenza di V.S., o in presenza del Mag. T. Mastrodatti ha più volte chiamato ad alta voce, &c.

Et examinatis dictis duobus testibus interponitur sententia, v3.

6 In caussa T. creditoris petentis, vel in caussa T. Curiæ Coadjutoris petentis, procedi ad incusationem unciarum decem contentæ in mandato de tenendo domum, vel de tenendo Palatium Curiæ loco carceris.

Die 13. mensis Januarii 1698.

Per Curiam Terræ T. visa instantia T. creditoris, vel T. Curiæ Coadjutoris ac informatione capta, fuit provisum, & decretum, quod accusetur, prout accusatur pœna unciarum decem contenta in mandato contra T. de T. pro caussa suprascripti spreti mandati commodis Curiæ applicanda, quæ pœna describatur in libro proventuum, & contra ipsum exequatur realiter, & personaliter, tam pro dicta pœna, quam pro dicto debito principali, hoc suum, & expediantur litteræ executoriales in forma.

7 In hac sententia non dicitur, *condemnetur*, sed dicitur, *accusetur pœna, & exequatur*; Quia est regula generalis, quod in judiciis executivis partes judicis erunt executioni demandare, & non condemnare; Et si fieret condemnatio, tunc tamquam ad sententiam condemnationis daretur appellatio, & impediretur executio, ut advertit peritissimus Actuarius *Broya in sua Prax. formularia crim. cap. 18. num. 19. fol. 453.* post *Carav. rit. 44. & 158. & Sarn. form. 74. fol. 67.* & nos diximus supra in *cap. 4.*

8 Quando mandatum esset factum de tenendo Civitatem loco carceris, cauti Judices faciunt in eodem mandato apponere clausulam, quod designatur talis domus loco citationis, & si in mandato non est designatus certus locus pro vocatione facienda; tunc debet Juratus proclamare per omnes plateas, & loca solita dictæ Civitatis, & diligenter perquirere per Civitatem Reum sub mandato sistentem, ad hoc, ut possit contra eum accusari pœna, *Broya in prax. crim. cap. 18. num. 27.*

9 Condemnatio pœnæ fit eodem die, quo fit perquisitio; Verum cauti Judices suspendunt executionem per septem dies, infra quos posset oriri altercatio, si vel ne mora purgari possit, juxta tradita a *Dom. Scopp. ad Nicol. fol. 43. num. 90. in antiqua impressione, Roccus respons. 38. tom. 2. sub num. 6. Petra rit. 163.* & per ea, quæ dixit *Carav.*

10 Pœna erit juxta pandectam, & stylum Curiarum; Nam non ubique servatur idem, sed ut plurimum vidi servari, ut exigatur tarenus unus pro qualibet uncia.

Et in rebus minimis fit mandatum sub pœna unc. aur. quatuor; In aliis sub pœna unc. aur. decem vel 25. vel 50. vel centum; Imo in rebus magni momenti, et crimin. non ponitur pœna unciarum, sed nominatim sub pœna duc. biscentum, vel quingentum, vel mille, secundum qualitatem criminis.

11 Et pœna comminata in mandatis, non semper tota erit exigenda, sed arbitrio Judicis minuenda, *Capibl. pragm. 14. num. 61. & num. 73.*

Quæ moderatio fieri per Judicem potest in sententia condemnationis, nam post sententiam functus erit officio suo; Nec in sententia potest reservare potestatem moderandi, vel minuendi pœnam, *Pragm. 21. de Baron. Carav. rit. 372. num. 9.*

12 Et cauti Judices extendi faciunt mandatum in scriptis, nam pœna spreti mandati facti oretenus non potest exigi, secus si in scriptis fuerit factum, *Novar. de gravam. vass. grav. 220. tom. 1.* ex doctrina *Affl. in Constit. Regni si Vassallus num. 24. Thor. comp. in verb. Pœna spreti mandati in fin. tom. 1.*

Et ita proceditur etiam contra detentum sub mandato pro caussa crim. & contra fidejussores.

Finis Primi Tituli Secundæ Speciei.

SECUNDUS TITULUS

De Litteris Cambii, seu Tesseris Collybisticis.

PRÆLUDIUM.

In præcedenti 1. *Tit. hujus secundæ Speciei Judiciorum*, Praxim de obligationibus penes acta explanavimus; Et quia inter mercatores frequentatur obligatio, quæ fit per litteras cambii, quæ secundum locum post obligationem penes acta obtinet, cum idem privilegium paratæ executionis habeat; ideo in hoc Secundo Titulo Praxis litterarum Cambii congruenter succedit.

Hic Tit. dividitur in duo Capita.

Primum Cap. De Privilegiis litterarum cambii, origine, & divisione.

Secundum Cap. De Formulis litterarum cambii, cum decretis, & Praxi procedendi.

CAP.

C A P. I.

De privilegiis litterarum cambii, origine & divisione.

S U M M A R I U M.

Cambii Etymologia, num. 1.

Cambii contractus est innominatus, & incerta est ejus origo, num. 2.

Littera cambii viam executivam non habent de jure communi, sed de consuetudine, num. 3.

Littera cambii quo tempore in Regno caeperunt habere paratam executionem, & quot Pragmatica hucusque edita sunt circa litteras cambii, num 4.

Littera cambii sunt adeo privilegiata, ut ad simplicem ostensionem fit decretum, & expediuntur littera executoriales, dummodo habeant requisita, num. 5.

Judex competens litterarum cambii est omnis Judex, coram quo velit creditor agere, non obstante quod Pragmatica abdicavit jurisdictionem ab omnibus, & declaratur dicta Pragmatica. num. 6.

Concursus creditorum trahit ad se etiam caussam cambii, num 7.

Littera executoriales vigore litterarum cambii expedita non possunt impediri per appellationem, nec reclamationem, nec per nullitates propositas, nisi sint ex eisdem actis, num 8.

Nulla exceptio potest impedire solutionem litterarum cambii, num. 9.

Cambiorum triag...ra. & qua sint, num. 10.

Tertium genus cambii dividitur in tres species, scilicet Realis directi, Realis indirecti, sive obliqui, & sicci, & qua sint dicta tres species, declaratur, num. 11.

Cambium Reale, tam directum, quam indirectum est licitum, cambium vero siccum est prohibitum, & declaratur Bulla Pii V., num. 12.

Cambium Reale, ut sit licitum, qua requisita habere debet, num. 13.

Pragm. 8. de litteris cambii *declaratur circa verificationem pecunia soluta, tam intra hanc Civitatem, quam extra*, num. 14.

Littera cambii Neapoli confecta, an sint nulla, quando valuta non fuit soluta per Bancum, num. 15.

Exceptio non numerata pecunia an admittatur contra litteras cambii & contra scripturam privatam: Per affirmativa, num. 16.

Littera cambii semel cedi, seu girari possunt, & non amplius, num. 17.

Cessionarius, sive Giratarius litterarum cambii, quando habet paratam executionem, & quando habet regressum contra scribentem, num. 18.

Cedens, sive scribens litteras cambii non liberatur per acceptationem factam ab eo, cui diriguntur, num. 9.

Acceptans litteras cambii dicitur fidejussor scribentis, sed non gaudet exceptione discussionis, num. 20.

Creditor post acceptationem mandatarii, non habet recursum contra scribentem, nisi prius discusso acceptante, rejecto Afflict. dec. 353., num. 21.

Periculum decoctionis illius, qui acceptavit litteras cambii, cedit in damnum scribentis, cum ejus limitatione, num. 22.

Acceptans litteras cambii excusatur a solutione, si scribens decoxerit, num. 23.

Littera cambii, & apoca bancales executionem paratam non habent post decem annos, & etiam quando non sunt protestata in tempore, num. 24.

1 Cambii vocabulum barbarum est, & latinis professoribus ignotum. Ejus ethymologia derivat ab italico vocabulo, *cambiare*: Et sic *cambium* est idem, ac *permutatio*, & *Campsores* dicuntur *Permutatores*, ita *Card. de Luc. tit de camb. in princ.*

Cambium etiam latine dicitur *Collybus*, & litteræ cambii appellantur *Tessera collybistica*, ut est videre apud *Ambrosium Calepinum in verb. Tessera, & verb. Collybus*.

2 Contractus cambii est innominatus, *do, ut des*, vel *do, ut facias*, & cambiorum origo, vel introductio, an fuerit tempore antiqui Romani Imperii, vel post, incerta est, *Cardin. de Luca ubi supr.*

3 Illud certum est, quod de jure communi litteræ cambii viam executivam non habent, sed de generali consuetudine introductum est, favore publici commercii, *Card. de Luc. de camb. disc. 22. & de judic. discurs. 42. D. Carol. de Alexio ad Latr. consult. 146. n. 1.*

4 Et in Regno nostro ad supplicationem Consulum Nationum Genuæ, & Florentiæ fuit edita *prima Pragm.* sub die 14. Maii 1565. tempore Exc. D. Perafan. in qua fuit concessum privilegium paratæ executionis, ut §. 5. & 6. *prima Pragm.* Et etiam in *Pragm.* 5. §. 7. ibi: *Debba procedere summarie, simpliciter, & de plano in dette cause.*

Et hoc privilegium habent non solum litteræ cambii confectæ in Regno, sed etiam extra Regnum, ibique solvendæ, quando executio petitur in Regno, ut concludit *d. D. de Alexio ubi sup.* cum *Sanf. l. dec. 311. par. 2. Rocc. de litter. camb. notab. 52. num. 143.*

Et successivis temporibus in Regno fuerunt editæ 13. *Pragm.* quarum decem sunt in compilatione facta per Dominum *Consil. Altim.* registratæ in *tit. 80. de litt. camb. in 2. tom.* Aliæ tres fuerunt editæ post dictam compilationem. Et 13. & ultima ipsarum fuit edita sub die 31. Maii 1670. quæ incipit: *Nel principio del corrente anno.*

5 Et adeo sunt privilegiatæ litteræ cambii, ut dummodo præsententur originaliter cum protestatione per actum publicum facta in loco destinatæ solutionis, habent vim instrumenti, sententiæ, & rei judicatæ; Itaut nulla facta recognitione dictarum litterarum cambii, vel alia citatione ad recognoscendum expedita, sed ad simplicem ostensionem earum, executioni demandantur, & prævio decreto expediuntur litteræ executoriales, & exequuntur, & ita observatur in omnibus Tribunalibus Regni, ut testatur *Mans. de caus. exec. qu. 5. num. 17.*

6 Hic adverte, quod licet cognitio caussarum litterarum cambii spectet privative ad Regium Collaterale Consilium, ex *Prag. 5. de litt. camb. §. 7.* ubi abdicat jurisdictionem cognitionis ipsarum a quolibet alio Tribunali; & in effectu in hac Civitate Neapolitana adest unus Spect. Regens de dicto Collaterali destinatus pro dictis caussis, qui vocatur Delegatus litterarum cambii, & coram dicto Spectabili Regente Commissario seu Delegato agitantur dictæ caussæ, & solet expedire provisiones inhibitoriales, & mandare aliis Tribunalibus, & Curiis Regni ne se intromittant, sed acta transmittant; tamen, ut advertit *D. de Alex. in d. observ. ad Latr. consult 146. num. 4.*

Per *d. Pragm. 5.* abdicata fuit jurisdictio ab aliis Judicibus, & reservata privative Collaterali Consilio, pro celeri expeditione dictarum caussarum, & sic ad favorem creditoris, ne possit debitor contra creditorem opponere declinatoriam fori, & trahere creditorem in foro suæ patriæ, quia impediretur expeditio caussarum prædictarum, & impediretur publicum commercium mercatorum. Unde quando creditor pro celeriori expeditione, & majori suo commodo coram alio judice Regni similiter competenti debitorem convenire voluerit, non poterit impediri, & id. quod in ejus privilegium fuit concessum contra debitorem, e contrario in favorem debitoris contra creditorem retorqueri non debet, Propterea Reus non est audien-

diendus, & caussa terminari debet, ubi ab actore cœpta fuit. Neque a tertio potest opponi quia tertius debet audiri coram illo Judice, in quibus terminis caussa reperitur. Et de observantia prædicta testatur *Dom. Constantius in copiosissimis, & eruditissimis commentariis ad Pragm. in Pragm. 5. de lit. cambii num. 10. ex Merl., Latro, & aliis ibi citatis, & d. Mans. ubi supra in qu. 5. num. 17.* sic servari testatur in Dohana menæpecudum Aprutii in Curia Civitatis Aquilæ in Reg. Aprutina Aud. & *D. de Alex. ubi sup.* & ego quoque practicavi, & practicari vidi in aliis Curiis Regni:

7 Verum facto concursu creditorum in S.C., vel alio Tribunali super bonis promissoris cambii, tunc caussa concursus trahit ad se etiam caussam cambii. Natura enim concursus trahit ad se omnes caussas etiam alibi pendentes, quia est judicium universale absorbens; & ideo non obstante *dict. prag.* non potest abdicari caussa cambii a Judice, coram quo factus est concursus, ita erudite more suo concludit *Dom. Carol. de Alex. observ. ad Consult. Reg. Latr. 146.* post *dict. Reg. in dec. 189. & Salgad. in labir. par. 2. cap. 2.*

8 Adeo sunt privilegiatæ litteræ cambii, ut a litteris executorialibus expeditis vigore dictarum litterarum appellari non potest, nec reclamari, nec de nullitate dici, nisi facto deposito, eoque liberato creditori, *Pragm. 5. §. 7. de litt. camb.* Nisi nullitates essent apparentes ex eisdem actis, *Dom. Maradei ad sing. 213. ex Rocc. de litt. cambii notab. 19. num. 19. & Sanfel. decis. 299. & 365. D. Constantius ad Pragm. 5. de litt. cambii n. 2.*

9 Et per *Prag. 3. in §. 12.* mandatur, ut nulla exceptio possit impedire solutionem litterarum cambii, quæ fuerunt acceptatæ, nec etiam sub prætextu, quod non sit decursa valuta; ita etiam mandat *Pragm. 5. num. 3.* sed dispositio dictæ *Pragm.* limitatur, si exceptio satisfactionis in promptu allegatur: Item absque deposito auditur debitor, si petat solum juramentum creditoris de veritate perhibenda, ut concludit *D. Constant. in Pragm. 5. de lit. camb. num. 2.* cum *Cæsar. qu. 7. num. 5.* Et exceptio non numeratæ pecuniæ non admittitur in Civitate Neap. ubi valuta solvitur per medium Banci, ut in *Pragm. 8. de lit. cambii.* Sed in aliis locis Regni, ubi non solvitur per Bancum, admittitur, ex contrario sensu *dict. Pragm. & Dom. Constant.* annuit in *dict. Pragm. 5. num. 2.* Sed vide, quæ dicemus inferius *n. 16.*

10 Et ut Juvenes plenam habeant notitiam cambiorum, sciant, quod tria genera cambiorum dantur.

Primum genus cambii est, quod fit inter præsentes super commutatione unius monetæ cum altera ob commodiorem usum; Nam in qualibet Civitate adsunt Campsores, qui tenent Bancum diversæ monetæ, & cambiant; quod cambium fit sine litteris, & sine contractu scripto, & de hoc non est sermo noster.

Secundum genus est cambium, quod fit de uno loco ad alterum, & per litteras inter absentes contrahitur, & fit ad hunc solum effectum, ut pecunia, quæ in uno habetur loco, Cambiatoris opera in altera obtineatur, cui expediat ibi habere vere, & effective absque alio tractu, vel negotiatorio circulo; Quia habens mille scutos in hac Civitate Neap., quos velit transportare ad Civitatem Litii, vel ad alium locum Regni, & incommodum, ac periculum itineris velit evitare; ideoque Campsor, qui vel habet in illo loco propriam, vel Correspondalis sui pecuniam, vel mittit ipsam, aut monetam cum alia majori admixtam suo sumptu, & periculo; tunc juxta æstimationem vecturæ, & susceptionum periculi, & mercedis Correspondalis pro partium conventione, aut pro temporum, & occasionum contingentiis; pretium cambii consistit.

Vel quia habens pecuniam in hac Civitate Neap. illa eget in Civitate Veneta, vel Roma, aut in aliis locis diversorum dominorum, in quibus non sunt eædem, sed diversæ monetæ; Tunc duplex pretium considératur in cambio; Unum extrinsecum, & accidentale vecturæ, & periculi: Alterum intrinsecum majoris, vel minoris bonitatis monetæ, vel ponderis, aut ligæ.

Et etiam aliud intrinsecum, & accidentale dari potest, ut quia datur moneta ænea, & recipitur moneta argentea.

Tertium genus est cambium negotiatorium, seu circulare, quod negotiationis gratia tantum fit; De quo proprie nostræ Pragmaticæ loquuntur, & Bulla *Pii V.* normam dedit, & in præsenti praxi agitur.

11 Quod tertium genus cambii dividitur in tres species.

Prima species cambii Realis directi.

Secunda species cambii Realis indirecti, sive obliqui.

Tertia species cambii sicci.

Cambium Reale directum est, ubi per plateas, vel per nundinas litterarum transmissio pro cambii implemento vere fiat, earumque sequatur redditus.

Cambium obliquum, sive indirectum est, ubi aliquis volens negotiari suam pecuniam, illam alteri tradit, qui assumit onus cambiandi per se, vel per alium, per plateas, & nundinas, cui solvitur aliqua portio pro suo periculo, & labore negotiandi, & ipse negotiator remanet obligatus dare totum lucrum, quod a negotiatorio cambio pervenit.

Siccum vero, ubi sub cambii nomine, vel pallio, egens pecunia, illam ab aliquo accepit sub usuris, nulla litterarum transmissione, ac realitate accedente, & redemptio pecuniæ fit in eodem loco, ubi fuit recepta.

12 Prima, & secunda species est licita, & omni jure approbata.

Tertia vero species; tanquam contractus usurarius est prohibitus per Bullam *Pii V. in Bulla 118. §. 2.* ibi: *Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominantur. Et ita confinguntur, ut contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent; ad quæ loca, hi qui pecuniam recipiunt, litteras quidem suas tradunt, sed non remittuntur, vel ita mittuntur, ut transacto tempore, unde processerant, inanes referantur; aut etiam nullis hujusmodi litteris traditis, pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, ubi contractus fuerat celebratus; nam inter dantes, & recipientes usque a principio convenerat, vel certe talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis, aut locis supradictis hujusmodi litteris receptis, solutionem faciat.*

13 Et ut cambium reale sit licitum, duo requisita accedere debent. Primum requisitum, ut absit fictio, vel idealis solutio in destinato loco, sed vera, & effectiva accedat litterarum trasmissio, atque solutio fiat in loco, vel nundinis destinatis.

Alterum, ut in cambio nullum detur lucrum certum, sed totum sit incertum, & eventuale, utpote a præmissa incerta, & eventuali auri valutatione pendens, ut in Bulla dicti *Pii V.* ibi: *Porro ad tollendas quoque in cambiis, quantum cum Deo possumus, occasiones peccandi, fraudesque feneratorum, statuimus; ne deinceps quisquam audeat, sive a principio, sive alias certum, & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci.*

14 *Pragm. 8. de litteris cambii edita anno 1632.* mandat; v3. *Che tutt'i pagamenti si faranno in questa fedelissima Città delle polise de cambio, o siano di dentro, o fuor di Regno, si debbano fare de contanti per Banco publico, e non d'altra maniera fuor di Banco sotto pena di doc. mille.*

Ad ornatum hujus *Pragmatica* nota primo, quod in litteris cambii scriptis in hac Civitate Neapolis, sufficit

Tom. II. S ficit

ficit producere partitam Banci solutionis, & cum cedula cambii originali expediuntur litteræ executoriales contra debitores absque alia recognitione, *Dom. Marad.ad sing.213. num.2.fol.205.* & si non producitur partita Banci, præsumitur pecuniam non fuisse numeratam, *Dom.Consl.in Pragm.8.de litt.camb.n.2. de Franch.dec.367.num.15.*

At si agitur de litteris cambii confectis extra hanc Civitatem in aliquo loco Regni, quia ibi non solvitur per Bancum, tunc pro verificatione litterarum fit decretum, *quod capiatur informatio, & testes recipiantur super dicta verificatione, etiam non citata parte cum instrumento protestationis*. Negata vero acceptatione, etiam fit recognitio per tres testes deponentes, quod habent notam manum acceptantis, & statim expediuntur litteræ executoriales una cum interesse cambii, & recambii, ita concludit *Dom. de Alex.ad Larr.consult.146.in fin.* cum *Recco de cambiis notab.8. num.15. & notab.10. num.17. & Sanfel. in prax.sect.51.num.28.* ex *Pragm.5.§.4. de litt.camb.* præstita tamen fideiussione per creditorem de restituendo, & de solvendo pœnam viginti quinque pro centenario in casu, &c. ut in *d.pragm.5.*

15 Secundo notabis, quod licet *Recc. de litt. camb. notab.10.* dicat esse nullas litteras cambii Neapoli confectas, quando valuta non fuit soluta per Bancum, tanquam contra dispositum in *d. Pragm.*, tamen *D. de Alexio* sustinet contrarium, dum in *d. pragm.* non fuit imposita pœna nullitatis, sed tantum pœna ducatorum mille contra Notarios, & plura jura ibi adducit contra *Recc.*

16 Tertio notabis, quod *dict. Pragm.8.* disposuit, ut valuta litterarum cambii fiat per medium Banci in hac Civitate, ut excludatur exceptio non numeratæ pecuniæ, *Scacc.de camb. §.7. gl.3. num.33.* & ex præludio *d.Pragm.* ibi: *Abbiamo inteso, che il pagamento di esso si dilata, sotto colore, che si difficulta, se il pagamento sia o no stato fatto, e con questo si pone il negozio a lite.*

Unde a contrario sensu *d. Pragmaticæ* admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ in litteris extra Civitatem confectis, ut diximus superius in *num.9.* & dicta exceptio opponi potest infra biennium, ut concludit *Mansf.d.qu.5.num.18.* sed non auditur, nisi facto deposito, vel in vinculis, ut subjungit *num.19.* & *de Franch.dec.502.* Sed vide, quæ latius dicam in *sequenti tit.3.de apocis Banci c.1. num.19.* quia eadem ratio militat in literis cambii. Et tunc fit decretum, quod capiatur informatio, ut supra *num. 14. versic. At si.*

Et secundum aliquos dicta exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest contra litteras cambii, neque contra scripturam privatam continentem, *per altrettanti*, quæ verba non important mutuum, sed potius important speciem pecuniæ depositæ, idest, *per altrettanti lasciati in mio podere a disposizione del creditore*: nam dicta exceptio non numeratæ in mutuo tantum, & in dote locum habet, ut *Nicol. de Passer.de script.privat.lib.2.num.12. vers.observatur, & Graff.in tract.de except.num.28. vers. quæro quarto*, idem *Mansf.d.qu.5. concl.2. num.37.*

17 *Pragm.3.de litteris cambii §.14.* prohibet multiplicitatem cedendi, seu faciendi giratas, ibi: *Le lettere di cambio pagabili al T., o a chi ordinerà, non si possano girare più, che una sol volta, facendo conoscere la mano del girante da un Notaro, con farne fede sotto la lettera, restando però pure obbligato quello, che gira.*

18 Et Giratarius si acceptet coram Notario publico, aut per privatum chyrographum recognitum, tunc datur parata executio contra acceptantem, *Pragm.1. num.5.Carlev.lib.2.tit.3. disp.6.num.21.* & ubi non fuerint acceptatæ a Giratario, habent paratam executionem contra scribentem, dummodo literæ non acceptatæ protestentur, deinde recognoscantur a Scribente, vel probetur solutio per Bancum, ut diximus supra, & *Carl.ubi sup.num.23.*

Verum non poterit habere regressum contra scribentem, quando exactio non fuit facta statuto tempore, nec diligentia ad exigendum, nec actus protestationis coram Notario infra quatuor dies a præsentatione apocæ, vel a die lapsus termini ad exigendum, seu solvendum, quia protestatione non facta infra hos terminos, denegatur regressus contra scribentem ei, qui exacturus erat pecuniam, & scribens erit liber, & remanet ad periculum, & onus ejus, qui exacturus est pecuniam, recuperare illam a mandatario, ita statuit *Pragm.6.num.4. de litt. camb.*

19 Sed ne erres, scias, quod per acceptationem litterarum cambii factam a mandatario, sive ab eo, cui diriguntur, scribens non liberatur, nisi secuta effectuali solutione, quia litteras cambii acceptans est veluti fidejussor scribentis, & proinde obligatio principalis debitoris non tollitur per fidejussionem, sed per veram solutionem, quæ omnem obligationem dissolvit, ut in principio *Instit. quibus modis tollit. obligatio, de Franch. decis.303. & de Luc. ibi num.7. Larr.dec.20.nu.5. Carlev.lib.2.tit.3. disp.7.num.24.*

20 Verum quamvis acceptans, dicatur fidejussor, non habet beneficium excussionis, *De Luc.ad Franch. dec. 303. in fin.*

21 Et creditor, cui tracta solvenda est post acceptationem mandatarii, non habet recursum contra Scribentem, nisi facta prius discussione bonorum acceptantis, *Olea tit.7.qu.3. nu.37.* & decisum refert *Fontanell.dec.124.*

Nisi bona debitoris essent intricata, & factus concursus creditorum, *De Luc.ubi sup.*

Et propterea a *Carl.ubi sup.* rejicitur *Affl. dec.353. n.3. & Caman.* tenentes, quod debitor liberatur per tertium creditorem promittentem.

22 Periculum decoctionis mandatarii acceptantis litteras cambii ex supradictis videtur cedere in damnum Scribentis, dum concludimus, quod per acceptationem non liberatur, nisi secuta effectuali solutione, & hæc est verior opinio, ut disputato articulo, rejectis contrariis, tenet *Carlev.ubi sup. num.26.*

Limitatur tamen hæc conclusio, quoties exigens, fuerit in mora exigendi; nam ejus mora, & culpa non debet alteri nocere.

23 Et è contra, ubi mandatarius acceptaverit litteras cambii, acceptatione non obstante, excusatur a solutione, si mandans decoxerit ante solutionem; multo minus si ante acceptationem fit decoctus, quam decoctionem ignoraverat tempore acceptationis, ipse acceptans; ut late *Carl. & de Luc.ubi sup.*

24 Litteræ cambii elapsis decem annis non habent executionem paratam, sicuti nec habent apocæ Banci, ita *Gait.in tract.de credit.cap.2. tit.8.num.317.* quem allegat, & sequitur *Novar.par.2.qu. for.64.n.2. & 3.* quod nota super *Pragm.1. de lit.cambii*, post *Caravit.118.num.4.*

Sicuti etiam, quando non sunt in tempore præsentatæ, perdunt rigorem paratæ executionis, & proceditur, ut in aliis apocis, vel per præcepta de recognoscendo, vel fit verificatio per testes.

Et quicquid dixerit *Gattieras lib.3.qu.35. & D. Joseph Vela dissert.26. tom.1.* quod decennium currat a die recognitionis, & *Larrea decis.Granat.49.num.18.* quod currat a die confectæ apocæ, tamen veritas est, quod dicta decennalis præscriptio incipit currere a die natæ actionis, & sic a die maturatæ solutionis, ut annuit idem *Novar.ubi supra.*

CAP.

C A P. II.

De Formulis litterarum cambii cum decretis, & praxi procedendi.

S U M M A R I U M.

PRo pleniori litterarum cambii intelligentia, in hoc capite tradimus formulas non solum litterarum, & protestationum, sed etiam decretorum, cum aliquibus advertentiis.

Form. litterarum cambii realis directi cum acceptatione, protestatione, & decreto, quod exequatur contra acceptantem.

1 In Dei Nomine, Amen. Die vigesima secunda mensis Maii millesimo sexcentesimo quinquagesimo quarto, septima Inditione. Regnante, &c. in Civitate Theanæ, &c.

Personaliter Constitutus Balthassar Franchinus, tam pro se, quam uti Procurator Mag. Francisci Lelii Albani, qui sponte asseruit habere præ manibus litteras cambii ducatorum centum quinquaginta unius, & granorum septem contra Carolum Camerarium per ipsum acceptatas, tenoris sequentis v3. *Foris*: Sign. Carlo Camerario prima. Chieti &c. *Intus* v3. A dì 4. Aprile 1654. Napoli &c. doc. 151. 7. in moneta d'argento, &c. Per li 20. di Aprile pagate per questa prima di cambio al Signor Baldassarre Franchino docati cento cinquant'uno, e grana sette di carlini dieci per docato, moneta di argento, la valuta con esso intesomi, e ponete a mio conto. Addio, &c.

Francesco di Lelio Albano.

2 Accettata hoggi a 8. Maggio 1674. per pagare a detto Franchino a suo piacere, *Carlo Camerario*. Revista da me Not. Cesare N. a dì 12. Maggio 1674. e richiesto il pagamento in sua potega, quali disse voler pagare fra otto giorni. *Not. N. di N.* Et ad requisitionem nobis factam pro prædicto Magn. Balthassare, tam pro se, quam nomine dicti Francisci Lelii Albani requisivi dictum Carolum Camerarium, si vult solvere dictas literas cambii ducatorum centum quinquaginta prædicto creditori, respondit, che fra pochi giorni si darà compita sodisfazione di quello resta debitore. Ideo prædictus Magn. Balthassar, tam pro se, quam nomine dicti Magn. Lelii Albani, protestatur de capiendo dictos ducatos centum quinquaginta, salvo li ricevuti ob cambium, recambium, ad damnum, expensas, & interesse prædicti Caroli debitoris, & de omnibus aliis licite protestandis, omni meliori modo. Unde requisivit nos, &c. Nos autem, &c. Præsentibus opportunis.

Extracta est præsens copia ab actis meis Notarii Cæsaris Membii Theatinensis, & facta collatione concordat, meliori semper salva, & in fidem requisitus signavi.

3 Die 19. mensis Augusti 1654. Per Spectabilem Regentem D. Gasparem de Soto Regium Collateralæ Consiliarium, & Caussarum cambiorum Commissarium Delegatum, provisum est, quod stantibus litteris cambii in actis præsentatis per Balthassarem Franchinum contra Carolum Camerario, acceptatis pro ducatis septuaginta ex resta majoris summæ, & protestatione ipsarum, pro observantia Regiæ Pragmaticæ exequatur servata forma ipsius, contra dictum debitorem pro quantitate prædicta, hoc suum, &c.

De Soto Regens. Crivellus.

Form. litt. cambii realis obliqui, sive indirecti.

1638. a 2. Gennaro in Genova,

4 Io N. confesso per la presente esser vero, e reale debitore di voi A. della somma di scudi mille d'oro in oro delle cinque stampe, i quali mi avete pagato questo giorno in contanti a mia sodisfazione sopra cambj leciti, e reali concessi per la Bolla di Papa Pio V. tra le fiere di Bisenzone, o dove si faranno esse fiere per la nostra Nazione, e Milano, e da Milano per dette fiere; il che prometto d'eseguire a mio rischio, e spese, & ad utile, e beneficio di voi sudetto A., e ciò per un anno prossimo, che finirà a'2. Gennaro dell'anno 1639., al qual tempo mi obbligo di restituire detti scudi mille a voi sudetto A., o a persona legitima per voi, con più tutti gl'utili, che sopra detta partita saranno seguiti, dichiarando però, che per conto de' sopradetti utili, non sarò obbligato di pagare solamente, che alla ragione di sei per cento in detto anno, dovendo il sopra più, che renderessero detti cambj spettar a me per il carico, che piglio di negoziare detti denari a tutto mio rischio, e spesa; ma quando in detto anno li sudetti cambj rendessero meno delli sudetti sei per cento, fattone li conti, e li prezzi, che fiera per fiera saranno stati posti così in dette fiere, come in Milano, e compensato l'interesse d'una fiera con quello dell'altra, senza contarvi spesa alcuna, non sarò in tal caso obbligato a pagare senonsolo quello, che averanno effettivamente risposo det. cambj; poiche il tutto resta così fra di noi appuntato, e per osservanza di quanto sopra obbligo mia persona, e beni presenti, e da venire, sotto ipoteca, &c. rinunciando, &c., e per fede sarà la presente da me firmata.

Io N. affermo, e prometto quanto di sopra.

Hanc formulam tradit *Scacc. de camb. §. 1. qu. 7. n. 15. & Dominic. Peri in suo libro intitulato, il Negoziante, fol. 53.*

Form. litterarum cambii ficci cum protestatione, & decreto, quod exequatur contra debitorem.

5 Die ultima Januarii 1654. Salerni. Adiens in nostram præsentiam Bartholomæus Quaranta habens in suis manibus infrascriptam apocam cambii, tenoris sequentis, v3. *a tergo*. A me medesimo Agostino Fiorillo docati cento correnti. Per la fine di Gennaro 1654. in Salerno.

Intus vero. A 4. Novembre 1653. In Salerno doc. censo correnti.

Alla fine di Gennaro primo venturo 1654. In Salerno pagarò per questa mia di cambio io Agostino Fiorillo della Cava a Bartolomeo Quaranta, e a chi lui in piedi di questa ordinerà li sudetti docati cento correnti, detti sono per altritanti da esso ricevuti de contanti, in detto tempo farò buon pagamento. Addio.

Agostino Fiorillo per mano di me Not. Gregorio Siniscalco di Sanseverino, & requisitus signavi.

Io Natale Giovene sono testimonio.

Io Clerico Antonio Chiumentiello sono testimonio.

Qui Bartholomæus Quaranta assertuit jam fecisse suas diligentias per hanc Civitatem Salerni pro inveniendo Augustino Fiorillo pro solutione prædicta, & minime eum invenire potuit, ob quod requisivit Vincentium Pisano, & Bartholomæum Mauro publicos mercatores hic Salerni existentes pro solutione prædicta, qui responderunt, che non hanno denari, nè ordine di quelli pagare. Quibus auditis, statim Bartholomæus ipse protestatus fuit prout protestatur prædictam apocam cambii contra supradictum Augustinum Fiorillo pro supradictis ducatis centum non solutis, & de lucro cessante, & damno emergente, cambio, & recambio decurso, & decurrendo, damnis expensis, & interesse passis, & patiendis, & de omnibus aliis licite protestandis, &c. omni meliori modo, &c. unde, &c. præsentibus opportunis, &c.

Extracta est ab actis meis meliori collatione salva semper, &c. & in fidem Ego Notarius N. sign. requisitus.

6 Præsentatur dicta protestatio, & originalis littera cambii absque libello, & fit decretum tenoris, v3.

Die 24. mensis Septembris 1654. Neap. Per Spectabilem Regentem D.Gasparem de Soto Regium Collaterale Consiliarium, & Caussarum cambiorum Commissarium Delegatum, provisum est, quod stantibus litteris cambii in actis productis per Bartholomæum Quaranta contra Augustinum Fiorillo scribentem pro ducatis centum, & protestatione ipsarum, pro observantia Regiæ Pragmaticæ exequatur, servata forma ipsius contra dictum debitorem pro quantitate prædicta, hoc suum, &c.

De Soto Regens. Crivellus.

Praxis procedendi, quando in protestatione litt.cambii comparet debitor, asserens se solvisse.

7 Ego vidi in actu protestationis, quod comparuit debitor, & replicavit, che ave pagato per averli consegnato tanta stara di oglio nel T.mese; Et cum creditor præsentasset litteras cambii, una cum protestatione, non obtinuit litteras executoriales, sed fuit interpositum decretum tenoris, v3.

Die 10. mensis Januarii 1656. Neap. Per Spectabilem Regentem D. Gasparem de Soto Regium Collaterale Consiliarium, & caussarum cambiorum Commissarium Delegatum provisum est, quod supradicti debitores insolidum infra dies octo solvant supradicto Comparenti supradictos ducatos centum debitos vigore litterarum cambii protestatarum, alias providebitur, hoc suum, &c.

Soto Reg. Crivelli.

Expeditis provisionibus cum inserta forma decreti pro notificatione, illæ fuerunt notificatæ debitoribus in Civitate Ostuni personaliter, & partim domi sub die 26. Januarii 1656. Et quia non comparuerunt, fuerunt accusatæ contumaciæ, v3. Die 4. mensis Februarii 1656. Neap. fuit incusata prima contumacia.

Crivelli.

Die 14. ejusdem fuit incusata secunda contumacia.

8 Et in contumaciam fuit deinde interpositum decretum tenoris, v3. Die 11. mensis Februarii 1656. Neapoli. Per Spectabilem Regentem D. Gasparem de Soto Regium Collat. Consiliarium, & caussarum cambiorum Commiss. Delegatum provisum est, quod expediantur litteræ executoriales realiter, & personaliter ad instantiam D.Bartholomæi Lopez contra Antonellum N. Franciscum N. et Joannem N. in eorum contumaciam, tanquam citatos, relatos, et non comparentes pro ducatis centum debitis vigore litterarum cambii protestatarum, hoc suum, &c.

Soto Reg. Crivelli.

9 Adverte, quod in cedula cambii dicitur; Per questa mia prima di cambio, quia potest duplicari bis, ter, quater, et pluries v3. Nella prossima fiera di Salerno di Santo Matteo, pagate con questa seconda di cambio, non avendo pagata la prima a N. docati cento, la valuta con esso intesomi, ponete a mio conto. Addio.

Et sic: Per questa terza, per questa quarta mia di cambio, etc. Nam si fuerit soluta una ex *illis*, aliæ remanent inanes, et hoc fit, ut si prima, vel secunda in itinere deperdatur, vel ob aliquod impedimentum retardetur, ultima, vel penultima perveniat certitudinaliter in nundinis, vel locis destinatis, pro recipienda pecunia tempore statuto, vel pro *illa* protestanda contra non solventem.

10 Et si acceptans postea reassumpserit habitum Clericalem, compellitur per Judicem Ecclesiasticum, etiam per capturam personæ ad solvendum, *Ricc. dec. Archiep.55. Mans. qu.5. num.17. & ampl.2. num.19.* etiam si testes non deponant in recognitione vidisse scribere acceptationem, sed sufficit deposuisse habere notam manum Scribentis, *Mans. ubi supr.* post *dec. Rotæ 160.part.4.*

11 Quia si litteræ cambii acceptentur coram Notario publico, aut per privatum chyrographum recognitum, habent paratam executionem contra acceptantem, *Pragm.1.nu 5.de litter.camb. Carlev.lib.2.tit.3. disp.6. num.22.* Et ubi non fuerint acceptatæ a mandatario, sive ab eo, cui diriguntur, tunc non contra mandatarium, sed contra Scribentem habent paratam executionem, dummodo litteræ non acceptatæ protestentur, deinde recognoscantur a Scribente, vel probentur per partitam Banci, juxta *Pragm.5.num.4. & Carlev. ubi supra, & Sarn. fol.97.in prax. civil.* dicit duos testes testificantes habere notam manum Scribentis litteras cambii sufficere, ex *Latr.consult.146.num 3.to.2.*

12 Et si acceptans negaverit acceptationē, per tres testes integros deponentes habere notam manum acceptantis, condemnatur, & præstita per creditorem cautione de indebite exactum restituēdo una cum interesse cambii, & de solvendo pœnam ad rationem 25. pro centenario, relaxantur litteræ executoriales realiter, & personaliter, ut in *prag.5.de litt.camb.cap.4.*

13 Et *Pragm.3.de litt.camb.§.15.* mandat, ut semel tantum girentur, sive cedantur, ibi: *Le lettere di cambio non si possano girare più, che una sol volta, facendo conoscere la mano del Girante, con farne fede sotto la lettera, restando però pure obbligato quello che gira;* hæc sufficiant pro praxi litterarum cambii.

Finis Secundi Tituli Secundæ Speciei.

TER-

TERTIUS TITULUS

De Apocis Bancalibus, & Privatis.

PRÆLUDIUM.

SUMMARIUM.

Apoca Banci est magis privilegiata aliis apocis, quæ recognita, vel probata habet paratam executionem ex Pragm., cujus verba inseruntur, num.1.

Creditor vigore apocæ Banci habet electionem, vel cogendi debitorem ad recognoscendum, vel faciendi legitimam probationem; Quæ recognitio duplex est, & probatio etiam duplex est, num.2.

Divisio hujus tertii Tituli, num.3.

EXpedito 1. *Tit. De obligationibus penes acta, &* 2. *Tit. de Litteris cambii*, in quibus judiciis expediuntur litteræ executoriales, contra debitorem non citatum, nullaque recognitione, nec verificatione præcedente, successive in hoc tertio Titulo sequi debet judicium vigore apocæ Banci, quæ
1 est scriptura in nostro Regno adeo privilegiata, ut præcedente recognitione, aut legitima probatione habet executionem paratam, ad instar instrumenti liquidati, vel obligationis penes acta stipulatæ. Quod privilegium fuit dictis apocis Bancalibus in Regno introductum, & concessum anno 1588. ex *Pragm.* 63. *de Offic. Proc. Cæsar.* ibi *in* 2. §. *Places, quod apocas directas Banco tantum*, & in §.6. ibi: *Item vogliamo, e commandiamo, che quelli, i quali saranno convenuti in vigor di polise dirette al Banco, fatta la recognizione di esse, o vero essendo legitimamente provate, non siano intesi, eccetto, che fatto il deposito in publico Banco, o vero costituito il debitore in carcere, sicome fusse istromento liquidato via Ritus della G.C. della Vic. o vero se fusse obligataa penes acta di quella stipulata.*

2 Ex *d. Pragm.* colligitur praxis procedendi vigore apocæ bancalis ad electionem creditoris, vel ad recognitionem ipsius, vel ad legitimam probationem, cum alternative loquatur *Pragm.* & in tantum habet privilegium paratæ executionis, in quantum sit vel recognita, vel legitime probata, & donec recognoscatur, vel donec probetur, non potest debitor audiri, & postquam apoca fuerit recognita, vel probata, neque poterit debitor audiri, nisi facto deposito, vel in vinculis constituto.

Et colligitur etiam ex *d. Pragm.* quod verificatio apocæ, vel fit per recognitionem, vel per probationem.

Recognitio duplex est expressa, & tacita, sive vera, & ficta.

Probatio etiam duplex est. Per testes, vel per instrumentum.

Et sic verificatio apocæ fit quattuor modis.

Primo, per recognitionem veram; Secundo, per fictam; Tertio, per probationem testium; Quarto, per probationem instrumentorum.

3 Proinde hic tertius Titulus dividitur in sex Capita.

I. Cap. De Praxi verificandi apocas Banci per recognitionem.

II. Cap. De Praxi verificandi apocam Banci per probationem.

III. Cap. De Formulis apocarum, & decretorum cum advertentiis.

IV. Cap. De Apoca, & omni alia scriptura privata recognoscenda.

V. Cap. De Praxi verificandi scripturas per manus comparationem.

VI. Cap. De Formulis apocæ privatæ, & decretorum.

CAP. I.

De Praxi verificandi apocas Banci per recognitionem.

SUMMARIUM.

Recognitio apocæ duobus modis fit, una dicitur vera, altera ficta, & qualitercumque fit, habet executionem realiter, & personaliter, nec auditur, nisi in vinculis, vel facto deposito, confutatis contrariis, num.1.

Debitor cogitur recognoscere, præcedentibus tribus præceptis de recognoscendo, alias habetur pro recognita, num.2.

Recognitio, quæ sit vera, & expressa, & quæ ficta, & tacita, num.3.

Debitor, quando negat apocam, datur terminus ad illum convincendum de mendacio, & citata parte si convincitur, solvit pœnam pragmaticæ, num.4.

Ecclesiastici non solvunt penam pragmaticæ, sed de jure communi, quæ est dupli, num.5.

Debitor acceptans fuisse sua manu scriptam, sed negaverit contenta, tunc condemnatur, negatione non obstante, num.6.

Recognitio apocæ differri non potest per quamcumque exceptionem, & etiam hæres scripturam defuncti, uxor viri, Dominus sui Ærarii, filius scripturam Patris, vel sigillum, cum discrimine tamen circa pœnam, statutam contra negantes, num.7.

Procurator, quando habet speciale mandatum, sufficit ejus recognitio, vel negatio, num.8.

Hæres neque auditur adversus apocam Banci, nisi in vinculis, vel facto deposito, num.9.

Exceptio declinatoriæ admitti prohibetur ex pragm.2.de remiss. caus. *neque ad instantiam Baronis petentis remitti vassallum, nisi debitor sit in vinculis, vel facto deposito,* num.10.

Exceptio declinatoriæ differt ab exceptione incompetentiæ, & exemplificatur differentia, num.11.

Exceptio recusationis, quæ sit, num.12.

Pragm.2.de remiss.caus. *declaratur,* num.13.

Clericus potest opponere incompetentiam Judicis in recognitione apocæ coram laico, num.14.

Clericus recognoscere cogitur coram laico scripturam, sed in Gallia, non in Italia, num.15.

Vassallus unius Baronis non cogitur recognoscere apocam in Curia alterius Baronis, num.16.

Privilegiatus citatus ad recognoscendam apocam, non potest eligere in forum Tribunal superius, rejecto Novar., *& aliis contrarium dicentibus,* num.17.

Exceptio, quæ resultat ex ventre apocæ, admittitur, Pragmatica non obstante, num.18.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non impedit carcerationem, quia nulla exceptio admittitur ad impediendam exceptionem apocæ Banci, rejecto Sanfel., Gizz. *& aliis contrarium tenentibus,* num.19.

Exceptio non numeratæ non admittitur adversus confessionem geminatam, nec adversus dotem confessatam ex intervallo, num.20.

Reconventio non admittitur adversus recognitionem apocæ, nisi resultans ex ipsa apoca, num.21.

Exceptio non numeratæ pecuniæ, & omnis exceptio admittitur per viam præventionis, num.22.

Ex-

Exceptiones omnes admittuntur post factum depositum, vel postquam se constituit debitor in vinculis, vel postquam habuit suam executionem paratam, num.23.

Remissio causæ, neque datur in apoca privata, nisi prius recognita, num.24.

Obligatus ad Titium per apocam solvere pro parte Caii, non auditur in exceptione ordinis, nisi facto deposito, vel in vinculis, num.25.

Debitor carceratus in loco domicilii auditur adversus recognitionem apocæ, quæ fit alibi, num.26.

Carceratus pro caussa criminali audiendus non est, nisi faciat depositum, quia non potest pro civili caussa comparari, nisi pro debito Universitatis, num.27.

Minor tenetur recognoscere apocam, & non potest effugere; sed non potest carcerari, & agitur ordinarie, Pragmatica non obstante, & ita pariter in omni debitore, qui esset ex personis, quæ non possunt carcerari, num.28.

Apoca, quæ non habet caussam obligationis est invalida, & consequenter non potest cogi debitor ad eam recognoscendam, secus in obligatione penes acta.

Apoca Banci non habet executionem paratam in Curiis Ecclesiasticis, num.30.

Apoca, & omnis scriptura privata per signum Crucis firmata, debet recognosci a debitore, & si negat, incurrit in pœnam, quia obligat debitorem scribere nescientem, num.31.

Scripturam scribens, censetur eam approbare, quamquam ab alio scriptam, num.32.

Recognitio apocæ etiam privatæ non impeditur per appellationem, num.33.

Præcepta an sint personaliter notificanda debitori Apodissario, num.34.

Curia Notarii an valide designetur in apoca, num.35.

IN *Pragmatica 63. De Offic. Proc Cæsar. §.6.* ut supra transcripto, notabis illa verba; *Fatta la ricognizione di esse.*

1 Est advertendum, quod recognitio apocæ duobus modis fit, vel per debitoris confessionem, vel per debitoris contumaciam. Prima dicitur recognitio vera, sive confessio vera; & expressa: Secunda dicitur recognitio, sive confessio ficta, & tacita, & qualitercumque sit facta recognitio ex dictis duobus modis, statim apoca habet executionem paratam realiter, & personaliter, nec auditur debitor, nisi facto deposito, vel in vinculis, ut decisum refert *De Franch. decis.502. Galter. de liquid. part.1. versic. in publicam formam num.46. Tap. tit. de apoc. in dict. pragm.63. num.2. Gattierez cons.37. & lib.1. pract. qq. cap.122.* Et licet *Masull. ad Capyc. decis.139. num.12. & Carrab. sing.126.* qui citat *Affl. decis.277. & Grammat. decis.84.* & nonnulli alii adversus *decis. de Franch.* pluries asserunt fuisse decisum in S. C., quod apoca non possit haberi pro recognita in contumaciam debitoris, sed quod apoca debeat omnino recognosci, vel per principalis confessionem, vel per testium depositionem, quia statutum loquens de confessione, intelligi debet de vera, & non ficta, & quod in odiosis non fit extensio. Attamen *Novar. in part.2. qu. for.70. & Gaitus in tract. de credit. cap.2. tit.8. num.2015.* defendunt *decisionem de Franch.* adversus *Masullum.* Nam tantum debet operari fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero, alias esset melioris conditionis contumax, quam obediens: nam ex contumacia, quæ est delictum, quis commodum consequeretur; Ideo absque dubio hodie recepta est praxis contra *Masull.* & approbata *decis. 502. de Franch.* ut *de Luc. ibi., & Rov. super hac Prag. & Petr. rit.120. num.1.* & alii adducti per *Dom. Scopp. ad Nicol. fol.95. super num.217. & in ultima impress. fol.81. Petra rit.120. num.5. Roccus respons.29. num.5. addit.*

2 Creditor itaque quando elegit viam recognitionis, fiunt tria præcepta de recognoscendo apocam, vel solvendo summam infra biduum, cum comminatione, quod alias providebitur in contumaciam, quod recognitio habeatur facta, prout deterius contra debitorem, qui si comparet, & recognoscit acceptando, seu confitendo, dicitur facta recognitio vera per expressam confessionem, seu acceptationem principalis.
3 Si vero minime comparuit, tunc fit decretum in ejus contumaciam, quod habeatur pro recognita, & proinde expediuntur litteræ executoriales, & tunc dicitur recognitio ficta, & tacita per contumaciam; nam contumax habetur pro confesso.

4 Si vero comparet, & recognoscendo apocam, illam negat, tunc non auditur, nisi facto deposito, vel in vinculis, imo non recipitur libellus debitoris negantis apocam, nec ejus procuratio, sed proceditur usque ad tertium decretum, & in quarto decreto dicitur, quod habeatur pro recognita in contumaciam, & expediuntur litteræ executoriales, & hæc praxis est rationabilis, alias enim omnis debitor negaret apocam, ut admitti posset cum termino, in quo probaret sua jura, & sic impediretur parata executio in fraudem legis, quod permittendum non est, sed facto deposito, vel in vinculis, tunc fit decretum, *quod capiatur informatio super verificatione apocæ, parte citata ad videndum juramenta testium*, ut statuitur in *Pragm.2. de negant. mutuum*, ibi: *Provandosi, (parte citata), che le polise predette, o sottoscrizzioni di esse sono fatte di dette loro proprie mani, &c.* & dicitur terminus ad convincendum de mendacio, *Ricc. decis.1. part.4.* Ubi si debitor fuerit convictus de mendacio, quia fuerit probatum, quod apoca, vel subscriptio ejus sit vera, tunc negans apocam Banci, incurrit in pœnam duc decem pro centenario, ita in Regno fuit dispositum per dictam *Pragm.2. de negantibus mutuum*, & ita etiam statuitur in negantibus litteras cambii, sed negantes scripturam privatam, si fuerint convicti, incurrunt in pœnam ducat. quinque pro centenario, ut in *Pragm.* prædicta.

5 Sed in Curiis Ecclesiasticis, & in Curiis extra nostrum Regnum contra negantes est pœna dupli, ut est statutum in jure communi, *Authent. contra qui primam, C. de non num. pecun. Mans. qu.5. concl.2. nu.45.*

6 Et si debitor confiteatur sua manu fuisse scriptam, sed negaverit contenta in ea; tunc condemnari debet; nam etiam quoad contenta plene probat, *l. generaliter, C. de non numer. pecun. & l. scripturas, C. qui potiores in pignor. habeantur*, ibi: *in Summario: Si debitor debitum neget, & scripturam fateatur, præjudicat sibi, & scriptura probat contra eum, non autem præjudicat aliis, ut puta creditoribus hypothecam prætendentibus, nisi forte haberet subscriptionem trium testium*, ita *Manson. ampl.39. num.28. & qu.5. num.26.*

7 Nec Reus potest recognitionem apocæ differre, sed cum juramento tenetur affirmative, vel negative deponere, si est scripta, vel subscripta ejus manu; nec super dicta recognitione terminus aliquis concedi debet, ut ex multis firmat *Franc. Murc. dec.904. vol.2.* & decisum refert *Ricc. part.4. decis.26. num.7.* ubi fuit negatus terminus petitus ad verificandam allegatam solutionem debiti, quia apoca Banci habet executionem paratam, & nulla exceptio opponi potest ad impediendam executionem, ex *l.4. §. condemnatum, ff. de except. rei judic. Vant. de nullit. tit.7. num.10. Ricc. ubi sup. & num.10.* idem concludit *de litt. camb.* & in Regno habemus *d. Prag.63. de Proc. Cæs.*

Et non solum principalis recognoscere cogitur, ut supra, sed etiam hæres scripturam defuncti, uxor viri, & Dominus scripturam sui Institutoris, sui Ærarii, & aliorum Ministrorum, & filius scripturam Patris, nec

nec poterit dicere se non teneri confiteri, vel negare, ex quo non est scripta per ipsum, ut decisum pluries in S.C. testatur *Reg. Lat. decis. 55. post Bursat. cons. 39. vol. 1. num. 23. Cavalc. de contract. par. 2. decis. 27. num. 11. Rebuff. ad Constitut. Gall. in tract. de Chyrograph. & Cedul. ar. recognit. artic. 1. num. 4.* ubi refert, quod Regina Jerusalem, & ejus filii fuerunt condemnati ad recognoscendum sigillum Patris in litteris appositum.

Cum hoc tamen discrimine, quod Dominus tenetur recognoscere, vel negare scripturam sui Institutoris, sed negando non incidit in poenam statutam contra negantes. Ideo si ignoret, vel dubitet, an sit scripta ab Institutore, vel negotiorum gestore, absque metu poenæ, poterit negare; sed aliis hoc non est permissum, quia incurrerent in penam statutam contra negantes, quæ de jure communi est dupli, & servatur in foro Ecclesiastico, & extra Regnum; sed in foro laicali intra Regnum servatur *Pragm. 2. de negantibus scripturam, ut supra.*

8 Procurator vero negans scripturam esse manu principalis factam, tunc si habet speciale mandatum recognoscendi, sufficit ejus negatio, & non opus est recognitione principalis; Si vero non habet potestatem recognoscendi, tunc petente creditore, cogitur principalis recognoscere, *Ricc. dec. 51. p. 4.*

9 Et quod hæres non auditur adversus apocam Banci sui defuncti, nisi in vinculis, vel facto deposito, late *Rocc. respons. 21. num. 3. Gam. decis. 369. Rovit. ad Pragm. 64. de Offic. Proc. Cæsar. num. 35. Ricc. part. 4. decis. 151.*

10 Et citatus ad recognoscendam apocam, non potest petere remitti ad suum Judicem, opponendo exceptionem declinatoriæ. Imo nec Baro potest petere, ut vassallus citatus ad recognoscendam apocam, remittatur ad suam Curiam Baronalem competentem dicti vassalli, nisi prius in vinculis sit constitutus dictus debitor, vel facto deposito. Et ratio assignatur a *Sanfelic. decis. 154.* quia per *Pragm. 63. de Offic. Proc. Cæsar.* ante recognitam apocam debitor non auditur, & postquam est recognita, statim debitor est carcerandus.

Proinde in anno 1616. per S. R. C. junctis quatuor Aulis, orta difficultate super hoc ob varias decisiones in eo factas, fuit emanatum generale decretum, quod pro observantia dictæ *Regia Pragm. 63.* in caussis vigore apocarum directarum publicis Bancis, non admittatur exceptio fori declinatoriæ, sive opponatur a parte, sive a Barone, aut quavis alia Curia prætendente caussæ remissionem, virtute quorumvis privilegiorum, nisi post apocas recognitas, aut legitime verificatas, fuerit factum depositum per debitorem conventum, vel se constituerit in vinculis.

Quod generale decretum est insertum in *d. dec. 154. Sanfelic.* & fuit registratum in *libro Pragmaticarum sub tit. de remissionib. caus. pragm. 2.*

11 Ad declarationem *d. Pragm. 2.* seu decreti quatuor Aularum, sciendum est, quod declinatoria fori differt ab exceptione incompetentiæ Judicis, & ab exceptione recusationis Judicis.

Exceptio enim declinatoriæ est, quando Judex citans habet jurisdictionem supra Reum, sed recusabilem, sive exceptione elidibilem, *l. si fideicommissum 10. ff. de fideicomm.*

Ut si subditus Baronis, vel Gubernatoris Regii citetur a M.C. vel ab alia Curia Superiori, poterit opponere, ut conveniatur coram Judice loci, & sic declinare forum citantis. Sic etiam vivens de arte maris, exercens artem sericam, vel lanam, vel Doctor Collegii, miles, vel in triremibus degens, aliique, de quibus *Gallupp. de except. declinatoria for. par. 1. cap. 6. & Motill. de grad. citat. num. 6.*

Exceptio vero incompetentiæ Judicis est, cum nulla prorsus in Judice consideratur jurisdictio supra Reum citatum, ut est Clericus citatus a Judice laico, *cap. si diligenti de for. comp.* vel quando quis citatur a Judice, qui superior non est, nullamque jurisdictionem habet supra citatum, nec ratione delicti, nec domicilii, nec contractus, nec ratione loci destinatæ solutionis, nec ratione rei sitæ, nec aliter, ut *l. hæres absens de judic.*

12 Recusationis exceptio est, quando non declinatur jurisdictio Judicis, sed persona Judicis recusatur, uti suspectus, *l. apertissimi, C. de judic. & tot. tit. Pragmaticar. de suspic. Offic.*

13 Cum itaque in dicto decreto, seu *Pragm. 2. de remiss. caus.* statuatur, ut exceptio declinatoriæ non admittatur, intelligenda est dispositio *d. Prag.* in suo vero significatu declinatoriæ, & proinde posse opponi exceptionem recusationis, & exceptionem incompetentiæ, quæ exceptiones differunt ab exceptione declinatoriæ, ut supra dictum est, ut advertit *Cuman. super Ritib. Siciliæ cap. 4. nu. 123. Intrigl. super Bulla de consib. qu. 18. Grass. except. 18. num. 2. Novar. in prag. 64. de offic. Proc. Cæsar.* ubi ita judicatum bis in S.C. refert, & *Ricc. par. 4. dec. 252. num. 3.*

14 Hinc fit, quod Clericus potest opponere exceptionem Judicis incompetentiæ citatus ad recognoscendam apocam Banci coram Judice laico, & petere se remitti ad suum Judicem Ecclesiasticum, quia *d. Pragm.* non prohibet incompetentiam, sed declinatoriam, & etiam, quia Clericus non ligatur statutis laicorum.

15 Et licet aliqui scripserunt posse Clericum cogi ad recognoscendam scripturam coram laico, ut sunt *Boer. decis. 124. Ursill. ad Affl. decis. 173. num. 2. Mansuer. tit. 9. de judic. Faber in C. tit. de jurisd. omn. Judic. defin. 7.*

Tamen dicti Auctores intelligi debent de practica Regni Franciæ, & non in nostra Italia, & signanter in nostro Regno Neapolitano, ut advertit *Muscat. in glos. majorem part. 3. in addit. lit. B. in fin. Giza. ad Latr. decis. 73. num. 8. Dom. Altimar.* veritatis scrutinator *rubric. 9. qu. 28. num. 104.*

16 Hinc fit etiam, quod non potest citari vassallus unius Baronis in Curia alterius Baronis, vel Gubernatoris Regii, qui jurisdictionem non habet supra citatum, quia tunc competit citato exceptio incompetentiæ, quæ non est comprehensa in *Pragm.* Unde non est vera opinio *Musc. in glos. competentes part. 4. num. 99.* ubi dixit, quod citatus tenetur recognoscere apocam in foro actoris: nam hoc *Pragm.* non dixit, & alii Auctores, qui dixerunt teneri debitorem recognoscere apocam coram Judice incompetenti, inadvertenter id dixerunt: nam *Pragm.* non dixit id; sed dixit non esse admittendam declinatoriam, quæ opponi solet coram judice, qui est competens, si ab eo non declinatur.

17 Neque mihi videtur vera opinio *Novar. de elect. for. tom. 1. sect. 4. qu. 25. num. 7.* dicentis, quod citatus ad recognoscendam apocam si sit persona privilegiata, possit eligere in forum Tribunal superius, qui *Novar.* est citatus a *Dom. Altim. in rubr. 9. qu. 28. de nullit. num. 103.* nam destrueretur dispositio *dictæ Pragm.*, in qua statuitur, ne admittatur declinatoria: nam generaliter comprehendit etiam personas privilegiatas, & est dispositio *d. Pragm. 2.* facta pro declaratione, & observantia *Pragm. 63.*, in qua statuitur, ut nulla exceptio impediat recognitionem, & executionem apocæ Bancalis. Et sic Reus in judicio non admittitur, nisi prius apocam recognoscat, & post recognitam se constituat in vinculis, vel faciat depositum.

Imo neque tertius audiri potest, qui velit adversus apocam Bancalem aliquam exceptionem opponere, nisi dictus tertius fecerit depositum, *Rovit. super d. Pragm. & in cons. 48. num. 25. Dom. Altim. in Rubr. 4. de nullit. qu. 4. num. 14.*

Con-

Concluditur ergo, quod privilegiatus non potest opponere declinatoriam fori, eligendo Judicem superiorem.

18 *Dicta Pragm.* limitatur in exceptionibus, quæ resultant ex ventre ipsius apocæ, ut si esset conditionalis, & conditio non esset adimpleta, vel esset in diem, quæ dies non adhuc venit, & in similibus exceptionibus, quæ nascuntur ex ventre scripturæ, ut erudite more suo *Dom. Altem. in rubr. 5. de nullitat. qu. 9. num. 12.* post *Petr. rit. 166. num. 121. de Marin. lib. 1. resol. 91. num. 14.* Et ita intelligas de litter. camb.

Ita apoca confecta pro pretio animalium non habet executionem, si infra sexaginta dies animalia vendita inveniantur habere defectum, quia obstat exceptio redhibitoria, quæ oritur ex ventre contractus, dum ex consuetudine, & usu dictæ Civitatis infra 66. dies tenetur venditor ad defectum, *Dom. Marad. in prax. cap. 4. num. 18.* post *Molfes. ad Consuet. Neap. par. 8. qu. 4. num. 14. tom. 2.*

19 Infertur ex hac conclusione, quod debitor ex caussa mutui citatus ad recognoscendam apocam mensæ argentariæ directam, vel super tenore instrumenti, vel citatus ad dicendum caussam, quare non debet obligatio penes acta incusari, potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra biennium, & dicta exceptio impedit carcerationem; & auditur extra carceres, ut decisum refert *Sansel. dec. 152. lib. 2.* quem probat *Gizzius ad Latr. dec. 111. nu. 4.* Et ratio est, quia quando exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur infra biennium, dicitur dicta exceptio probata ad beneficium excipientis, & onus probandi numerationem incumbit creditori. Et proinde per dictam exceptionem redditur illiquida apoca, instrumentum, vel obligatio penes acta, & sic ex ventre scripturæ oritur dicta exceptio, dum creditor eget probatione extrinseca ad probandam numerationem negatam.

20 Secus esset, si post biennium opponeretur dicta exceptio, quia tunc opponens, habet onus probandi dictam exceptionem, vel si post confessionem ex intervallo geminatam, quia tunc dicta exceptio non admittitur, prout neque admittitur in dote ex intervallo confessata, quando præcessit dotis promissio, & ex intervallo secuta fuit confessio, quæ etiam creditoribus nocet, *Sansel. ubi sup.*

Et tandem te remitto ad ea, quæ dixi superius in 1. *Tit. hujus secundæ Speciei Judiciorum cap. 3.* circa exceptiones, quas vide ibi, quæ *decisio Sansel. 152.* reiicitur a *Cafaro in Specul. peregr. qu. 42.* & a *Capon. discept. 252. tom. 3.* & a *Dom. Marad. in prax. cap. 9.* ubi *num. 7.* refert decisionem M.C.V. junctis Aulis contra Dom. Principissam Conchæ; Quod infra biduum faciat depositum duc. 500. vel detineat domum suam loco carceris, & in eodem biduo præstet cautionem de tenendo domum prædictam loco carceris, alias contra eam expediantur litteræ executoriales servata forma *Reg. Pragmaticæ* cum expensis.

Et sic non fuit admissa exceptio non numeratæ pecuniæ per eam opposita, dum acceptavit apocam, sed negavit recepisse pecuniam, sed fecisse in confidentiam.

Quia *Prag.* vult, quod nulla exceptio impediat executionem apocæ, & vide, quæ dixi in *præc. tit. de litt. cambii num. 9. & 10.*

21 Item pariter adversus recognitionem apocæ non datur reconventio, nisi resultans ex eadem scriptura, *Ricc. dec. 183. num. 2. par. 1.*

22 Sed per viam præventionis admittitur exceptio non numeratæ pecuniæ, ut late *Novar. qu. 19. p. 2.* a quo non videtur dissentire *Dom. mens Maradei in prax. cap. 9. num. 9. & 15.*, sed imo omnis alia exceptio in præventione, de qua vide, quæ dicam *in Tit. suo de prev.* ubi te remitto, & de præventione intentata, postquam venit dies solutionis, vide in *Tit. de Oblig. penes acta cap. 3. num. 3.* quia idem servatur in apoca Banci, & litteris cambii.

Et ratio, quare in præventione admittitur omnis exceptio, est, quia *Pragm. 73. de Off. Proc. Cæs. §. 6.* loquitur, quando debitor fuit citatus ad instantiam creditoris, tunc non potest audiri in suis exceptionibus ad impediendam paratam executionem, & proinde, ut audiatur, debet in vinculis se constituere, vel facere depositum.

At quando debitor non fuit citatus, sed ipse prævenit ante diem, tunc per præventionem non impeditur executio, quæ fieri non potest ante diem, & sic sumus extra dispositionem *Pragmaticæ*.

Hinc fit, quod etiam postquam dies solutionis venit, ante tamen, quam debitor sit citatus a creditore in M. C.V., potest debitor instituere judicium in S. C. super nullitate obligationis, cumulando beneficium *l. diffamari, C. de ingen. & manum.* cum *l. si contendat, ff. de fidejuss. & l. Aurelius, §. centum, ff. de liber. legat.* & obtinere decretationem, quod stante commissione caussæ in Sac. Reg. Conf. M.C.Vic. non procedat, & acta, quæ sunt, transmittat, & sic impeditur, *d. Pragm.* non obstante, quæ tunc habet locum, quando, vel creditor, vel debitor fuerit præventus in M. Curia; at ubi nullum adhuc institutum judicium reperitur, tunc poterit per Sac. Conf. audiri debitor super nullitate. Verba *Pragm.* sunt clara, ibi: *Item vogliamo, e comandamo, che quelli, i quali saranno convenuti in vigore di polise, &c. non siano intesi,* sed illi, qui non fuerunt conventi ex contrario sensu *Pragm.*, possunt audiri, ut continue advertit *Dom. mens Maradei* ingeniosissimus Praxis enucleator in sua *praxi cap. 9. nu. 9. ex Cafar. in Spec. peregr. cap. 45.*

Et de *d. l. diffamari, & l. si contendat,* te remitto ad ea, quæ dicam inferius in 4. *Specie judicior.* quæ per Reum fiunt contra actorem *tit. de Jud. diffamationis.*

23 Et ne erres, & bene intelligas dispositionem *d. Prag. 63. de offic. Proc. Cæs. & 2. de remiss. causs.* intelligas, quod post factam recognitionem, & post factum depositum, vel postquam se constituit in vinculis, tunc potest opponere omnes exceptiones, & remittendus est ad Judicem, ad quem declinavit, & audiendus est Baro petens remissionem caussæ: nam super instantia declinatoriæ, vel aliarum exceptionum, fit decretum, quod recognoscat, citra præjudicium oppositarum exceptionum, & facta recognitione providebitur super exceptionibus, *Ricc. dec. 183. n. 2. p. 1.*

Et quod auditur Baro super petita remissione post factum depositum, vel post constitutum in carceribus, pluries decisum refert *Sansel. dec. 154. in S. C. ad relationem M.C.Vic. num. 1.*

Et ratio est, quia facta recognitione, & facto deposito, vel constituto in vinculis, tunc proceditur ordinarie cum termino super exceptionibus, & cessat dispositio *Pragmaticæ* facta ad finem, ne impediatur parata executio, & executiva via; *Pragmatica* enim non tollit in totum exceptiones, sed illas differt ad finem removendi impedimentum ab executione, non a debito, *De Rosa consult. 67. & D. Maradei in prax. cap. 10. in fine*, & ita pariter, postquam habuit suam executionem paratam, idest post solutionem, omnes exceptiones admittuntur, & exceptio compromissi etiam admittitur post factum depositum, vel in vinculis, non ante; de qua re vide, quæ dicam in *prax. Judicii Ordinarii tit. de exceptione compromissi*, quam, annuente Deo, successive typis dabimus.

24 Et hoc privilegium extenditur etiam ad recognitionem apocarum privatarum, ut cogatur debitor prius recognoscere apocam privatam, & deinde audiri super remissione petita ad alios Judices, teste *de*

Franch.

Franch. in decis. 590. num. 3.

25 Unde licet competat beneficium ordinis, seu excussionis ei, qui obligatus est ad Titium per apocam bancariam solvere mille, nomine, & pro parte Caii, qui est debitor dicti Titii, hoc modo, vz. *Banco pagate per me a Titio duc. mille, dite ce li pago per nome, e parte di Cajo, per tanti, che li deve. Nap. &c.*

Tamen non auditur in dicta exceptione, nisi facto deposito, vel in vinculis, & dicta exceptio competit, quando obligatus ordinis beneficio non renunciavit, & de novandi animo non constat, cum hodie novatio non fiat, nisi hoc expresse actum sit, ut omnia haec habes apud *Reg. de Marin. lib. 2. resol. 26. num. 3.*

26 Nolo omittere, quod debitor virtute apocae Banco directae, ad hoc ut adversus illam recognitam, seu probatam, vel instrumentum liquidatum, & obligationem incusatam audiri possit, sufficit, quod sit carceratus in loco domicilii, quamvis alibi sit judicium, & ita decisum in caussa Sebastiani Coppolae, cum Horatio de Nardo anno 1609. in S. C. ad relationem M. C. refert *Sanfel. dec. 153.*

27 Verum adverte, quod licet debitor intra carceres constitutus audiri debet ex dispositione *d. Pragm. 63.* adversus apocam Banci, tamen limitatur dicta conclusio in carcerato pro caussa criminali, qui non est audiendus, nisi faciat depositum, & ratio est, quia criminaliter carceratum non potest creditor pro debito civili recommendare, emparare, sive arrestare, ut habetur penes *Ludov. dec. Perus. 70. & de Franch. dec. 415.* imo posset dictus carceratus condemnari ad triremes, vel aliam poenam corporalem, & creditor eluderetur pro suo credito, & sicuti creditor non potest exercere suam actionem in personam pro crimine detentam, par est, ut debitor neque possit exceptionem suam adhibere contra creditorem, ne Actor, & Reus ad imparia adjudicentur, *l. fin. C. de fructib. & litium expens.* De qua re latius dixi in *tit. 1. Primae Speciei Judiciorum cap. 14. num. 3. & seq.* ubi te remitto.

28 Minor quoque tenetur recognoscere apocam, si est subscripta sua propria manu, etiam sine Curatore, & non potest effugere recognitionem, ut per *Guttier. lib. 1. pract. qq. 123. Ricc. dec. 51. num. 7.*

Verum dicta apoca scripta, & subscripta per minorem, etiam cum Curatore non habet executionem realem, & personalem, quia minor non potest carcerari. Sic decisum refert in S. C. *Rovit. pragm. 63. nu. 2. de offic. Proc. Caesar.* relatus a *Visc. in addit. ad Franch. dec. 502.* & ita *Ricc. in par. 4. dec. 51. num. 6. ex Salicet. in l. 1. num. 10. C. qui bonis cedere possunt. Roman. consil. 120. num. 2. Coler. de process. execut. par. 2. cap. 3. num. 249.*

Et generaliter ubi debitor est ex personis, quae non possunt carcerari, tunc agitur ordinarie, nam *Pragmatica* mandat alternative, ut debitor ad ejus electionem, & arbitrium, vel faciat depositum, vel se constituat in vinculis, ut audiatur, sequitur, quod ubi carceratio non habet locum, non potest praecise cogi ad depositum, & privari beneficio alternativae, qui casus provisus non est a *pragm.* Proinde recurrendum est ad jus commune, quo attento regulariter in apoca Banci proceditur ordinarie, & sic non tenetur facere depositum, & debet audiri, ut subtilissimus *Dom. Carol. de Alex.* hoc me docuit in sua *observ. ad Nicol. fol. 81. super num. 217.* Quod mihi rationabile videtur, nam *pragm.* loquitur contra debitores, qui possunt carcerari, dum dixit, quod non audiatur, nisi in vinculis, vel facto deposito, & sic ex contrario sensu *pragm.* Apoca Banci non habet hoc privilegium contra personas, quae in vinculis coerceri non possunt, & sic cum istiusmodi debitoribus, semoto privilegio *pragm.* procedendum est ordinarie secundum jus commune.

29 Apoca licet sit recognita, acceptata, vel per testes comprobata, si non habet caussam obligatoriam, quia in ea nulla est caussa debiti, ut in casu debiti confessati absque caussae expressione, tunc nil probat contra Scribentem, confessione, seu recognitione, & acceptatione non obstantibus, & est casus singularis in *l. cum de indebito, §. fin. de probat. c. si cautio de fid. instrum. Genua de scriptur. privat. lib. 2. nu. 3. vers. secundus casus*, ubi loquitur de omni scriptura privata, ibique ampliatur etiam in publica scriptura, & idem firmat *Mans. qu. 5. concl. 2. num. 41.*, & ampliat etiam in litteris cambii confectis absque caussae expressione, *de Marin. lib. 1. resol. 73. num. 4.* ampliat etiam in instrumento guarentigiato, & cum juramento, & reiicit *Mascar.* contrarium tenentem.

Imo non solum requiritur caussa in obligatione, sed ut sit caussa expressa, apta, certa, & intelligibilis: nam paria sunt, quod caussa non sit expressa, vel non apta, non certitudinaria, nec intelligibilis, ut concludit *Ricc. dec. 220. p. 4.*

Et dum non producit obligationem, neque parit actionem, & creditor agens sine actione, repellitur a limine Judicii, etiam parte non opponente, sed judex ex officio debet repellere, *l. ubi pactum, C. de transact.*

Et consequenter non potest fieri praeceptum de recognoscendo, nec debitor tenetur facere recognitionem, & ita decisum refert in Curia Archiepiscopali Neapolitana dict. *Episc. Ricc. d. decis. 220. par. 4.* quia consecuta tali recognitione confessio illa sine caussa, nullum recipit robur, & exceptio, quod apoca nullam contineat caussam, est exceptio litis finitae, & ostendit actionem ipso jure sublatam esse, *Tex. in l. cum quaerebatur, ff. de indeb. solut. Blanc. de except. impedient. litis ingressum* inserto in *tract. de comprom. qu. 4. num. 91.* Unde tali casu impartitur terminus ad probandum, ut decisum refert *Petra rit. 166. num. 69. fol. 28.* Ita instrumentum sine caussa neque potest liquidari via Rit., ut dixi in *Tit. 1. Primae Speciei in 6. Capit.*

Et in termino creditor poterit probare caussam debiti praecessisse, etiam conjecturalem, *Abb. in d. cap. si cautio de fid. instrum. col. 3. num. 2. de Marin. d. resol. 73. lib. 1. num. 8.*

At secus in obligatione penes acta, quae licet non contineat debiti caussam, habet executionem, ut dixi supra *in 1. Tit. hujus Secundae Speciei Judic. cap. 2. num. 2.*

30 In Curiis Ecclesiasticis apoca Banci non habet executionem paratam, licet sit verificata, vel recognita, quia Clerici non ligantur ex *d. Pragmat.*, *Episc. Ricc. dec. 249. Scial. de for. comp. cap. 10. num. 92. Dom. Altim. rubr. 9. qu. 18. num. 105.*

31 Apoca Banci, & omnis scriptura privata a debitore scribere nesciente firmata per Signum Crucis, vel per aliam notulam, recognosci debet per debitorem, & si negat, & convincitur, incurrit in poenam statutam contra negantes in *Pragm. 2. de negantib. mutuum*, ut colligitur ex verbis *d. pragm.* ibi: *Tutti quei debitori, i quali nelle liti, che teneranno con loro creditori, in vertù di polise di Banco, e polise private, negaranno in giudicio le polise predette, o la sottoscrizione di quelle esser di loro proprie mani, o di publico Notaro, o altra persona privata di loro ordine fatte, per non sapere scrivere, provandosi, o convincendosi, &c.*

Ex *dict. Pragm.* igitur colligitur praxis, quod etiam nesciens scribere cogitur recognoscere, & praecise confiteri, vel negare, nec poterit se excusare, quod nescit scribere.

Et omnis scriptura obligat debitorem scribere nescientem, qui per Signum Crucis, vel aliud firmavit, sicuti totam scripturam scripsisset manu propria, *Faber decad.23.C.de fid.instr.Fontanell.de pact.nupt.glos.3.par.7.num.4.claus.6.s.2.* Et in specie de apocis Banci decisum refert *Tappia in pragm.63.de offic.Proc.Caesar.Galter.de liquid.instrum.1.par.primae partis in verb. in publ.forma num.16.vers.adde, & Novar. part.2.qu.for.70.num.13.*

32 Et ratio est, nam scripturam subscribens censetur eam approbare, quamquam ab alio scriptam, *Carrab. sing.193.Ricc.p.4.dec.251, num.2. Menoch. praesumpt. 63.num.12.lib.3.*

33 Et adeo cogitur debitor recognoscere apocam, etiam si illa sit privata, ut non admittatur appellatio quoad effectum suspensivum, & sic per appellationem impediri non potest recognitio ordinata, sed decretum de recognoscendo executioni mandatur, *Bald. cons.335. lib.4.Rebuff.in tract. de chyrogr.nu.80.Marant.in prax. tit.de appellat. num.361.vers.quadragesimo, Rot. Luc.cons.divers.15.vers.additur ex abundanti fol.13. Manson.qu.5.num.45.Genu.de script.privat.lib.2.tit.1.nu.30.Dom.Altim. rubr.5.qu.36.num.4.*

34 Debitori Apodixario praecepta notificanda sunt personaliter, juxta *Muscat.in par.5. glos.legaliores nu.19. & Dom: Cons.Petr.* videtur dubitare, quod saltem alterum ex tribus praeceptis notificandum sit de persona; tamen *de Luc. ad Franch.dec.502.num.4.* relatis omnibus, concludit sufficere citationem domi iteratè factam, prout sufficit citatio bis domi facta pro excommunicatione infligenda, quae majoris praejudicii est, & idem *de Franch.num.2.* dicit, quod si occultetur debitor, sufficit domi, ita dicit etiam *Dom.Merad.in prax.cap.12.num.10.ex Covar.Formosin.* & aliis; Sed idem *Muscat.num.21.* concludit demum, in practica non servari, dum inculcantur decreta, & idem *Petr.* dicit de anno 1650. fuisse decisum per Sac. Cons. dictam nullitatem non obstare.

Sed citatio per edictum non sufficit, ut interponatur decretum, quod apoca habeatur pro recognita, licet in aliis casibus, etiam in quibus citatio personalis requiritur, valet citatio per edictum, ut concludit *Dom.Altim.rubr.12.qu.19.de nullit.tom.2.num.16.* & ita decisum refert *Pegas resol. for. cap. 1. num.7.* post *Gutt.lib.1.qu.122.Perez lib.3.tit.8.& 9.*

35 Et quando in apoca est designata Curia Notarii pro citatione, ut quotidie practicatur, licet *Dom.Altim. ex d.rubr.12.qu.19.num.14.* subtilissime disputet articulum, quod dictum pactum non substineat in apoca, prout substinet in instrumento, ea ratione, quia quando citatur in Curia apoca non habet vim instrumenti, quia nondum est recognita, nec probata, & sic pacta apposita non debent exequi ante recognitionem, vel probationem; Et ita decisum refert anno 1660. *Pegas resol.forens.11.num.41.* post *Melch.Phol. dec.200.num.21.Menn.in prax.2.p.cap.1. num.2.* & novissime *Dom. Constant. super prag.9.de instrum. liquid.fol.337.* cum *d.Dom.Altim.* concludit ex *Matuns.cons.55.n.37. Bursat.cons.453.num.12.lib.4.& cons.74.num.15.lib.1.*

Tamen quicquid sit in puncto juris, recepta est in nostro Regno praxis indubitabilis citandi debitorem Apodixarium in Curia designata, & est factus stylus consuetudine firmatus.

Verum citatio in Curia valet in judicio executivo, sive in verificatione tantum; Nam si agitur ordinarie, licet sit designata Curia, tamen non practicatur citari in Curia.

C A P. II.

De Praxi verificandi Apocam Banci per probationem.

S U M M A R I U M.

Apoca quatuor modis verificatur, num.1.

Probatio fit, vel per testes, vel per scripturas, ut dicatur legitime facta, num.2.

Partita Banci absque alia probatione legitime probat solutionem, num.3.

Testes deponere debent vidisse debitorem subscribentem apocam Banci, vel quod fuerint a debitore rogati ad se subscribendum, num.4.

Testes super verificatione Apocae Banci examinantur absque requisitoria partis ad videnda juramenta, & ratio assignatur, num.5.& 8.

Decretum, quod exequatur contra debitorem bancalem absque monitione, & absque quod fiat facultas ad dicendum, num.6.

Examen est invalidum tam in judicio ordinario, quam summario, nisi pars fuerit citata ad videndum jurare testes, num.7.

Citatio licet sit necessaria in quolibet actu, fallit quando citatus non potest actum impedire, num.8.

Debitor si negat apocam Banci, vel opponit aliam exceptionem, facto deposito, vel in vinculis, datur terminus, & tunc necessaria est requisitoria partis ad videndum illos jurare, & assignatur ratio diversitatis, num.9.

Testes, qui non sunt apodixarii recipi non possunt, nisi citata parte ad videndum jurare, quia illorum receptio non est privilegiata, prout dixi de testibus apodixariis, num.10.

Partita Banci praesentata, fit decretum, quod exequatur contra debitorem obligatum mediante apoca Banci, num.11.

Partita Banci non habet executionem paratam, sed proceditur judicio ordinario, prout in omni alia scriptura privata. num.12.

Apoca Banci potest girari bis, ter, & pluries, & adhuc paratam habet executionem active, & passive, num.13.

Girata facta cum conditione solvendi, si Titius non solvit, num.14.

Apoca Banci si fuerit acceptata per giratarium, non potest agi contra girantem, num.15.

1 Verificatio Apocae fit quatuor modis. Primo; Per acceptationem, sive confessionem debitoris citati.

Secundo; Per decretum, quod apoca habeatur pro recognita, prout deterius, in contumaciam citati.

Tertio; Per testes, qui in subscriptione interfuerunt;

Quarto; Per partitam Banci.

Duo primi modi sunt circa recognitionem; Alii duo ultimi modi sunt circa probationem, dum *Pragm.* alternative requirit, vel recognitionem, vel legitimam probationem.

De praxi procedendi per recognitionem diximus in praecedenti *1.Cap.*, merito nunc sequitur *Cap. de Praxi per probationem.*

2 Et quia probatio fieri potest, vel per testes, vel per instrumenta, ut dicatur legitime facta probatio, juxta *leg. in exercendis 15. C. de fid. instrum.* & notatur super *rubr. C. de probat.* Ideo apoca dicitur legitime probata per testes, vel per partitam Banci, ex qua dicitur probata solutio, *Novar.qu.19.par.2.num.1.ex Scaccia* ibi.

3 Nam copia ex Banco desumpta, quamvis sit scriptura privata, tamen uti extracta a publico Archi-

vio

vio eft authentica,& legitimam probationem facit de folutione, cique fides tribuitur abfque alia probatione,*Petru rit.174.num.6.fol.135.tom.2.*

Tertius itaque modus verificandi apocam eft per teftes,& hæc per ordinem nunc venit explicanda.

4 Et ut probatio dicatur legitime facta per teftes juxta *Pragm.53.ut fupra*, ibi; *Effendo legitimamente provata*, deponere debent Teftes fuiffe præfentes, & vidiffe debitorem eam fcribentem, vel fubfcribentem, *Mauf.qu.5.num.2.& 47.& dict.qu.5.concl.3.nu.49. Mafcard. de probat. concl.*109.*fol.*145.& fic fuiffe decifum *Nicol.de Paffer. de fcript.privat. lib.2. cap.2. num.*8.& fic debent examinari teftes apodixarii, qui fuerunt præfentes,*Afflict.dec.*18.*Gram.dec.*82.

Verum fufficit, quod a debitore fuerint rogati pro fubfcriptione, licet deponant non vidiffe debitorem fcribere; Idem *Maufon.qu.5.num.*53.poft *Afflict. dec.* 104.ubi Addentes.

5 Quando itaque creditor eligit viam verificandi apocam Banci per teftes apodixarios, ideft,qui in apodixa funt teftes fubfcripti; Tunc citato debitore fuper primo decreto, quod interponi folet, ut capiatur fummaria Informatio, & recognofcat, teftes examinantur irrequifito debitore ad videndum jurare.

6 Et ipfis examinatis, ftatim interponitur decretum, quod exequatur contra debitorem realiter, & perfonaliter; neque fit facultas ad dicendum, aut monitio ad fententiam; licet regulariter examen erit nul-
7 lum, tam in termino ordinario, quam fummario, fi fiat abfque requifitoria partis ad videndum jurare teftes, ut ego ipfe dixi *in addit.ad Sarn.part.1.civil.§.1. num.*48.& 50. & erit nulla fententia in judicio ordinario,fi non præcedit monitio,& in judicio fummario, fi non præcedit facultas, quæ fit loco publicationis, conclufionis, & monitionis ad fententiam.

8 Et ratio, quare in probatione apocæ Banci validum eft examen, licet pars non citetur ad videndum jurare; & validum eft decretum, quod exequatur contra debitorem, abfque quod præcedat facultas ad dicendum, nec monitio aliqua, dixi in *addit.ad Sarn. part.* 1. *civil.* §.128. *num.*21. nam licet citatio fit neceffaria in quolibet actu, vulgata *l.de unoquoque*, tamen fallit,quando citatus non poteft impedire actum, *de Marin.lib.1. refol.45. num.*7. ex *l.fi eum Servum* 28. §. 1. *& fin. ff. de fideicom. libert.* Cum itaque debitor nullo modo poteft impedire verificationem apocæ, non eft citandus in receptione teftium, neque monendus, poftquam eft verificata per teftes; fed habet paratam executionem per Pragmaticam, ut exequatur, & Judex non condemnat debitorem, fed declarat, quod debet exequi, fervata forma *Reg. Pragm.*

9 In cafu vero, quo debitor negat apocam, vel acceptat, & in acceptatione opponit aliquam exceptionem, negans, vel excipiens, non auditur, fed prius facto depofito, vel in vinculis, ftatuitur terminus ad probandum, & tunc teftes recipi non poffunt, nifi præcedat requifitoria partis ad videndum jurare teftes, ex *Pragm.*1. *de Negant. mutuum*, ibi; *Parte citata*, ut dixi in *præced.cap.*1. *num.*4.Et nota differentiam probationis ante depofitum, vel in vinculis conftitutum,& poft.

Et ratio differentiæ eft, quia poftquam debitor eft conftitutus in vinculis, vel facit depofitum, excipiens; non impedit paratam executionem *Pragm.* & ei deneganda non eft amplius audientia, & ex via executiva convertitur in viam ordinariam; quod fecus eft ante depofitum, vel carcerationem; quia tunc fi negans, vel excipiens audiretur, impediretur parata executio conceffa a *Prag.*63.

10 Datur, & alter cafus, in quo teftes non poffunt recipi, nifi requifita parte ad videnda juramenta, quando creditor vellet verificare apocam per teftes non fubfcriptos in apoca, licet fuiffent præfentes in confeffione, & fubfcriptione apocæ, quia cum non funt teftes apodixarii, fed extra apodixam, & fic extra mundum, non funt illi admittendi, prout admittuntur apodixarii. Quam differentiam nota bene.

6 Et hujus difcriminis ratio eft, quia teftes apodixarii tempore confectionis apodixæ fueruut ab utraque parte approbati, rogati ad teftificandum, & cum fint in fcriptura fubfcripti, mirum non eft, fi eorum teftificatio fit privilegiata, quod fecus eft in aliis teftibus, licet præfentibus in confectione apocæ, ipfi tamen non fuerunt a partibus rogati ad teftificandum, nec approbati, & in eorum examine major diligentia exquirenda eft.

Ita pariter in probatione facienda per comparationem manus, omnino debet præcedi requifitoria partis, de qua probatione per comparationem, vide, quæ dicam in fequenti *Tit.de Apoc. privata.*

11 Expedito tertio modo verificandi apocam per teftes, reftat quartus modus verificandi per fcripturas. Unde fi creditor folvit pecuniam debitori per medium Banci, tunc fufficit, quod præfentet apocam bancalem, & partitam folutionis factæ per Bancum, & fit primum decretum, quod fieri folet, *capiatur fummaria informatio fuper verificatione, & conventus recognofcat*, quo citato, elapfo biduo fit decretum, *quod ftante apoca verificata per partitam Banci, exequatur contra debitorem realiter, & perfonaliter*, & hæc eft praxis quotidiana omnium Tribunalium hujus Regni Neapolitani fundata fuper privilegio conceffo ex *Pragm.63.de offic.proc.Cæfar.*, quam Praxim ut melius juveues percipiant, in *feq.Cap.* ponuntur nonnullæ formulæ.

12 Sed eft advertendum, quod licet partitæ Banci plena fides adhibeatur, & tanquam fcriptura publici Archivii probet pecuniam folutam; tamen fi creditor habet fuum partitam Banci pro fe,in qua mutuavit, ut Bancum folveret Titio cum onere fibi reftituendi, dicta fcriptura non habet privilegium apocæ Bancalis, quia *Prag.*63. *de offic. Proc. Cæfar.* non loquuta fuit de partita Banci, five de fide crediti girata debitori, qui mutuo accepit a girante, fed loquuta fuit de apoca, quæ a debitore fit ad beneficium creditoris Banco directa,ut Bancum folvat creditori.

Creditor itaque, qui non habet debitorem fic obligatum, licet habeat partitam Banci, per quam conftat fuiffe pecuniam mutuatam, & folutam per medium Banci non habet executionem paratam, fed prout in omni fcriptura privata procedendum eft judicio ordinario, cum termino, & fententia, & de hoc vide,quæ dicam in *feq. Cap.de apoc.priv.*

13 Apoca Banci poteft præfentari, & via executiva agi active, & paffive per ceffionarium, & non folum per primum,fed etiam per fecundum, tertium, quartum, & ulteriorem ceffionarium, ut poft *Loganarium ad Rovit. in pragm.*63. concludit *Reg.Petra rit.* 286. *num.*4. *Dom. Maradei in prax. cap.*10. *num.*23. *Roccus lib.*1.*refponf.*15.*& lib.*2.*refponf.*6.*num.*21.rejecto *Toro*, & aliis tenentibus effe ordinarie agendum, ex falfa ratione, quia *pragm.* loquitur de prima tantum apoca, non autem de fecunda, feu girata. Quæ falfa ratio rejicitur, dum in girata dicitur; *E per me li pagarete a Tizio per ulteriranti*; Quæ verba diriguntur eidem Banco, & fic fecunda, tertia, quarta, & ulterior girata femper dicitur apoca Banco directa, & fic decifum fæpius refert dictus *Petra ubi fupr.*

Quod fecus in litteris cambii, quæ femel tantum poffunt girari, ut *pragm.3. de litt. cambii §.* 13., de qua re vide in *cap.2.de litt. cambii nu.*13.

Et dixi active, & paffive; Nam ceffionarius, five giratarius poteft ad fui arbitrium agere contra pri-

mum debitorem Scribentem cessum , sive giratum , vel agere contra girantem , ut rejecto *Thoro* , tenet *Dom.Maradei in sing.*365.*num.*2.post *Rocc.lib.*2.*resp.* 15.*& Petru d.tit.*286.*num.*4.ibi,active, & passive.

14 At si apoca fuerit girata cum conditione solvendi, si Titius non solverit , non haberet paratam executionem , nisi prius facta requisitione primi Scribentis . *Dom.Maradei in d.sing.*365.*& in prax.cap.*10.*in fine* , decisum refert *Tapia lib.*3.*jur.Regn. tit. de apocis , & super pragm.*63.*num.*20. *de offic. Proc. Cæsar. Rocc.respons.*15.*num.*26.*tom.*2.

15 Verum si apoca girata fuerit acceptata per giratarium , non competit amplius actio contra girantem , *Reg.Tapia de jur. Regn. in Rubr. de cambiis lib.* 4. *in sua annotat. Anna alleg.* 89. *& sing.* 312. *Anton. Barra cent.* 2. *obser.*29. dicit sic fuisse decisum in S.C. in caussa Jo:Benedicti Pastore contra Antonium Pastore primum Scribentem tantum , contra quem fuit caussa remissa ad M.C.V. & non contra Marcum Jannattasium girantem.

C A P. III.

De Form. Apocarum , & decretorum cum advertentiis.

S U M M A R I U M.

Form. Apocæ Banci, & ipsius verificationis per tria præcepta in contumaciam, num.1.
Form. Apocæ Bancalis , & verificationis ipsius per testes apodixarios, num.2.
Form. apocæ verificatæ per partitam Banci, num.3.
Executoriam vigore apocæ Banci, num.4.
Form. recognitionis per partitam Banci, prius giratam per altritanti in confidentiam , num.5.
Apoca Banci bene clausulata pro cautela creditoris, n.6.

EXplicatis omnibus quatuor modis verificandi apocam Banci in superioribus capitibus , restat nunc in hoc 3. *Cap.* Praxis formulandi tam apocas , quam decreta , proinde sequentes formulas posuimus .

1 *Form. apocæ Banci , & ipsius verificationis in contumaciam per tria præcepta .*

Banco del Sacro Monte della Pietà pagate al Sign. Giuseppe N. doc. cinquanta , e detti sono per altri tanti da lui ricevuti di contanti , e detto pagamento prometto farlo ad ogni semplice sua richiesta . Napoli 20. Marzo 1688.

duc.50. correnti . *Andrea N.*

Al Signor Giudice di Vicaria .

Giuseppe N.dice a V.S. , come deve conseguire da Andrea N. doc.diecinove per resto di maggior summa in virtù di polisa bancale . E perchè ricusa pagare , supplica V.S. ordinare, se gli spedischano le lettere esecutoriali , realiter , & personaliter una con le spese , ut Deus .

Die 11. Julii 1689. Neap. Capiatur summaria informatio super verificatione apocæ Banci,testes habeantur pro citatis , & recipiantur per Scribam Caussæ, & conventus recognoscat , hoc suum .

F.de Andrea.

A 11. Luglio 1689. Nap. Domenico Gagliardo Serviente di Vicaria refero di avere intimato Andrea N. di persona , modo & forma , ut supra .

Die 14. mensis Julii 1654. Neap. Per subscriptum Dom.Judicem M.C.V.provisum, & decretum est,quod retroscriptus conventus in alio biduo recognoscat apocam contentam in retroscripto memoriali , alias providebitur , quod habeatur pro recognita , hoc suum .

Galeota.

A dì 14. di Luglio 1689. Io Scipione Guerra ho notificato Andrea N. personaliter .

Die 30. mensis Julii 1689. Neap. Per subscriptum Dominum Judicem M. C. Vic. provisum , & decretum est,quod retroscriptus conventus in alio biduo recognoscat apocam in actis præsentatam , alias habeatur pro recognita , prout deterius , hoc suum , &c.

Galeota .

Sorrentinus Actuarius .

A dì 30. di Luglio 1688. Scipione Guerra ho notificato Andrea N.personaliter .

Die 13.mensis Augusti 1689.Neap. Per subscriptum Dom. Judicem M. C. V. provisum , & decretum est , quod stante apoca Banci habita pro recognita per trina decreta, expediantur litteræ executoriales realiter , & personaliter, ad instantiam Mag. Joseph N.contra Andream N. pro ducatis decem , & novem debitis ex resta majoris summæ, vigore dictæ apocæ,una cum expensis, & consignentur, hoc suum .

Guascus.Sorrentinus Act.

2 *Form. Apocæ Bancalis , & verificationis per testes Apodixarios .*

Al Sig.Giudice di Vicaria.

Isabella N. madre , e tutrice di Geronimo N. dice a V.S. come deve conseguire dal Mag. Cesare N. doc. 45. in virtù di polisa di Banco ; E perchè ricusa quelli pagare , supplica V. S. ordinare , che si verifichi detta polisa,e li spedischano le lettere essecutoriali,una con tutti danni , spese , ed interessi , citra pregiudizio d' altre quantità , che deve conseguire dal detto debitore in virtù d'istrumento , ut Deus .

Die 14.mensis Februarii 1671.Neap.Capiatur summaria informatio pro verificatione apocæ Banci , testes habeantur pro citatis , & recipiantur per Scribam Caussæ, & conventus recognoscat, hoc suum, &c.

Golinus. Russus.

A di 5. di Settembre 1671. Io T. de T. Portiero di Vic. ho notificato il Magn. Cesare N. personaliter.

Banco della Santissima Annunciata di Napoli pagate per me alla Signora Isabella N. come madre , e tutrice di Geronimo N. doc.45. per altritanti , e ponete a conto. Nap. li 3. di Novemb. 1669.

Cesare N.

Io Carlo Anzalone sono testimonio .

In Gio:Angelo Bainiero sono testimonio .

Die 16. Septembris 1676. Magn. Carolus de Anzalone Act.Mag. M. C. V. in civilibus de Neapoli commorans a Vilitapoveri,in domibus D.Andreæ d'Aquino , ætatis suæ annorum 38. , testis summarie productus , & medio ejus juramento interrogatus & examinatus super verificatione apocæ Banci ducatorum 45. factæ per Magn. Cæsarem N. ad beneficium Magn. Isabellæ N. , quæ incipit. Banco della Santissima Annunciata di Napoli , pagate per me alla Sig.Isabella N.,come madre, e Tutrice di Geronimo N.doc.45.& sequendo finit. Neapoli li 3.di Novembre 1669. cum subscriptione dictante , Cesare N. & testibus ; e per esso testimonio , quella vista , e revista , letta , e riletta de verbo ad verbum, ut jacet, ha conosciuto essere l'istessa polisa , che fu fatta in quel tempo dal detto Magn. Cesare in beneficio della detta Sign.Isabella nel nome predetto per la detta summa de' doc.45. , quale polisa fu sottoscritta di propria mano del detto Magn.Cesare in presenza d'esso testimonio , nella quale polisa vi si pose esso testimonio per testimonio per volontà delle Parti ; e questa dice esso testimonio essere la verità de caussa scientiæ , de loco , & tempore dixit, ut supra.

Io Carlo Anzalone ho deposto , ut supra .

Russus .

Consimili modo extenditur alter Testis .

Die 17. Septembris 1677.Neapoli . Per subscriptum Dominum Judicem M.C.V. provisum, & decretum est,

quod

quod ſtante apoca Banci verificata per teſtes apodixarios, expediantur, & conſignentur litteræ executoriales realiter, & perſonaliter contra, & adverſus Cæſarem N. pro ducatis quadraginta quinque, ac etiam pro expenſis, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, hoc ſuum, &c.

Golinus. Ruſſus.

3 *Form. apocæ verificatæ per partitam Banci.*

Banco di S.Giacomo pagate al Sign. D. Gennaro N. doc. trentadue correnti, detti ſono per tanti preſtatemi grazioſamente per il medemo voſtro Banco in queſto medemo giorno, per doverceli reſtituire ad ogni ſemplice ſua richieſta, e per l'effetto predetto obbligo me, miei heredi, ſucceſſori, e beni tutti con la clauſola di coſtituto, e precario. Caſa 13 Maggio 1690. doc.32. corr.&c. *Giuſeppe N.*

1690. a 13. Maggio. Al Sign. D. Gennaro N. doc. trentadue, e per eſſo a Giuſeppe N. quali ce li preſta graziosamente, per doverceli reſtituire ad ogni ſua richieſta. Contanti a d. Giuſeppe doc. 32.

Noi Governadori del Banco di S. Giacomo, e Vittoria facemo fede la ſudetta partita eſſer eſtratta dal Giornale di detto noſtro Banco, ſalva ſemper meliori reviſione, firmata, ſigillata. Nap. 27. Febraro 1691.

N. Reviſore.

Al Sig. Giudice di Vic. civile.

D. Gennaro N. ſupplicando eſpone V. S. come ave improntato doc.32. al Magn. Giuſeppe N. grazioſamente in virtù di poliſa bancale, e pagamento per Banco, per quelli doverli reſtituire ad nutum. E perche è ſtato richieſto più volte, e non vede quelli reſtituire; pertanto ſupplica V.S. ordinare, che ſi verifichi detta poliſa, e ſe li ſpediſcano le lettere eſecutoriali, realiter, & perſonaliter, una con tutte le ſpeſe, danni, & intereſſi, ſervata forma Regiæ Pragmaticæ, e l'averà a grazia, ut Deus.

Die 25 Maii 1691. Neap. Capiatur ſummaria informatio ſuper verificatione apocæ Banci, teſtes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam cauſſæ, & conventus recognoſcat, hoc ſuum.

Galeota. Sorrentinus Act.

Quo decreto notificato ſub die 25. Maii 1691. de perſona, ſuit factum aliud præceptum, v3.

Die 29. menſis Maii 1691. Neap. Per ſubſcriptum Dominum Judicem M.C.Vic. proviſum, & decretum eſt, quod ſtante Apoca Banci verificata per eandem partitam Banci ad inſtantiam Magn. D. Januarii N contra Magn. Joſeph N. pro ſumma ducatorum triginta duorum, expediantur, & conſignentur litteræ executoriales realiter, & perſonaliter, una cum expenſis, ſervata forma Reg. Pragmaticæ, hoc ſuum, &c.

Guaſcus. Sorrentinus Act.

Hoc decretum non notificatur. Sed conſignantur litteræ executoriales, juxta ea, quæ dixi ſupra.

Form. Litterarum Executorialium.

De Mandato M. C. Vic.

4 Ad omnem inſtantiam, & requiſitionem Mag. D. Januarii N. ſive, &c. exequatur realiter, & perſonaliter contra & adverſus Mag. Joſephum N. pro ſumma ducatorum triginta duorum per dictum Mag. Joſeph debita, vigore apocæ Banci verificatæ per eandem partitam Banci, ſtante quod per decretum ſubſcripti Domini Judicis hodie prædicto die taliter fuit ordinatum, quod exequatur, prout ex actis, & captus ducatur ad carceres ipſius M.C., ſin autem exequatur in bonis, aſportetur executum prædictum penes Tubictam ipſius M.C. ibidem, &c., donec, &c. exequatur etiam pro aliis caroleniis . . . pro præſentium expeditione; ſigillo, Magn. Secretario, ac pro veſtro juſto, & competenti ſalario, alias, &c. Datum Neapoli die 29. menſis Maii 1691.

„ Vid. *nov. Conſtit. num.* 13. §. 1., ubi habetur,
„ quod alias ſtatutum in corpore Pragmaticarum
„ legitur, ſc. quod poſt literarum executorialium
„ expeditionem prorſus debitor non audiatur, niſi
„ in vinculis, aut facto depoſito.

5 *Form. recognitionis per partitam Banci, prius giratam per altritanti in confidentiam.*

1683. a 21. Gennaro. Al Sign. D. Gennaro N. doc. 25., e per lui a D. Gaſparo N. per altri tanti, per Bancum S. Eligii.

Banco della Pietà pagate per me al Sig D. Gennaro N. doc.25. per tanti improntatemi grazioſamente da un anno fa per mezzo del Banco di S. Eligio ſotto titolo per altritanti. Però rei veritate fu detto per altritanti per atto di confidenza; atteſo li ricevei impronto, e detto pagamento lo farete ad ogni ſua richieſta in pace, non oſtante qualſivoglia eccezione. Nap. 6. Decembre 1683.

Al Sign. Giudice di Vicaria.

D. Gennaro N. eſpone a V.S., come deve conſeguire da D. Gaſparo N. doc.25. in virtù di poliſa bancale; E perchè non cura quelli pagare, ſupplica V. S., che ſi ſpediſcano le lettere eſecutoriali, una cum expenſis.

Die 5. menſis Novembr. 1684. Capiatur ſummaria informatio ſuper verificatione apocæ Banci, teſtes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam Cauſſæ, & conventus in biduo recognoſcat, hoc ſuum, &c.

Notificato decreto prædicto domi die 5. Aprilis 1684. fuit interpoſitum decretum per Dom. Marcianum tunc Judicem M.Curiæ, & deinde ob ejus merita Regiæ Cancellariæ Regentem.

Die 18. menſis Novembris 1684. Neap. Per ſubſcriptum D. Judicem M.C.V. proviſum, & decretum eſt, quod ſtante apoca Banci verificata per partitam Banci S. Eligii, expediantur, & conſignentur litteræ executoriales realiter, & perſonaliter una cum expenſis, ſervata forma Regiæ Pragm. hoc ſuum, &c.

6 *Form. apocæ Banci cum clauſulis valde bonis pro cautela creditoris.*

Banco della Pietà pagate a N. N. docati trenta per altritanti da lui realmente, & effettivamente ricevuti di contanti ad impronto grazioſamente, renunciando con giuramento all'eccezione non numeratæ pecuniæ, vel futuræ numerationis, & ad ogni altra eccezione, &c. e detto pagamento ce lo farete alla fine dell'entrante meſe d'Aprile del preſente anno 1695. in pace, &c. e non oſtante qualſivoglia eccezione, &c. anche di liquida prevenzione &c. alla quale prevenzione anche liquida, & ad ogn'altra eccezione eſpreſſamente con giuramento rinuncio, e prometto non ſervirmene. Deſignando per citazione la Curia del ſottoſcritto Notaro ſita a Seggio di Nido. E per oſſervanza di ciò obbligo me medeſimo, miei eredi, ſucceſſori, e beni tutti preſenti, e futuri con clauſola di coſtituto, e precario. Napoli 21. di Marzo 1695.

Io N. di N.

Io N. di N. ſono teſtimonio.

Io N. di N. ſono teſtimonio.

Fo fede, che la ſudetta poliſa ſia ſtata in mia preſenza ſottoſcritta di propria mano del predetto N. N., e teſtata dalli predetti teſtimonj. Ed in fede Io Notaro T. di T. di Napoli ho ſignato.

Locus ✱ Signi.

„ Per *nov. Conſtit. §. v. num.* 17. nomina teſtium de-
„ bent prius per Notarium deſcribi in corpore apo-
„ carum, & poſtea ipſemet teſtes ut hic ſupra ſe
„ ſubſcribunt; dies vero per extenſum & non per
„ numeros deſignanda. Quod notatu dignum.

CAP.

C A P. IV.

De Apoca, & omni alia scriptura privata.

S U M M A R I U M.

Scriptura publica, quæ sit, & quæ privata, num.1.
Scriptura privata triplex est, num.2.
Scriptura privata potest recognosci quatuor modis, & recognita habet executionem paratam secundum aliquos; Sed contrarium vide infra, num.3.
Praxis procedendi per præcepta in contumaciam pro recognitione scripturæ privatæ, num.4.
Scriptura privata in Regno non habet paratam executionem, nisi sit apoca bancalis, vel littera cambii, n.5.
Scriptura continens summam infra duas uncias summarie expeditur, sed ultra duas uncias requirit judicium ordinarium cum termino, & sententia, n.6.
Confessio judicialis habet executionem paratam, & contra confessum, statim relaxantur literæ executoriales, quomodo intelligatur, & quomodo hoc sit verum, num.7.
Confessio in judicio ordinario non habet executionem paratam, sed compilato termino, profertur sententia, num.8.
Scriptura privata in Regno non habet privilegium paratæ executionis, sicut habet in aliis Regnis, & ratio assignatur, num.9.
Apoca privata in Curiis Regni extra Neapolim, servatur praxis tradita per Mauf. *expediendi executorium in contumaciam, sed in M.C.V. omnino requiritur terminus, & sententia, & assignatur ratio diversitatis*, num.10.
Apoca privata quando habet hypothecam, & vim instrumenti, num.11.
Apoca privata, ut habens prælationem, & hypothecam contra tertium, quomodo verificari debet, num.12.
Decis.de Franch.94.& 544., *declaratur*, num.13.
Cautela pro recognitione apocæ privatæ traditur, ut graduetur inter creditores instrumentarios, num.14.
Assistentia quando præstari potest vigore Albarani, n.15.
Scriptura privata requirit terminum, & sententiam; tamen recognitio ipsius executive fit per præcepta, & quomodo hoc procedat, traditur praxis, num.16.
Recognitio apocæ privatæ impediri non potest per quamcumque exceptionem, neque per appellationem, n.17.
Recognitio scripturæ privatæ peti potest, & fieri debet in quacumque parte judicii, etiam post conclusum, num.18.
Recognitio apocæ privatæ non admittit declinatoriam sed admittit exceptionem incompetentiæ, rejecto Muscat. Covar. *& aliis*, num.19.
Litteræ missivæ, quomodo recognoscantur, & quam probationem faciant in Regno, num.20.
Litteræ missivæ recognitæ in Regno non habent executionem paratam, neque inter mercatores, secus in aliis Regnis, & ita intelligendi sunt DD. *contrarium docentes*, num.21.
Partita Banci neque habet executionem paratam in Regno, sed requirit terminum, & sententiam, num.22.
Polisinum dictans: Pagarò al latore del presente, *habet executionem paratam alibi, sed non in Regno nostro*, num.23.
Scriptura privata cum clausula, ut valeat in vim publici instrumenti, facit plenam probationem, n.24.
Scriptura privata sigillo roborata facit fidem, num.25.
Scriptura privata patris, plene probat ætatem filii, num.26.
Scriptura privata cum clausula, così ne giuro, e do la fede, *junctis dexteris, contraveniens, tanquam perjurus non auditur*, num.27.

EXpedita praxi de apocis Banci, congruit hic praxim tradere de apoca privata, & omni alia scriptura privata.

1 Quisque scit, quod scriptura publica ea est, quæ publica auctoritate conficitur per Notarium, Judicem, & testes, *Gaitus cap.3.tit.1.num.*872. ex *Reg.Prag.2. de contract.*

Et e contrario scriptura privata est, quæ absque auctoritate publica non solemniter fit per privatas personas, vel etiam per Notarium cum ejus authentica, non tamen in formam publicam.

2 In jure scriptura privata est triplex, Apoca, Antapoca, & Syngrapha.

Apoca proprie dicitur receptio debiti facta a creditore ad beneficium debitoris, *l.plures C.de fid.instrum. l.qui tabulas, §.quoque, ff. de furtis*, & dicitur Apoca, sive Apodixa de recepto.

Antapoca, est proprie illa obligatio, quæ a debitore fit ad beneficium creditoris, quæ etiam dicitur Chyrographum, *Glos.in d.l.plures.*

Syngrapha dicitur, quæ a pluribus paciscentibus scripta est, *Genua qu.2.num.1.lib.1. de scriptura privata.*

Hodie autem ex communi usu loquendi confunduntur dicta nomina, & sub nomine Apocæ intelligimus Antapocam, & Syngrapham etiam, & fit divisio scripturæ privatæ in tres species. Scilicet apoca, epistola, & liber, *Dom.Maradei in prax. cap.12. num.*1. post *Sanfel.sect.51.num.16.*

3 Omnis scriptura privata similiter potest recognosci, prout diximus de Apoca Banci quatuor modis, vel per confessionem partis, vel per trina præcepta in contumaciam, vel per testes, vel per partitam Banci, sive per instrumenta publica.

Et recognita per principalem in judicio habet executionem paratam in vim confessionis judicialis, secundum *Dom.Maradei in prax. d.cap.12. num.4.* post *Mauf.qu.5. in 1.concl.num.39.* & post *Gait.cap.2.tit.9.nu.3251. Surdus dec.265.* & omnes communiter, ea ratione assignata, quia tunc dicitur confessio facta calore Judicii, quæ omnino debet habere executionem paratam, ex *Text.in l.legatum pro quo, ff.de in jus vocando*, & quia licet sit scriptura privata, tamen postquam est recognita, habet vim, uti publicum instrumentum, *Capibl.tom.2.cap.92.num.13.ex Gratian. discept.183.num.10.Rebuff.Maranta, & aliis.*

Volentes, quod executio parata detur etiam confessioni fictæ, causatæ per trina præcepta in contumaciam, *Gait.ubi sup.num.3253. ex Rebuff. Gaill. & Coler.* post *Gratian.tom.1. d.discept.183.nu.10.Manson. quæst.5.num.42.* dat praxim procedendi per præcepta
4 in contumaciam, quod in tertio præcepto dicitur præcise, & peremptorie recognoscat, alias providebitur haberi pro recognita, & si debitor non pareat, fit quartum præceptum, quod habeatur pro recognita, & statim relaxantur litteræ executoriales realiter tantum; sed *Gait.in cap.2.tit.8.num.2931.* dicit, quod tertium præceptum fit cum inserta forma apocæ recognoscendæ, & citatur personaliter debitor, si poterit, alias valide citetur domi, & *Dom. Marad.* etiam *d.c. 12. num.3. in prax.* dicit tertium præceptum fieri debere cum insertione apocæ, & cum commutatione, quod alias habebitur pro recognita.

5 At quicquid dicti Auctores dixerint, in Regno nostro scriptura privata sive recognita per confessionem, sive per contumaciam, sive per testes, sive per partitam Banci nunquam habet executionem paratam. Et ratio est, quia dum anno 1588. sub die 13. Januarii in publico parlamento fuit supplicatum Exc. Proregi pro parte hujus fidelissimæ Civitatis, ac Baronum, & Regni totius, ut dignaretur mandare, ne audiatur debitor, nisi prius facto deposito, vel in vinculis constitutus

tutus, quando convenitur vigore apocæ Banci, vel albarani subscripti, & recogniti a debitore, vel roborati trium testium subscriptione, ubi dixit, quod placet quoad apocas directas Banco tantum, *Pragm. 63. de offic. Proc. Cæsar. num. 2.* & per aliam *Pragm. in tit. de lit. cambii*, dictum privilegium paratæ executionis fuit datum etiam litt. camb.

Hinc fit, quod in Regno præter apocam Bancalem, & litt. cambii, nulla alia scriptura privata habet executionem paratam, licet sit recognita per confessionem, vel per præcepta in contumaciam, vel per testes, vel per partitam Banci, aut aliam probationem, & omnino procedendum est cum termino, & sententia.

Praxim hanc procedendi vigore apocæ privatæ confuse reperies scriptam apud Auctores, & neminem vidi ex nostris Regnicolis, qui per veros tramites dictam praxim elucidasset; quam si vis edíscere, audi bene sequentem praxim.

6 Si apoca esset modicæ summæ infra ducatos duodecim, tunc proceditur summarie ratione modicitatis summæ, juxta ea per nos dicta in *Præludio hujus Operis num. 4. & 5.*

Et ibi vide adnotata per novam Constitutionem.

Si vero scriptura continet majorem summam ducatorum duodecim; tunc procedendum est judicio ordinario cum termino, & sententia. Debitor enim debet condemnari, vel absolvi, & in termino audiri, absque deposito, extra vincula, non obstante; quod apoca fuerit verificata per confessionem, vel testes, ut supra.

7 Nec obstat illud axioma, quod in confessis nullæ sunt partes judicis, nisi in condemnando, & confessio, quæ fit in judicio, cum paratam habeat executionem, pro judicato habetur; adeo quod contra confessum, statim sunt relaxandæ litteræ executoriales, *ex Tex. in l. 1. C. de confessis, l. si debitores, & l. post rem, ff. de re judicata*, juxta illud *Ovidii lib. 2. de Ponte.*

Non est confessi caussa tuenda Rei.

Mascard. de probat. concl. 344. Surd. dec. 309. num. 14. Boer. dec. 90. n. 8. Gallup. in prælud. n. 22.

Et quod opus non sit sententia, nulloque præcedente processu, *Franc. Marc. dec. 710. n. 2.*

Nam supradicta conclusio habet locum, quando oretenus per Judicem fuit interrogatus debitor ad instantiam actoris petentis justitiam similiter oretenus, & sic in caussis modicis, quæ oretenus expediuntur.

8 Secus ubi proceditur in scriptis, præcedente libello, seu petitione, & debitor respondendo fuisset confessus, tunc non esset faciendum præceptum, quod infra dies tot solvat debitor confessus; Sed compilato processu, debet ferri sententia diffinitiva condemnatoria, ut dicit *glos. in cap. dudum in secundo in versic. responsionem, de electionibus, Paul. de Castr. in l. si debitori num. 6. ff. de judiciis, Affl.* post *Isern. in Constit. Regiæ Majestatis*, quos citat, & sequitur *Caravi. Rit. 187. num. 3. Sanfelic. in prax. sect. 60. num. 26. Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. num. 1171. Vela dissert. 23. num. 54. tom. 1.*

9 Hinc fit, quod dum scriptura privata in Regno non habet privilegium paratæ executionis, sed dictum privilegium fuit per *Pragm. 63. de Offic. Proc. Cæsar.* concessum apocæ Banci, cum clausula taxativa tantum, & fuit dictum privilegium denegatum albarano recognito, vel per testes probato, necessario debet ferri sententia, a qua potest appellari infra decem dies.

10 Unum adverte, quod si proceditur per præcepta de recognoscendo in Curiis Regni extra hanc Civitatem viget praxis tradita per *Mans.*, ut in quarto præcepto declaretur, quod apoca privata habeatur pro recognita, prout deterius in contumaciam debitoris, & quod exequatur pro summa petita in apoca contenta contra debitorem contumacem, & statim consignantur litteræ executoriales in contumaciam.

Verum in M.C.V. hoc non practicatur, sed declaratur, quod scriptura habeatur pro recognita, non tamen expeditur executorium, sed compilato processu, profertur sententia condemnatoria, *Thor. in 3. part. verb. albaranum continuus fol. 16.* Et in *compend. part. 3. sect. 2. verbo probatio albarani, fol. 336. & 337.* & notoria praxis est in M. C. V. proferendi semper sententiam, præcedente termino.

Ratio diversitatis est, quia in M.C.V. contra contumacem numquam expeditur executorium, nisi secundum merita probatorum, ut notatur in *l. consentaneum, C. quomodo, & quando Judex*, & juxta praxim traditam ab *Afflict. in Constitut. contumacem num. 2. lib. 1. rub. 79. de pæn. contum.* Et sic servatur in M. C. & S.R.C. teste *Gallup. in part. 2. num. 29.* dicens, quod sufficit, ut ex contumacia Rei actor relevetur in procedendo usque ad sententiam absque contradictore.

At in Curiis inferioribus Regni usus est generalis expediendi litteras executoriales in contumaciam debitoris citati absque alia probatione, nec sententia prolata, ea ratione, quia contumax dicitur ficte confessus in eo, quod fuit citatus; Verum si compareat, refectis expensis, suspenduntur litteræ executoriales, & auditur contumax, refectis expensis, & si fuerit processum ad executionem bonorum, & petierit sibi restitui bona executa, fit decretum, quod *præstita cautione de stando juri, & solvendo quicquid fuerit judicatum, bona executa restituantur.*

Hæc praxis servatur etiam in generali Audientia Exercitus, & in Curia Bajulari hujus Civitatis Neapolis, ubi continuo video expediri litteras executoriales contra citatum non comparentem, licet debitum minime sit probatum.

Hinc fit, quod in illis Curiis, ubi in contumaciam expeditur executorium pro debito, etiam non aliter probato, quam per fictam confessionem ex contumacia ortam, consimili modo viget praxis expediendi executorium vigore apocæ privatæ verificatæ per præcepta in contumaciam, absque sententia condemnatoria, absque compilatione termini, & sicuti de facili expeditur executorium, ita de facili suspenditur ad instantiam contumacis comparentis, & petentis terminum, & tunc dato termino, eoque compilato, profertur sententia, vel condemnatoria, vel absolutoria.

11 Apoca subscripta a debitore, & tribus testibus, si fuerit verificata per dictos testes subscriptos, habet hypothecam, & vim publici instrumenti; adeo quod in concursu creditorum habentium instrumenta publica, ille præfertur, qui prior est in tempore, *De Marin. resol. l. 73. num. 7. lib. 1. Ricc. collect. 19. & 158. & 1463. Ursill. dec. 272. num. 3.* per *Tex.* vulgatum in *l. scripturas, C. qui potiores in pignor. Barb. de Affl. glos. 12. n. 153. ex Abb. & Felin. in cap. 2. de fid. instrum.*

12 Sed, ut habeat hypothecam, & prælationem contra tertium a die celebratæ scripturæ, illa verificari debet audito tertio, sive auditis aliis creditoribus, de quorum interesse agitur, alias habebit hypothecam a die recognitionis tantum.

13 Unde mirum non est, si in *dec. 94. de Franch. in fin.* dicat, quod a die recognitionis hypotheca incipiat contra tertium, quia ibi non fuit plene probata apoca, ad præscriptum dicti *Textus in l. scripturas*, Dispositio enim dicti *Textus* fuit fundata in fraude, quæ fieri potest tum antedata, in præjudicium creditorum instrumentariorum.

Ideo *de Franch. in dec. 544.* refert creditores instrumentarios obtinuisse prælationem, licet posteriores, quia albaranum non erat plene probatum, ut *num. 6.*

Sed

Sed in caussa reclamationis quia fuit albaranum plene verificatum, creditor vigore albarani obtinuit prælationem contra creditores instrumentarios, & sic cessante fraude, seu suspicione antedatæ, cessat differentia inter Chyrographarium,& Instrumentarium, *Cavaler.dec.446.Merlin.de pignor.lib.1.qu.15.n.45.*

14 Cautela itaque erit, ut recognitio fiat auditis creditoribus, quia tunc retrotrahitur ad diem confectionis; At si recognitio fiat creditoribus non auditis, tunc a die recognitionis acquirit hypothecam, *De Luc.ad Franch.d.dec.94.num.4. Cost.de privil. creditor. regul. 3.ampl.3.num.13. Merl.de pignorib.lib.4.qu.15.num.5. Vela dissert.21. num.* 2. & sic vidi practicari in caussa Illustris D.Joseph.Spinelli Ducis Laurini, cum Illustre D.Fabritio Spinelli Principe de Scalea, contra quem expeditis litteris executorialibus vigore apocæ Banci per trina præcepta in contumaciam in M. C. V. in Banca de Amato; & illis præsentatis in Regia Camera Summariæ in Banca Matthæi de Mertino, penes Scribam Nicolaum de Raho, ubi erat concursus creditorum cum Regio Fisco, fuerunt omnes creditores instrumentarii graduati suo loco in actione hypothecaria super bonis deductis in Patrimonio, exceptis d. Ill.Duce Laurini,& aliis creditoribus Chyrographariis, qui fuerunt graduati in actione personali tantum; & sic creditores instrumentarii, licet posteriores, præferuntur Chyrographariis anterioribus.

Quapropter Procurator dicti ill. Ducis, ut possit graduari inter creditores hypothecarios in actione reali, & præferri creditoribus instrumentariis posterioribus, necesse habet uti sequenti practica. Debet in dicto processu, & Banca, ubi est concursus creditorum præsentare apocam Banci originalem, ibique facere petitionem, ut graduetur suo loco inter creditores hypothecarios in actione reali, stante quod apoca habet omnia requisita *Textus in l. scripturas* scilicet: Est trino teste notata, & a debitore subscripta. Et in verificatione dictæ apocæ petat citari, & audiri creditores, de quorum interesse agitur, ut evitetur omnis suspicio fraudis antedatæ, & in termino debet articulari, & probari, quod illi tres testes apodixarii sunt bonæ famæ, & opinionis; Verum ubi notorium esset bonum nomen, & opinio testium, sufficit allegare qualitatem notoriam, licet specifice non probetur. *Sanfel.dec.373.num.3. par.3. Dom. Marad. ubi sup.n.18.*

Et sis cautus in scripturis privatis apponere obligationem bonorum expresse, & verificationem apocæ facere citatis creditoribus, ut illis præferaris; & ubi esset mortuus aliquis ex tribus testibus subscriptis, facies alias probationes cum adminiculis, & conjecturis, ut excludatur omnis suspicio antedatæ, juxta tradita per *Dom.de Franch. in d.decisionibus ubi sup.* ubi per conjecturas fuit habitum albaranum plene probatum.

15 Et quando albaranum sit plene verificatum, si contineat clausulam constituti, & precarii, & obligationem bonorum, poterit vigore illius præstari assistentia, sicuti esset instrumentum, *Staib.cons.77. nu.28. Dom.Marad.in prax.cap.12.num.17.* & præfertur creditori instrumentario posteriori in tempore, ut supra dictum est.

16 Et licet vigore scripturæ privatæ non potest procedi executive, sed cum termino ordinario, & sententia, tamen cogitur pars eam recognoscere, & pro recognitione fiunt solita tria præcepta, quia recognitionis actus, & decretum, quo declaratur albaranum esse verum, vel quod scriptura habeatur pro recognita, est quid omnino separatum, & diversum a sententia condemnationis, vel absolutionis, quia potest dari casus, quod scriptura sit vera, sed debitor absolvatur; Adeo quod solet quandoque proferri decretum, post examen testium, *albaranum esse verum*, & non obstante dicta verificatione facta, datur novus terminus ad probandum incumbentia, eoque compilato, profertur deinde sententia absolutoria, vel condemnatoria, teste *Dom. Marad. in prax. cap. 12. num.13.*

17 Recognitio itaque scripturæ privatæ est executiva, & impediri non potest per quamcumque exceptionem, adeo quod neque appellatio admittitur a præceptis de recognoscendo ad actum suspensivum dictæ recognitionis, ea ratione assignata, quia judicium recognitionis dicitur executivum, & separatum a judicio condemnationis, & in executivis non suspenditur per appellationem, *Scacc. de appell.qu. 17. limit.9.num.6.* item quia judicatur appellatio frivola, & injusta non admittenda; dum gravamen non continet illud præceptum de recognoscendo scripturam a se factam, cum interrogetur de facto suo, & citatus cogitur Judici, & parti respondere, *Gait. de credit.cap.2.tit.8.num.2029.ex Bald.cons.335.vol.4. Marant.p.6.rubr.& quandoque appellatur n.361. Genua de script.priv.lib.2.tit.1.n.32.*

18 Et recognitio scripturæ privatæ per principalem, vel hæredem, &c. peti potest, & fieri debet in quacumque parte Judicii, etiam post conclusum quandocumque, sic decisum in Sac.Cons. refert *Gizzarell. dec.41.* post *Gratian. discep.551.tom.3.nu.37. Gait.de credit. cap.2. tit.8. num.3033.* secus vero recognitio per testes, quæ post conclusum fieri non potest.

19 Et in recognitione apocæ non admittitur declinatoria fori, ut diximus de apoca bancali, ea ratione, quia licet sit scriptura privata, quæ nullum habet privilegium, tamen, ut sæpius dixi, quia actus recognitionis est executivus, & in executivis non potest declinari forus; ideo debitor non auditur super exceptione declinatoriæ, nisi prius facta recognitione.

Sed hæc conclusio non est intelligenda, prout somniavit *Mans.*, quod possit cogi debitor in foro actoris ad recognoscendum in *qu.5. nu.44.* & idem docuit *Mascat.in glos. comp. p.2. num.99.* & quod non possit opponi nullitas ex defectu jurisdictionis, ut quia præceptum de recognoscendo sit emanatum a Judice incompetente, *Dom. Marad. cap.12. num.20.* ex doctrina *Dom.Altim.de nullit.rub.5.qu.35.num.4.* Nam dicti Auctores sunt intelligendi, ut non possit declinari forus prorogabilis, & competens debitoris, ut est Regia Audientia, vel M. C. in vassallos Baronum, quia forus M. C. & Regiæ Audientiæ non est omnino incompetens. Secus vero quando actor vellet cogere ad recognoscendum in foro baronali ipsius actoris debitorem, qui est subditus alterius Baronis, hoc fieri non potest, quia Curia unius Baronis est omnino incompetens respectu alterius Baronis, & requiritur, ut Judex, coram quo fit recognitio, sit competens debitoris, ad *Tex.in cap.at si Clerici de judic.* & probatur ex *Authen.* citato per *Gait. c.2. tit.8. num.3015.* & nos diximus supra de apoca bancali, quod exceptio incompetentiæ differt ab exceptione declinatoriæ. Hæc sunt bene menti tenenda, & advertenda, ne erres, quia vidi aliquos in hoc cespitare.

Scripturam privatam divisimus in tres species, & sub his tribus omnes aliæ scripturæ comprehenduntur.

20 Prima dicitur *apoca*, sive *apodixa*, sive *chyrographum*, de qua sufficiat, quod hactenus diximus.

Secunda species scripturæ privatæ est *Epistola*, sive *litera missiva*, quæ similiter plenam probationem faciunt, quando sunt recognitæ per unum ex quatuor modis, quibus verificatur omnis scriptura; Nempe per confessionem partis, per præcepta, quod habeantur pro recognitis in contumaciam, vel per testes, qui interfuerunt, & viderunt scribere, vel per par-

titam Banci, aut aliud documentum publicum, *Genua de ſcript. priv. lib. 3. num. 31.*

21 Imo non deſunt dicentes, quod litteræ miſſivæ recognitæ inter mercatores habent executionem paratam, *D. Maradei in prax. cap. 12. ex Rovit. conſ. 71. & D. Altim. ibidem ad conſil. 72. Staib. obſer. 132. tom. 2. Gait. de credit. cap. 2. tit. 6. num. 2121.*

Tamen quicquid dicti Auctores dicant, hoc non ſervatur in Regno noſtro, ubi per *Pragm. 63. de offic. Proc. Cæſar.* privilegium paratæ executionis fuit conceſſum Apocis Banco directis tantum, & fuit denegatum aliis ſcripturis privatis, ut ſuperius late dixi.

Poterit ſalvari eorum opinio, ut ſervetur in aliis Regnis, & locis, ubi talis conſuetudo, vel ſtatutum viget.

22 Adeo hoc eſt verum, quod *d. Pragm.* ab uſu populi, & ſtylo noſtrorum Tribunalium interpretata eſt, ut habeat locum in apoca tantum, quæ a debitore Banco dirigitur, ut ſolvat creditori pecuniam debitam.

Sed non extendatur ad apocam, ſive cedulam, quæ a creditore dirigitur Banco, ut ſolvat pecuniam, quam mutuo dat debitori.

Unde ſi creditor dat fidem crediti debitori, *Banco pagarete per me a Tizio doc. cento, che glieł impronto gratis per doverméli reſtituire fra un meſe.*

Ubi Titius tempore quo vadit ad recipiendam pecuniam a Banco, ut omnibus notum eſt, ſe ſubſcribit in calce giratæ, per quam ſubſcriptionem remanet obligatus ad reſtitutionem, & extracta copia dictæ partitæ a Banco, dicitur ſcriptura authentica, quia ex archivio publico extracta eſt, quæ non eget alia probatione, ſed plenam probationem facit; Tamen creditor per hanc ſolam ſcripturam non conſequitur executionem paratam, ſed dato termino, eoque compilato proferenda eſt ſententia condemnatoria; Et in termino reproducit in vim probationis eandem partitam, nec eget alia probatione; & ſic uſu receptum eſt in praxi ob dictam rationem, quia in Regno omnis ſcriptura eget termino, & ſententia, præter apocam bancalem, quæ fit a debitore ad beneficium creditoris, & præter litteras cambii proteſtatas in termino.

23 Ita pariter intelligendus eſt *Cardin. de Luca de credit. diſcurſ. 25. num. 5. & diſcurſ. 123. num. 10. & D. Carol. de Luca ad Gratian. diſcept. 454.* poſt *Anſald. de commerc. diſc. gener. a num. 169.* dicentes, quod *poliſſinæ: Pagherò al lator della preſente. O li pagherò con la reſtituzione della preſente.*

Quod in Provincia Salerni vocatur *Bollettinum*, habet viam executivam ex conſuetudine, maxime inter mercatores, & iſtiuſmodi Bollettinos faciebant mercatores Salernitani Bancheroli, penes quos negotiantes tamquam in publico Banco deponebant pecuniam, & per Provinciam itinerabant cum dictis Bollettinis, & expendebant, ac ſi eſſet fides crediti publici Banci; Quia quicumque reſtituebat bollettinum mercatori, depoſitam pecuniam ſtatim accipiebat. Hodie ob decoctionem mercatorum, & bancorum non amplius adhibentur.

Sed in Regno neque habuerunt unquam dictum privilegium paratæ executionis, nec etiam inter mercatores, & opinio *de Luca* poteſt habere locum extra noſtrum Regnum, ut advertit etiam *Dom. Carolus de Aleſſio ad Latr. conſult. 146. in fin.*, qui teſtatur vidiſſe proceſſum via ordinaria, & ſic ego ſemper practicatum vidi.

24 Scriptura mere privata, ſi contrahentibus ſit conventum, ut valeat in vim publici inſtrumenti, facit plenam probationem, vz. *Vogliono dette Parti, che queſto ſcritto benchè privato abbia forza quanto un' iſtromento publico, Farin. in dec. Rot. 8.* quem ſequitur *Riccias in collect. 1794.* ubi ita concludit, quicquid dixerit *Polidor. Ripa obſer. 336.* ſed in Regno, niſi verificetur, non probat, ut ſupra dixi, & deciſum refert in ſuo Senatu *Fontanell. clauſ. 6. gl. 3. p. 7. n. 32.*

25 Scriptura privata quando eſt ſignata ſigillo authentico, licet ſit privata, non eget teſtium verificatione, nam abſque alio fidem facit, *Maſc. part. 7. gloſ. præſentatas n. 10. Rota diverſ. dec. 813. lib. 1.* & aliquid in *dec. 227. par. 2. Riccias collect. 1794.* quod intellige de ſigillo publicæ perſonæ, vel ipſiuſmet Scribentis, dummodo ſit certum, & notorium, *Maſcat. ibid.*

26 Scriptura privata patris, quoad probandum ætatem filii ſui, plene probat, *Viv. dec. 443. Polidor. Ripa d. obſer. Ricc. cit. collect. 1794.*

27 In ſcriptura privata, vel albarano privato, optima cautela erit apponere clauſulam, vz. *E così ne giuro, e ne do la fede, junctis dexteris al T. creditore*, & ubi fuerint pacta invicem obligatoria, dicatur, *così ne giuriamo, e ci diamo la fede deſtra con deſtra fra noi*, vel, *così ne giurano ambe eſſe Parti, e ſe ne danno la fede tactis palmis fra eſſe.*

Poſtquam fides data æquiparatur juramento, & contraveniens erit perjurus, & uti perjurus non auditur per quamcumque exceptionem, niſi per exceptionem ſatisfactionis, ut late eſt videndum in *Tit. de Fide fracta in ſeq. 3. Specie Jud.* quæ fiunt ſine ſcriptura.

C A P. V.

De Praxi verificandi ſcripturas per manus comparationem.

S U M M A R I U M.

Scriptura recognita per litterarum comparationem, vel per teſtes habentes notam manum, plene probat in Civitate Janua, & in aliis Regnis, ſed non in noſtro Neapolitano Regno, num. 1. *& vide num. 5.*

Scriptura, quæ fieri ſolet parte abſente, ut in litteris miſſivis, libro rationum, teſtamento, & aliis, in Regno recognoſcitur per teſtes habentes notam manum, ſicuti in aliis Regnis, num. 2.

Teſtes deponentes non vidiſſe ſcribere, ſed fuiſſe rogatos a debitore poſt ſubſcriptionem, plene probant, nu. 3.

Teſtes deponentes habere notam manum, quando concurrunt alia adminicula, plene probant, num. 4.

Scriptura facta præſente parte verificata per Teſtes habentes notam manum, quando probat, n. 5. *& vide n. 7.*

Comparatio litterarum eſt de ſtylo Curiæ Romanæ, ſed in noſtro Regno probat ſolum in cauſa criminali, n. 6.

Teſtes habentes manum notam, ſi eſt magna res, & eſt notoria manus reperta inter alias ſcripturas probat, vel quando pars non contradixerit comparationi, num. 7.

Comparatio litterarum per teſtes habentes notam manum probat poſt mortem, num. 8.

Dos probatur per præſumptiones, num. 9.

Comparatio litterarum plene probat in capitulis matrimonialibus, & in omni ſcriptura concernente dotem, num. 10.

Comparatio fit per duos expertos electos, vel ab ipſis Judicibus cum ſcriptura publica, num. 11.

Teſtes habentes notam manum, debent eligi a Judice uti experti, num. 12.

ULtra quatuor modos verificandi ſcripturas, ut ſupra explicatos, additur quintus modus verificandi per comparationem litterarum, & eſt ultimum ſubſidium indagandæ veritatis, quando nec teſtes, nec Notarius produci poſſint, & a Scribente negatur, ita *Maſc. ampl. 18. num. 5.*

Ideo præſens Caput 5. ſeparatum a dictis primis quatuor ſpecialiter adjunximus.

Scriptura quando eſt recognita ſolum per littera-

rum comparationem de jure communi plene probat. *DD. in l. comparationes 16. C. de fid. instrum.* Et *Rota Januens. dec.* 181. refert decisum sufficere, quod testes deponant habere notam manum Scribentis.

1 Tamen est advertendum, quod hoc procedit in illa Civitate tantum, & in aliis Regnis, ubi de stylo hoc fuerit introductum, *Mans. qu. 5. concl. 3. num. 49.* Nam in Regno nostro Neapolitano vix semiplenam probationem facit comparatio litterarum, & minime dicitur legitime recognita scriptura privata, si testes dicant habere notam manum, & characteres cognoscere, nisi dicant se fuisse præsentes, & vidisse scribere, & subscribere, & sic regulariter scriptura a debitore conscripta, & ab eo negata, non potest per comparationêm litterarum comparari, nec alio modo, nisi per testes, qui deponant de visu, ut supra sic decisum per *Rot. Rom. dec.* 177. *&* 527. *&* 550. *Affl. & Ursill. dec.* 81. *Gramat. dec.* 84. ita ex *Aret. Socc. decis. Marsil. Cravett.* & aliis, quos sequitur, & refert *Menoch. de arbitr. cas.* 114. *num.* 32. *Gratian. discept. for.* 235. *nu.* 21. post *Scacc. Viv. Muscat. B llon. Thes.* & alios tradit *Gait. de credit. c. 2. tit. 8. nu. 2746. Ludovic. dec. Perus. 7. num. 17. Abb. & Canonistæ omnes in c. 2. de fid. instrum. de Franch. dec.* 105. semiplene itidem probat, quando est recognita ab uno teste, *DD. ubi sup.*

2 Hæc tamen conclusio habet locum in scriptura, quæ fieri solet parte præsente, secus in illa, quæ fieri solet parte absente, ut in litteris missivis, libro rationum, aut schedula testamenti, quorum recognitio legitime judicatur, quamvis testes non dicant se fuisse præsentes, & solum recognoscant, quia habent notam manum Scribentis, *Burs. cons. 39. num. 25. Puteu. dec. 1. & dec. 13. de fid. instrument. Maut. dec. 25. nu. 2. Genua de privat. script. lib. 3. tit. 1. num. 3.* & alii allegati per *Andreol. controv.* 78.

Et quod schedula testamenti recognoscitur per testes habentes notam manum, uti pulchrum singulare notandum, dicit *Rot. Rom. dec. 124. num. 2. p. 2. f. 654. in noviss. impress. Gravat. ad Vestr. lib. 6. c. 1. in lit. M. nu. 27. Mans. q. 5. concl. 3. num.* 51.

Item in libris rationum, *Rot. Rom. divers. dec. 277. nu. 2. par. 3. fol. 100. Grammat. & Mans. ubi supr.*

3 Item nota, quod si deponunt non vidisse scribere, sed fuisse rogatos a debitore post subscriptionem, tunc plene dicitur probare, *Affl. dec.* 104.

4 Et quando concurrunt alia adminicula, & testes dicunt habere notam manum, ex eo, quia plures viderunt eundem scribere, ex hac depositione oritur semiplena probatio, cui si jungatur comparatio litterarum; altera semiplena inducitur, quæ duæ semiplenæ junctæ faciunt plenam probationem, *Rot. Rom. dec. 124. n. 3. & dec. 813. vol. 1. fol. 118. Maresc. lib. 2. res. fol. 79. n. 6. Menoch. de arbitr. cas. 113. n. 22.*

5 Imo etiam scriptura facta parte præsente, dicitur sufficienter verificata per testes habentes notam manum, cum adminiculo, & ratione assignata, quia plures viderunt illum scribere, concludit *Andreol. cons. 70. num. 70. Gait. d. cap. 2. tit. 8. num. 2752. Rot. Rom. in noviss. diver. 553. par. 1. & dec. 124. num. 3. par. 2. Rum. cons. 46. nu. 9. lib. 4. Maresc. lib. 1. resol. 79. n. 6.*

6 Comparatio litterarum procedit de stylo Curiæ Romanæ ex statuto ibi existente, ut refert *Episc. Ric. dec. Archiep. 55. num. 10.* ex *Mart. vot. 41. num. 3.* & non alibi, nec in Regno nostro.

Limitatur, ut comparatio litterarum plene probet in Regno nostro, solum in casu, quo falsitas commissa sit in publico Banco, quando scilicet fit comparatio cum girata falsificata, *pragm. 8. de fals.* præcedente Domini principalis depositione asserentis, se nunquam scripsisse, de qua re vide *de Franch. dec.* 304.

Et in omnibus caussis criminalibus litterarum comparatio semiplenam inducit probationem, *Mans. d. qu. 5. concl. 3. n. 66.* ex *Suarez,* & aliis.

7 Limitatur etiam, quando apoca non excedit libram auri, idest ducatos septuaginta duos, prout erat libra tempore Justiniani, ut dixi *cap. 4. de præs. liqu. instrum. nu. 2.*, tunc per comparationem litterarum plene dicitur probata, *Ursill. ad dec. Affl. 181. n. 3.* ex eodem *Affl. in Constit. Regni Testamentor. n. 5. Mans. qu. 5. concl. 3. nu. 53.* Sed non perinde habet executionem paratam in Regno nostro, ut dictus *Mans.* somniavit ibi, quia obstat *Pragm. 63. de offic. Proc. Cæsar.* ut sæpius dictum est supra.

Et in omnibus scripturis cujuscumque summæ excedentibus libram auri, si appareat de omnimoda similitudine, & fuisset magna vis istius cognitionis testium habentium manum notam, quia pluries viderunt scribere, & quando esset notoria manus alicujus reperta inter alias scripturas ipsius, *Ursil. ubi sup.*

Et quando pars tacuerit, tunc censetur approbasse comparationem manus qualitercumque factam, & sic etiam depositionem testium, *Maresc. d. cap. 79. num. 3. Mans. d. qu. 5. n.* 62.

8 Et quando testes, vel principalis debitor sit mortuus, tunc omnis scriptura privata probari potest per solam comparationem litterarum, & per testes habentes notam manum principalis defuncti, & testium defunctorum, quia hoc casu subintrat regula, mortem vim recognitionis habere, & probatio dicitur adminiculata per mortem, *Mans. d. qu. 5. num. 64. & 65.* ex *Gaill. lib. 2. observ. 43. nu. 5.* & aliis ibi.

9 Et quia dos habet privilegium, ut probari possit per sola indicia, & præsumptiones, ex *Text.* expresso in *l. cum citra 15. C. de jur. dot.* ubi etiam *glos.* & sic decisum per *Rot. Rom. par. 2. divers. decis.* 316. Hinc fit, quod capitula matrimonialia, & omnis scriptura pri-
10 vata, quæ concernit dotem, per solam comparationem litterarum plene probant, *Mans. d. qu. 5. num.* 67. Verum tunc non habent executionem paratam, ut ibi annuit, sed requirunt terminum, & sententiam, & ita est notoria Praxis M.C.V. & S.R.C.

11 Scripturæ comparatio fit per duos expertos electos, *Viscont. ad Franch. dec.* 105., & debet præcedere lista inspectorum.

Et quandoque ab ipsismet Judicibus fit comparatio, quæ comparatio fieri debet per aliam scripturam publicam, & indubitatam, *DD. in d. l. comparationes 19. C. de fid. instrum.*

12 Et testes deponentes habere notam manum non sunt idonei, nisi tamquam periti in arte sint a Judice electi, *Mans. d. qu. 5. num. 52.* ex *Riminald. Junior. cons. 309. num. 16. & cons. 39. num. 53. vol. 1. Mart. vot. 45. num. 6.*

C A P. VI.

De formulis Apocæ privatæ, & decretorum.

S U M M A R I U M.

Formula Chyrographi, num. 1.

Formula memorialis porrecti per creditorem Chyrographarium, num. 2.

Formula decreti super verificatione apocæ privatæ, num. 3.

Debitor citatus opponit exceptionem satisfactionis, & constituit Procuratorem in calce citationis, num. 4.

Debitoris procurator opponit exceptiones dilatorias, & quod caussa committatur, num. 5.

Commissio Caussæ per Præfectum Annonæ uni ex Consultoribus Civitatis, num. 6.

Præceptum secundum super apoca privata, num. 7.

Requisitoria ad videndum juramenta testium, num. 8.

De

Depositionis testium formula, num. 9.
Decretum facultatis, num. 10.
Decreti diffinitivi formula in apoca privata, num. 11.
Requisitoria super taxa expensarum, num. 12.
Taxa expensarum formula, num. 13.
Formula primi pracepti post taxam pro executione decreti diffinitivi, num. 14.
Formula secundi pracepti pro executione decreti diffinitivi, num. 15.
Formula ultimi pracepti, quod expediantur littera executoriales, num. 16.
Formula litterarum executorialium pro apoca privato, num. 17.

Formula Chirographi.

1 DEvo al Signor N. doc. 60. per lo prezzo di porci 15. a ragione di docati 8. il paro. Napoli 17. Gennajo 1698.

Nicola N.

Io Francesco N. sono testimonio,
Io Giuseppe N. sono testimonio.

2 *Form. memorialis porrecti per creditorem Apodixarium.*

All'Illustris. e Spettabile Sign. Presidente del S. R. C. Regio Grassiero.

N. de N. rappresenta a U.S. illustriss., come per residuo di prezzo di porci deve conseguire da Nicola N. Chianchiero doc. 9. E perchè richiesto più volte ha differito, e differisce il pagamento. Supplica U. S. Illustris. compartir termine summario per la verificazione del polisino, che presenta in pronto, con ordinare al medesimo la ricognizione di esso, altrimente aversi per riconosciuto, e condennarli al pagamento di detta summa una con tutti danni, spese, ed interessi in ogni miglior modo, e l'averà a grazia, ut Deus.

3 *Formula decreti super verificatione Apoca privata.*

Die 16. mensis Januarii 1699 Neap. Per Spectabilem Regentem D. Felicem Lanzina Ulloa Præsidentem S.R.C. & annonæ Præfectum fuit provisum, & decretum, quod in biduo capiatur summaria informatio super expositis in retroscripto memoriali, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam Caussæ, & in eodem termino retroscriptus Nicolaus N. recognoscat bollettinum in actis præsentatum, alias, &c. hoc suum, & intimetur.

Ulloa Reg. & Præs. De Aloysio.

Actor offert deponere.

4 Nicola N. intimato dice aver sodisfatto per intiero, come sarà costare per testimonj, e che non si procedi, se non si notifica il Magn. Matteo Albano, quale costituisce suo Procuratore con giuramento in detta causa, altrimente si protesta di nullità.

A 2. di Gennajo 1699. Napoli. Io Giuseppe Davasto Portiero ho notificato il detto Nicola N. personaliter, quale di proprio pugno ha risposto, come di sopra.

5 Albanus instat causam committi, & pendente termino instat provideri super comparitione præsentanda, & non procedi ad alium actum, opponens omnes exceptiones dilatorias, & peremptorias in forma, & petit depositionem principalis.

Die 6. Februarii 1699. Neap. Vincenzo Casella ho notificato il Dot. Matteo Albano personaliter.

Die 17. Februarii 1699. Actor dedit cautionem de expensis in forma solita, & constituit suum Procuratorem.

6 Magnificus U. J. D. Petrus Antonius de Sessa Consultor hujus fidelissimæ Civitatis, auditis partibus, de justitis provideat. Neap. die 7. Februarii 1699.

Ulloa Reg. & Præs.

Secundum præceptum super apoca privata.

7 Die 18. mensis Februarii 1699. Neap. Per Mag. U.J.D. Petrum Antonium de Sessa Consultorem hujus fidelissimæ Civitatis, & Commissarium Subdelegatum fuit provisum, & decretum, quod terminus alias in præsenti caussa datus per Spectabilem Annonæ Præfectum sub die 16. proximi elapsi mensis Januarii currentis anni currat, & currere intelligatur ab hodie, stantibus adimpletis, testes habeantur pro citatis, & recipiantur per Scribam Caussæ. & nihilominus cum effectu præcise, & peremptorie in alio biduo retroscriptus Nicolaus N. recognoscat bollettinum in actis præsentatum, alias ipso termino elapso habebitur pro recognito, prout deterius, hoc suum, & intimetur.

Sessa.

Actor offert deponere, & protestatur de expensis.

8 Requirantur Partes ad videndum juramenta testium. Neap. die quo supra.

De Chiara Scriba Caussa, & Examinator Electus.

Nomina Testium sunt N.N.N.N.

Die 23. mensis Februarii 1699. Neap. Vincenzo Casella ho notificato il Dott. Matteo Albano personaliter.

Albanus instat notificari Principalem, alias de nullitate. Die quo supra fuit notificatus etiam principalis.

9 Die 24. mensis Februarii 1699. Neap. N. di N. della D. Terra, al presente in Nap. da circa un anno, e mezo, dice essere Studente di Legge, abita alla strada d' Arco nelle case di N. di età d'anni 20. in circa, ut dixit, testis summarie productus pro parte Magn. N. & medio suo juramento interrogatus, & examinatus super tenore memorialis per dictum Magn. N. porrecti Spectabili Annonæ Præfecto in caussa, quam habet cum Nicolao N. toto facto caussæ, & quicquid inde scit, dixit. Che esso testimonio si ricorda, che un giorno verso la metà del mese di Gennaro del passato anno 1699. ritrovandosi esso deponente alla casa del Magn. N. là venne Nicola N. Chianchero, il quale Nicola in presenza di esso deponente, ed altri fece uno polisino per lo prezzo de' porci, che lo stesso giorno disse aver comprato dal detto Magn. N. nel mercato, pagabile al detto Magn. N. e quello sottoscrisse detto Nicola di sua propria mano in presenza di esso testimonio, e di altri, dove esso si ci sottoscrisse per testimonio, e mostrato ad esso deponente il detto polisino, quale comincia; devo al Sign. N. doc. 60. e sequendo finisce, oggi 17. Gennaro 1698. cum subscriptione dictante: *Nicola N.* Quale polisino per esso deponente veduto, e riconosciuto, dixit, essere quello medesimo, che nella sudetta giornata, il sudetto Nicola N. fè in beneficio del detto Magn. N. per la summa, e causa in esso contenute, & esso deponente lo vidde sottoscrivere di sua propria mano, e ci fu presente, e si ci sottoscrisse per testimonio, e questa è la verità. Interrogatus de caussa scientiæ, de loco, & tempore dixit, ut supra.

De Chiara Scriba.

Et sic pariter extenduntur alii duo testes, mutato tamen sermone.

Facultas in caussa.

10 In caussa Mag. N. cum Nicolao N. ut ex actis.

Die 17. mensis Martii 1699. Neap. Per Magn. U.J.D. Petrum Antonium Sessa Consultorem hujus fidelissimæ Civitatis, & Commissarium Subdelegatum, fuit in præsenti caussa concessa facultas cum termino dierum duorum ad acta, & examen percunctandum, hoc suum, & intimetur.

Sessa. De Aloysio. De Chiara Scriba.

Albanus non intendit intervenire. Ideo ex officio charitatis instat notificari principalem, alias de nullitate, notificatus hodie 23. mensis Martii 1699.

Die 23. mensis Martii 1699. ho notificato il Dott. Matteo Albano personaliter.

A di 27. Marzo 1699. Giuseppe Davasto Portiero ho notificato Nicola N. personaliter.

Decretum diffinitivum.

11 In caussa Mag. N. cum Nicolao N. ut ex actis.

Die tertio mensis Aprilis 1699. Neapoli. Viso memoriali, fol.3. bollettino, fol.2. verificato per testes, fol.10. & 11. per Magn. U.J.D.Petrum Antonium Sessa Consultorem hujus fidelissimæ Civitatis, & Commissarium Subdelegatum fuit provisum, & decretum, quod Nicolaus N. conventus solvat in beneficium Magn. N. ducatos novem pro caussa, ut ex actis, una cum expensis, pro quibus fiat taxa per Scribam Caussæ, hoc suum, &c.

Sessa. De Aloysio. De Chiara Scriba.
Solvit jus trigesimæ.

12 *Form. requisitoriæ super taxa expensarum.*

Requirantur partes ad dicendum, quicquid. Neap. die, ut supra.

Jacobus Antonius de Chiara Scriba caussæ, & Taxator electus.

A di 14. di Aprile 1699. Napoli. Io Giuseppe Davasto Portiero della Regia Grassa ho notificato Nicola N. personaliter.

13 *Form. taxæ expensarum.*

Al Dott. Sig. Pietro Antonio Sessa Consultore di questa fedelissima Città, e Commissario Suddelegato.

Con decreto di V.S. delli 3. del corrente mi viene ordinato, che io intese le Parti facci la tassa delle spese fatte dal Magn. N. nella causa con Nicola N., e volendo ubbidire, ed esseguire l'ordine di V.S. come devo, ho prima monite le Parti, e riconosciuto il processo della causa sudetta, mi è parso tassare dette spese, v3.

Per presentata del Bollettino, fol. 1.	0	0	10
Per decreto del capiatur informatio, fol. 2.	0	3	10
Pili, per &c.	2	0	5
Che in tutto sono carl.	2	4	5

Che è quanto mi è parso tassare dette spese, e riferire a V.S. a chi fo riverenza, e b. le mani. Nap. 27. Aprile 1699.

D.V.S. Humiliss. ed Oblig. Servo
Giacomo Antonio di Chiara.

14 *Form. primi præcepti post taxam pro executione decreti diffinitivi.*

A 27. di Aprile 1699. Neap. Io Giuseppe Davasto Portiero ho notificato Nicola N. personaliter.

Die 2. mensis Junii 1699. Neap. Per Magn. U.J.Doctorem Petrum Antonium Sessa Consultorem fuit provisum, & decretum, quod pro executione diffinitivi decreti lati per præfatum Magn. Commissarium, cum effectu retroscriptus Nicolaus N. intra dies duos solvat retroscripto Magn. N. ducatos novem, ad quos servatis servandis fuit condemnatus vigore decreti prædicti pro caussa, ut ex actis, & alios ducatos duos, tarenos quatuor, & grana quinque pro expensis, servata forma retroscriptæ taxæ factæ per Scribam caussæ, alias providebitur, quod exequatur; hoc suum, & intimetur.

A 2. di Giugno 1699. Io Giuseppe Davasto ho notificato Nicola N. personaliter.

15 *Formula secundi præcepti pro executione decreti diffinitivi.*

Die 16. mensis Junii 1699. Neap. Per Magn. U.J.D. Petrum &c. fuit provisum, & decretum, quod cum effectu præcise, & peremptorie in alio biduo retroscriptus Nicolaus N. solvat retroscripto Magn. N. ducatos novem, ad quos servatis servandis fuit condemnatus vigore decreti diffinitivi pro caussa, ut ex actis, & alios ducatos duos, tarenos quatuor, & grana quinque pro expensis, servata forma retroscriptæ taxæ factæ per Scribam caussæ, alias termino elapso exequatur, hoc suum, &c.

Sessa &c.

16 *Form. ultimi præcepti, quod expediantur litteræ executoriales.*

A 16. Giugno 1699. Napoli. Io Giuseppe Davasto ho notificato Nicola N. personaliter.

Die 27. mensis Junii 1699. Neap. Per Magn. U.J.D. Petrum, &c. fuit provisum, & decretum, quod stante lapsu termini, in quo dictus Nicolaus non curavit solvere retroscripto Magn. N. ducatos novem, ad quos servatis servandis fuit condemnatus pro caussa, ut ex actis, & alios ducatos duos, tarenos quatuor, & grana quinque pro expensis, servata forma taxæ factæ per Scribam Caussæ; idcirco contra eum pro dictis summis exequatur, & expediantur, & consignentur litteræ executoriales realiter, & personaliter in beneficium dicti Magn. N. hoc suum, &c.

Sessa, &c.

17 *Form. litterarum executorialium pro apoca privata.*

De mandato Curiæ Regiæ Annonæ.

Ex provisione facta per Mag. U.J.D. Petrum Antonium Sessa Consultorem hujus fidelissimæ Civitatis, & Commissarium Subdelegatum per Spectabilem Regentem D. Felicem Lanzina Ulloa Præsidentem Sac. Regii Consilii, viceque Protonotarium, & Annonæ Præfectum. Ad instantiam Mag. N. sive, &c. exequatur realiter, & personaliter contra, & adversus Nicolaum N. pro ducatis undecim tarenis quatuor, & grana quinque, scilicet novem fortis principalis, ad quos servatis servandis vigore diffinitivi decreti fuit condemnatus, pro caussa, ut ex actis; & alios ducatos duos, tarenos quatuor, & gr.5. pro expensis, servata forma taxæ factæ per Scribam caussæ, ex quo per plura decreta illos non curavit solvere, & exequatur etiam pro aliis carolenis decem pro præsentium expeditione, vestroque justo, & competenti salario, & quicquid per vos executum fuerit in calce præsentium annotetur, & penes Tubictam M.Cur. asportetur, ibidem, &c. donec, &c. Et si de persona capi contigerit ad tutos carceres ducatur, ibidem &c. donec, &c. alias, &c. Datum Neapoli die 29. Junii 1699.

Petrus Antonius Sessa.
Leonardus de Aloysio Actorum Mag. & Secretarius.

Finis Tertii Tituli Secundæ Speciei:

QUAR-

QUARTUS TITULUS

De Libris Gabellarum, Aromatariorum, Mercatorum, & aliarum personarum.

PRÆLUDIUM.

SCripturam privatam divisimus superius in tres species, in Apocam, Epistolam, & Librum. Nam inter varias scripturas, quas creditor habere potest contra suum debitorem, liber numerari potest, qui fieri solet per Gabellarios, & exactores introituum Universitatis, & per Aromatarium, vel mercatorem, vel per quamlibet aliam personam.

Proinde expedita Praxi Apocæ privatæ, & Epistolæ in præcedenti Tertio Titulo, restat, ut in hoc quarto Titulo tradamus Praxim pro creditore, qui habet solum librum, in quo ipsemet creditor solet describere data, & accepta.

Hic quartus Titulus dividitur in quatuor Capita.

C A P. I.

De Libris Gabellarum, & Collectarum.

S U M M A R I U M.

D*Ebitores pro Gabellis, & Collectis coguntur realiter, & personaliter levato velo*, num. 1.

Libri Gabellarum, & Collectarum plene probant etiam negativam, num. 2.

Dom. Cajetanus Ageta *laudatur, & ejus dictum interpretatur*, num. 3.

Debitor collectarum cogitur de plano non citando nec per appellationem suspenditur executio, num 4.

Gabelloti licet de plano exequuntur, debent tamen subhastare bona executa: num. 5.

Exactor fiscalium non solum contra principales debitores exequitur realiter, & personaliter, sed etiam contra fidejussores, num. 6.

Fidejussor administratoris Universitatis non molestatur, nisi facta prius discussione cum principali, n. 7.

Exactor contra debitores Universitatis potest exequi contra hæredem realiter, & personaliter, num. 8.

Exactor Universitatis potest exequi contra Procuratores, & actores debitoris, num. 9.

Debitor collectarum non potest compensare cum eo, quod sibi debetur ab Universitate ex alia caussa, nisi satisfecit prius Regiis Fiscalibus, num. 10.

Universitas non habet tacitam hypothecam in bonis debitoris, sed potest agere personali actione, etiam contra tertios possessores bonorum, num. 11.

Universitas habet tacitam hypothecam contra Administratores Universitatis, num. 12.

Descriptus in catasto licet ipse non teneatur, cogitur solvere, & deinde repetit ab illo qui tenetur, n. 13.

Bona accatastata si venduntur, potest exactor exequi contra emptorem, & quomodo sit hoc intelligendum, num. 14.

Conductor non solvit collectas, sed Dominus, num. 15.

Exactor Collectarum potest interdicere debitoribus ingressum in bonis, donec satisfaciant, num. 16.

Exactor Collectarum propria authoritate potest exequi realiter, & personaliter contra debitores liquidos, secus illiquidos, num. 17.

Universitas potest carceratum pro crimine emparare pro debito civili, num. 18.

Exactor Universitatis an elapso anno gratis debeat habere brachium ab Officiali in cogendo debitores, num. 19.

Praxis licentiæ concedendæ exactori pro residuis post annum, num. 20.

Curia Baronalis incidenter potest cognoscere circa immunitatem Collectarum, & Gabellarum; nam Regia Camera est Judex competens, num. 21.

Auditor generalis Exercitus non potest amplius expedire provisiones pro immunitate militum, sed Reg. Camera tantum, neque S. Cons. ut olim, num. 22.

1 LIbri Gabellarum, seu Collectarum confecti personis publica auctoritate electis, plene probant ad arrestandum Civem pro Gabella, seu Collecta, & ita observatur in omnibus partibus nostri Regni Neapolitani, ubi arrestantur Cives, & forenses pro gabellis, & collectis; *Mans. qu. 6. num. 31. ex Angel. in l. quadam, §. nummularios num. 2. vers. nota ex consuetudine, ff. de edend. Mascard. de probat. concl. 975. n. 39.*

Gabellæ enim, & Collectæ exiguntur levato velo, *Coler. de process. exec. par. 3. cap. 2. n. 34.*

Et exactor potest executive procedere contra debitores realiter, & personaliter, *Novar. lib. 1. gravam. 352. num. 2.* per *text. in l. sacre, §. fin. ff. ad l. Juliam, l. quoniam nonnulli, ff. de appellat. l. Paulo Callimacho, §. fin. ff. de leg. 3. Rovit. in Prag. 4. de admin. Univ. num. 14. ex Clapr. in centur. 2. caus. Fisc. caussa 48.*

Et pro earum exactione una via electa, altera non tollitur, adeo quod Exactor potest uno, eodemque tempore compellere debitorem per capturam personæ, & bona ejusdem apprehendere, & vendere servatis servandis. *Tomat. de collectarib. cap 9. num. 37. inter tractatus diversorum tom. 12. fol. 160. Mans. ampl. 29. num. 14. & 108.* & de consuetudine servari, quod debitores mancipantur, & executor ad illius bona manus extendit, donec integre satisfiat, *Festas in tract. de æstim. part. 3. cap. 1. n. 16. Novar. d. grav. 352. lib. 1. n. 2. ex text. in l. nemo carcerem C. de exact. Tribut. lib. 10. Marant. in prax. p. 4. d. distinct. 9. n. 59.*

2 Et libri Gabellarum, seu Collectarum plene probant, etiam ad probandam negativam, *Mans. d. qu. 6. num. 31. ex Mascard. d. concl. 975. num. 40. vers. hoc velim, Nicol. de Passer. de script. privat. lib. 4. tit. de libr. ration. Gabell. num. 2. fol. 192.* post *Marant. par. 6. act. 6. rubr. sin autem producuntur testes num. 39.*

Et quod probant etiam pro tertio contra tertium, tenet *Joseph Ludov. commun. concl. 29. vers. ampliatur num. 7. & Mans. amp. 30. num. 37.*

3 Licet doctissimus *Aget. ad eruditiss. Commentar. in Regent. Moles, §. 6. de jur. Doban. qu. 1. num. 43.* dicat negativam solutionis non probari per libros Gabellarii, ex doctrina *Episc. Ricc. disp. 75. num. 8.* Et generaliter non credendum, quando de tertii præjudicio agitur, ex eodem *Rota disp. 77. n. 9.* Sed hoc ego intelligo juxta *decis. Affl. 400* ut si quis vellet probare immunitatem non solvendi gabellam ex eo, quia non reperitur descriptus in libro Gabellariorum; non potest dicta negativa probari, ex eo, quod in libris non apparet solvisse; & sic dicta negativa se non solvisse, ob immunitatem prætensam, non dicitur probata ex libro, in quo non est descripta solutio.

Sed quando quis reperitur descriptus, & non appa-

ret

ret solvisse, tunc standum est libro, donec contrarium probetur a debitore, & ita practicatur; & accatastatus a Deputatis ad scribendum catastum, eo ipso, quod in libro reperitur descriptus, cogitur juxta catastum solvere, & si sentit se gravatum, & appellat a catasto, per dictam appellationem non suspenditur exactio, sed R.C. mandat revideri, & quod interim allibratus solvat juxta librum catasti, *D.Scop.ad Nicol. in collect. decret. in fin.sup.num.*200. *Lagan.ad Rovit.in rubr. de appret.* Et sic per generale decretum Reg. Cam.est statutum apud *Regentem de Marin.arrest.*60.*fol.*18.*&* *arrest.*574. *fol.*144.ibi. *Qui se dicit gravatum in catast., & appretio, solvit interim juxta catastum, & fit revisio*; idem statuitur in *arresto* 668.*fol.*164.

Et allibratus potest dicere exactori, ostende librum, in quo sum descriptus, nam si ibi non reperiar non teneor tibi solvere, *text.in l.*1. *C.de exact.trib.lib.*10. ubi *Alex.*quem citat *Nicol.in collect. num.*196.

Et sic probatur per librum publica auctoritate confectum, an descripti in libro solverint, vel non, sed non probatur, an sit imponenda collecta, vel non, contra aliquem prætendentem immunitatem;& sic respectu collectarum impositarum probat, secus de imponendis, juxta pulchram distinctionem traditam per *Dom. Cons. Altim.in elaborato, & utilissimo tract. de nullit. judic. rubr.*7.*qu.*5.*nu.*14. post *Tusc.in lit.Q.conclus.*32.*num.*9. *Post.de manut.obs.*35. *num.*88. Sed vide, quæ dicam latius in *Tit.sequ.cap.de libris mercatorum*.

4 Et dicta exactio collectarum executioni demandatur, cogendo, & exigendo, de plano non citando, & etiam si debitor appellaverit, appellatione non obstante, proceditur ad venditionem, servatis servandis, ita decisum apud *Osasc. dec.*86. *num.*6. *&* 7. *Bald. cons.* 138.*Petrin.num.*3.*lib.*2.cum aliis allegatis per *Lancell. de attent.par.*9.*cap.*4.*limit.*25. *num.*2. *Mansampl.* 29. *num.*37.& sic appellatio non admittitur quoad actum suspensivum,& ita intelligendus est *Novar.gravam.*352. *num.*7. ubi indistincte dicit, non dari appellationem, & melius declarat *De Angelis cap.*14. *num.*3. *de Offic. Baronum*, *ex l.quoniam C. de appell.* & aliis ibi.

5 Verum Gabelloti, sive Exactores functionum debent subhastare bona excussa, & non ex abrupto vendere, *Cravet.cons.*111.*n.*19. *Roland.cons.*32. *num* 38.*in fin.lib.*1.*Lancellot.de attentat.par.*2.*cap.*4.*limit.*2.*num.* 7. & si non reperitur emptor, qui juxto pretio emat, non debent viliori pretio liberare, sed illa sibi adjudicari facere juxto pretio, præcedente æstimatione, ut *Roland.d.cons.*32.*num.*33.

De modo cogendi debitores Universitatis ad solvendum collectas.

6 Exactor fiscalium non solum contra principales debitoris exequitur realiter, & personaliter, sed etiam contra eorum fidejussores, ut *d.de Ang. in d.cap.*104. *num.*3.*&* *d.Nov.in d.grav.*352. *nu.*5.qui *Nov.*ampliat, ut fidejussores, qui pro suis principalibus solverint, pariter eodem privilegio exequi realiter, & personaliter potiuntur, & sic servari in practica testatur ad *tex. in l.in fraudem*, *§.qui pro alio*, *ff.de jure Fisci*.

7 Verum fidejussor, qui intercessit pro administratoribus Universitatis de bene, & fideliter administrando, non potest molestari, nisi facta prius discussione cum principali; etiamsi tali beneficio renunciaverit, ut per *Suarez in l.*2.*tit.de los Emplaciment,c.quarterur ultim. num.*11. *Rovit.in pragm.*5. *de Adm. Universitatum num.*13.*in* 1.*impress.*Ampliatur etiam, quod

8 Exactor contra debitores Universitatum pro tali caussa, potest exequi contra filium hæredem, vel alios heredes realiter, & personaliter, *d.de Ang.&* *Nov.ubi sup. ex l.unus, qui, ff.de jure fisci*, *l.cum quidam*, *§.debitores*, *ff.de usuris*. Ampliatur etiam, quod

9 Potest exequi contra Procuratores, & actores debitoris, *Montan.in d.pragm.*5.*de adm.Univ.num.*4. *ex glos. in d.l.jussis. Cod. de exact. Trib. lib.*10. *&* *l.si pones*, *C.de agricol.&* *censitis*.Ampliatur etiam, quod

10 Exactio prædicta est privilegiata, ut debitor ex caussa collectarum non potest compensare cum eo, quod sibi ab Universitate debetur ex alia caussa, ut per *Bart.in §.*1.*in Auth.de Collect.Rovit.in d.Pragm.*5.*nu.*25. *de adm.Univ.Nicolin.in collect.decret.n.*198. ubi *Dom. Scoppa*, & ratio est, ne impediatur solutio Regiorum fiscalium, quibus primo loco est satisfaciendum.

Ex quibus infero, quod si Regiis Fiscalibus fuerit satisfactum, tunc sit admittenda compensatio, ut evitetur circuitus inutilis.

11 Exactio prædicta est privilegiata, ut licet Universitas regulariter non habeat tacitam hypothecam in bonis debitorum suorum, ut *Foller.in d.Prag.*5. *de adm. Universitat.n.*35.*nisi in debitoribus ex caussa frument. l.Imperat. §.item rescripserunt*, *ff.de adm.rer.ad Civit. pertin.*

Tamen poterit Universitas actione personali agere contra tertios possessores bonorum, quæ fuerunt sui debitoris pro rata, ex mirabili privilegio inducto a *l.*2. *C.de debit.Civit.lib.*11.*Rovit.in d. Prag.*5.*n.*11.

12 Sed hic est advertendum, quod respectu eorum, qui administrant quomodolibet bona Universitatis, introducta est etiam hodie tacita hypotheca in beneficium Universitatis de jure Regni a die cœptæ administrationis, per *Pragmaticam ultimam de adm.Universit.* juxta ordinationem *Rovit.in* 1. *impress. publicata sub die* 31. *Maii* 1597. *quæ erat prima inter prætermissas*, ut advertit idem *Rovit.in d.Pragm.*5. *de adm. Universit.n.*12. & hodie in impressis per *D. Altim.* est *Pragm.*9.*de adm.Univ.*Practicam vero tradit *de Angelis d.tract.de offic.Baron.cap.*176.*n.*2.*&* 8.ubi tradit, quod

13 Exactor non potest recedere a catasto, & quinternio sibi assignato,nam descriptus in quinternio solvere debet collectas Exactori, repetit tamen solvens ab illo, qui de jure tenetur, verum facta excussione contra descriptum, nisi inveniatur esse habilis ad solvendum, poterit utique agere adversus possessorem, & allegat *Thesaur.dec.*164.& Addentes,ex sententia noviter lata de anno 1596.quod potest conveniri possessor, etiam pro tempore, quo bona ab alio possidebantur, allegat etiam *Nat.cons.*21.*Roland.a Valle cons.*52.*lib.*1.*&* *cons.* 29.*lib.*4. *de Ponte quæst.laud.*45.*&* *nu.*9.*d.de Ang.*concludit, quod

14 Exactor etiamsi bona sint accatastata venditori, potest nihilominus exequi contra quemlibet possessorem, quod etiam procedit in collectis de præterito, ex *Soccin. cons.*247. *vol.*2. *Barbat. cons.*84. *Natta cons.* 611.*Cravett. cons.*872.*lib.*5. *Addentes ad Afflict. decis.* 95.*num.*8. *Thes.dec.*164. quod semper intelliguntur, facta prius excussione contra descriptum, nam qui non est descriptus in catasto, potest dicere, ostende mihi, si sum in quinternio descriptus, ut idem *d. Ang. ubi sup.n.*7.ex *Corsetto in sing.in verb.collect.*, & ex traditis per *Bald.dec.*59.*n.*16.*Gram.dec.*59.*Alex.cons.*57.*col.*2. *in fin.volum.*4.

Sed quando descriptus in æstimo alienasset prædium,res vendita extrahi debet ab æstimo venditoris, & poni in æstimo emptoris, quia emptor tenetur ad collectas; sed si emptor non est solvendo, Universitas habet arbitrium, ut venditor non extrahatur de æstimo; & venditor cogitur ad solutionem, & ipse repetit ab emptore non solvente; & hoc quando in illa Universitate fit æstimum apertum; nam ubi consuetudo est fieri æstimum, ut vulgo dicitur clausum, scilicet quod æstimum non renovatur, nisi per triennium, vel per annum, juxta loci morem, quo termino durante; nec detrahitur, nec additur in æstimo, tali casu, nisi venditor pacificatur cum emptore, quod teneatur ad collectas a die venditionis, certe

yun-

venditor regulariter tenetur ad collectas usque ad renovationem aestimi, ut *d. de Ang. in d. cap.* 156. *ex Petro Gerardo de Petra sing.* 10.

15 Conductor vero non tenetur ad collectas, sed tenetur proprietarius, *de Franch. dec.* 107. *n.* 2. *de Angel. ubi sup. n.* 4. limitat in conductore ad longum tempus, *Novar. q. f. r.* 92. *n.* 11. *lib.* 1. allegatus a *d. de Angel.* Et e contra usufructuarius tenetur ad collectam, & non proprietarius, adeo quod collecta solvi non debet, quamdiu durat ususfructus in Clericis, vel personis privilegiatis, *Reg. de Marin. quotid. resolut.* 64. *n.* 1.

Limitatur, ubi collecta aequivalet perceptioni fructuum, quia tunc teneri proprietarium voluit *Roman. sin.* 157.

Ampliatur etiam, quod

16 Exactor collectarum habet privilegium, ut possit interdicere debitoribus ingressum in bonis per viam sequestrationis, & interdicere bonorum administrationem, donec pro debitis collectis ipsi Exactori satisfaciant; *de Ang. in d. cap.* 126. *num.* 2. *ex Colero de process. exec. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 142. *Mansun. de cauß. exec. ampl.* 29. *n.* 123. Unde solent fieri banna, ne triturent frumenta debitores collectarum absque licentia exactoris, ex doctrina *Coler. de process. exec. part.* 1. *cap.* 2. *n.* 142.

Sed occurrit dubitari primo, an

17 Exactor potest dictam executionem realem, & personalem facere propria auctoritate sine licentia Officialis, dum *d. de Ang. in cap.* 176. *n.* 1. dicit, quod potest exequi realiter, & personaliter, vendere, & subhastare bona, nec Officiales Baronum eos impedire possunt, imo brachium gratis, & ad nutum impartiri. In Regno de hoc non datur quaestio, quia expresse cautum est per *Prag.* 5. *de adm. Univ.* §. 11. relata ab eodem *de Ang. & Nov.* ubi disponitur, ut Syndicus, vel Exactor debeant in scriptis apud acta requirere Capitaneum, seu Officialem loci, ut adstringat debitores Universitatis renitentes, veros, & liquidos, omni mora postposita gratis, alias teneatur in Syndicatu, quae *Pragm.* concordat cum jure communi in *l. missi, & l. in Fiscalib., Cod. de exactoribus Tributorum lib.* 10. *Rov. Foll. & Mont. in d. Prag. concorditer.* Sed ex his colligitur, quod non potest Syndicus, vel Exactor absque licentia, & brachio Officialis executionem facere, nec realem, nec personalem, & ratio assignatur ab eodem *Montan. num.* 3. nam licet quis habeat licentiam, & potestatem exigendi, non per hoc habet potestatem cogendi resistentes, sed debet requirere brachium potestatis loci, *l. si quis missus, ff. ne vis fiat ei*, & isti exactores Universitatis non habent Jurisdictionem, *l.* 2. *C. de Can. largit., & Joannes de Plato in dict. l. missi, & d. Montan. ubi supr.* distinguit, quod si debitum est clarum, & liquidum, debet procedere absque debitoris citatione, executive procedendo, & sufficit proclama, quod adveniente tali tempore solvant collectas; sed in venditione bonorum, tunc requiritur citatio debitoris, *Aymon. cons.* 121. *num.* 19. *Montan. d. Prag.* 5. §. 10. *num.* 4.

Debitor liquidus dicitur is, qui descriptus reperitur in libro aestimi per Universitatem dato exactori; & in Regno viget praxis, ut absque alia licentia Officialis, nec citatione debitoris, exactores procedunt ad capturam personarum, & bonorum.

Secus si debitum non esset liquidum, tunc enim requireretur ordo judicii, & non potest exequi contra debitorem non liquidum, nisi post sententiam, ut concludit *Montan. in d. Pragm.* 5. §. 11. *nu.* 4. ex *Text. in l. defensionis, Cod. de jure Fisci, & l. facultas eodem tit. & l. unica, C. de Conduct. & Proc. Domus August.* Ampliatur quod

Debitum tunc non dicitur liquidum, quando in libro apparet partita vitiata, vel alio modo dubia, aut aliquo modo appareret satisfacta.

18 Exactio debitoris liquidi Universitatis est privilegiata, ut si dictus debitor propter delictum est banditus, si se praesentet, praetendens gaudere indultu, & fuerit per Judicem dictum, quod gaudeat indultu, & per consequens, quod reponatur in pristinam libertatem, per tradita ab *Ursillo ad dec.* 160. *nu.* 7. potest emparari pro debito Universitatis liquido, & ratione dictae emparae, non est reponendus in libertatem, licet pro caussa crim. esset reponendus in pristinam libertatem, ut latissime *Montan. ubi supr.*

19 Secundo occurrit dubitari dispositio *d. Pragm.* 5. §. 11. *de adm. Univ.* an habeat locum elapso anno, ita ut semper, donec integralis exactio fiat, cogantur Officiales brachium impartire gratis, & ad nutum Syndici, vel Exactoris; concludit *de Angelis in supracit. cap.* 104. *de Offic. Baron. num* 6. contra Officiales increpando, quod aliqui cavillosi Officiales elapso anno negant dictam licentiam gratis, & contra Officiales vidisse plures per Regiam Cameram ordinatum ad instantiam Universitatis Terrae Scanni, & in *cap.* 176. *num.* 3. idem *de Angelis* allegat *Mansonium de cauß. execut. ampliat.* 29. *num.* 124. Ampliando, quod

Exactores collectarum etiam elapso termino praefixo ad exigendum, possunt via executiva procedere, & possunt se opponere Officialibus, qui pro concessione brachii ad ita exigendum praetendunt gagia, & emolumenta exorbitantia extorquere, & quod donec expleatur exactio, procedere possunt via executiva, subjungens, quod male servatur in praxi, dum Officiales solent recipere mercedem pro brachio impartiendo. Haec ille.

Hanc conclusionem videtur firmare etiam *Montan. in d. pragm.* 5. *de adm. Univ.* §. 10. *num.* 2. ubi movet articulum, quod deputati ad exactionem pecuniae Universitatis elapso tempore solutionis ipsi tenentur solvere de proprio quantitates non exactas, una cum damnis, & expensis, & hoc de jure communi, ut in *l. dolus, ff. mandat. l. procuratorem, C. eod. & de jure Regni per d. Pragm.* 5. *ut sup.*

Verum possunt repetere ab his, a quibus exigere debuerant, & *gl. in l. missi, C. de exactor. trib.* dicit Syndico, qui solvit, competere actionem negotiorum gestorum, vel condictionem ex lege, sicuti si pro alio solvisset, & sic debere juris ordine servato conveniri debitores.

Sed ex doctrina *Joan. de Plato d. Montan.* concludit contrarium, scilicet quod poterit uti jure Universitatis. Et sicuti Universitas sine forma judicii poterat exigere, ut in §. 11. *d. Pragm.* 5. sic poterit iste Syndicus, vel Exactor, qui in locum Universitatis successit, debitorem de facto carcerari facere, vel facere executionem in bonis.

Ego autem non sic simpliciter huic conclusioni consentio, nisi cum distinctionis discrimine; Absurdum enim esset, si Syndicus, vel alius Deputatus ad exactionem perpetuo posset de facto carcerare, & capere bona, & gratis semper habere licentiam ab Officiali, donec durat exactio.

Primum absurdum, quia gravarentur Cives; nam tantum de jure communi exactoribus Universitatis datur annus ad exigendum, nisi aliud appareat, *l. sive Cod. de exact. & execut. lib.* 12., *Bart. in l.* 4. §. *action, vers. quare, ut pro tali debito, ff. de re judicata.*

Et *d. Pragm.* 5. *de adm. Universit.* mandat, ut adveniente tempore solutionis statim, & incontinenti omni mora postposita, itaut non habeant residuum in fine administrationis, cogant debitores ad effectualem solutionem, cum brachio Officialis loci gratis, nulla mercede soluta per Universitatem.

Post finitam administrationem miseri Cives haberent plures Syndicos exequentes de facto, & saepe vidi

di uniri quinque, sex, & plures Syndicos annorum præteritorum in perniciem publici; Quia incarcerant, & acceptis muneribus excarcerant, & dant dilationem, extorquendo munera a debitoribus; & negligentia, ac dolus Exactoris retorquetur in perniciem publici; Ideo notentur verba *d.Pragm.* ibi §.11. *Perche non possa allegare scusa alcuna, quando non facesse l'essecutione subito venuto il tempo del pagamento, stanimo, che gli Officiali richiesti statim, & incontinenti, &c. debbano costringere i debitori senza pigliarsi paga, &c.*

Hæc itaque prærogativa a *Pragm.* datur, ut exactor non possit excusari post lapsum tempus exactionis; lapso itaque tempore expirat illa facultas, quia sibi ipsi erit imputandum.

Secundum absurdum est, quia ut exigatur collecta futura pro Reg. Fiscalibus, & aliis oneribus Universitatis, debet exigere personaliter, & realiter tantummodo novus exactor, alias impediretur solutio Regia; & proinde Reg.Cam. mandat, ut Commissarius instrumentariorum cesset ob Universitate, quando accedit Commissarius fiscalium, ne per illum impediantur fiscales Regii; Non enim convenit uno eodemque tempore a pluribus Commissariis, vel a pluribus Exactoribus persequi Cives.

Exactores itaque durante anno, vel semestri exactionis faciendæ, possunt de plano, & sine citatione cogere debitores personaliter, & realiter.

Secus pro collectis præteritis; tunc juridice citatis debitoribus, licet summaria, erit procedendum, ad cogendum pro solutione residui non exacti in tempore, ita *Cancer.var.resol.lib.1.resol.6.par.2.num.*158.

Et ratio, quia finito anno debitum efficitur particulare ipsius exactoris, *Guid.Papa dec.*87.

Adeo quod si debitores efficiuntur non solvendo post annum, nocet Administratori, non autem Universitati, nisi mora, & negligentia in exigendo non fuerit culpa administratoris, seu exactoris, vel saltem non fuerit magna, sed fuerit aliqua modica benignitas, quia tunc periculum decoctionis non debet administratori, seu exactori imputari, & in hoc arbitrium Judicis versabitur, ut late *Capibl.supal.2. n.*10. & quod finito anno Syndici, vel Exactores non habent amplius illud privilegium contra debitores pro residuis, docet *Bartol.in l.missi opinatores, Cod.de exact. Tribut.lib.*10.

Verum retinent viam executivam, & judicio executivo coguntur debitores pro residuis, respectu qualitatis exactionis, cum agatur de tributis, juxta tradita per *d.Capibl.ubi supr.Mausampl.*19.*num.*124. & *Montanar.pragm.*5.§.10.*de administr.Universit.*

20 Ego autem ubicumque fui Gubernator, vel Judex, elapso anno, in calce libri dedi licentiam, hoc modo, *liceat exactori continuare per alios menses sex eamdem facultatem cogendi realiter, & personaliter debitores in libro descriptos pro residuis liquidis, & summam uncia non excedentibus, salvo jure recursus.*

At in summis non liquidis, vel excedentibus unciam, volui semper audire debitorem, & prævia citatione procedere.

21 Curia Baronalis non potest cognoscere de immunitate collectarum, & gabellarum, sed Regia Camera est Judex competens, quia concernit interesse Regii Fisci.

Verum incidenter potest Curia Baronalis cognoscere, *Dom.Cons.Altim. in rubr.*9. *qu.*24. *num.*22. *ex Capiblanc.in prag.*8.*par.*1.*n.*266.

Unde solum Regia Camera concedit privilegia Patribus onustis num.12. filiorum, quia concernitur interesse Regii Fisci, *Sansel. dec.*391. *Novar. tom.*2. *gravam.*170.

Et provisiones immunitatum olim expediebantur per Sac. Reg. Cons. per *Pragm.*61. §.14. *de Offic. Proc. Cæsar.*

Hodie vero expediuntur solum per Reg. Cam. Summ.per *Pragm.*72.§.2.*eod.titulo.*

22 Adeo quod Generalis Auditor exercitus non potest amplius expedire provisiones immunitatum gabellarum, & collectarum, in favorem militum, sed expediuntur per Reg. Cam. vel Collat. Cons. *Pragm.*13. *de Militibus.*

C A P. II.

De Libris Aromatariorum.

S U M M A R I U M.

Libri Aromatariorum plene probant non exhibitis receptis Medicorum, de consuetudine totius Italiæ, num.1.

Computum finale in libris Aromatariorum quando partitæ sunt cassatæ, non probant, num.2.

Regens de Marin. *contrarium sentiens declaratur, cum distinctione,* num.3.

Praxis procedendi vigore libri Aromatarii, num.4.

Taxa medicamentorum si fiat per eumdem Medicum, qui medicamenta ordinavit, magna est cautela, num.5.

Taxa Medici revidenda est per unum ex octo Aromatariis in Civitate, sed extra per alium Medicum, vel Aromatarium in casu gravaminis, num.6.

Dom. Joseph Constantinus *Fisci Patronus laudatur, & refertur decisio ab ipso facta super revisione taxæ, & exceptione, quod exhibeantur recepta,* num.7.

Dom. Regens D.Franciscus Marcianus *laudatur, & refertur ejus decisio,* num.8.

Formula partitæ extractæ ex libro Aromatarii, n.9.

Formula taxæ Medici, num.10.

Formula decreti, quod solvat, num.11.

Formula secundi præcepti, quod solvat, num.12.

Formula procedendi per viam mandati justificati, num.13.

1 Libri Aromatariorum plene probant, & eis credendum est, etiam non exhibitis receptis Medicorum, *Ricc.dec.Archiepisc.*106. *num.*1. *Camill.Borrell. cons.*82. *Genua de script.priv.lib.*1.*q.*4. *Nicol. de Pass. in tit. de libris Aromat. fol.* 331. *Foller. ad Marant. par.*6.*art.*6.*n.*41. *Mins.de caus.exec.lib.*1.*qu.*6.*n.*32.

Sed *de Marin.lib.*2.*resol.*127.*num.*5. dicit *Gram. in vot.civil.*82. contrarium sentire, & monet, cum casus occurrerit, consulendum *Parpar.cons.*31.*vol.*1. *Gen.de script.privat.lib.*4.*tit.de lib. Aromat.fol.*254. & idem *de Marin. d. num.*5. dicit, non esse temere admittendam hanc consuetudinem credendi libris Aromatariorum, quæ in Regno servatur, sed tunc demum cum ex caussis, & circumstantiis justificetur, ita ex *Covar. & Escobar. & Marant. d. par.*6. *act.*6. *num.*44. dicit, quod licet de consuetudine totius Italiæ, liber Aromatariorum, seu Spetiariorum probet data, & accepta, & omnes partitas annotatas.

2 Fallit tamen hæc conclusio, quando essent cassatæ partitæ, & in fine fit mentio de computo facto, scilicet quod facto finali calculo cum T., remanet debitor dictus T. in ducatis tot, quod in hoc non credatur, & ita limitat concludendo prædicta.

3 Ego vero puto conciliandam esse opinionem *de Marin.* ab aliis dissidentem, cum distinctione, ut opinio *Marant. Foller.* & aliorum sit vera, & credendum sit libro Aromatarii, ne parata executio medicamentorum impediatur a cavillosis debitoribus, & hoc fuit ex consuetudine introductum ad bonum publicum, ut infirmi habeant medicamenta absque scrupulositate, alias Aromatarius recusaret dispensare medica-

menta

menta absque pignore; vel alia cautela, in grave detrimentum pauperum infirmorum, qui celerius auxilium exposcunt, & ideo mirum non est, si consuetudo tribuat privilegium hoc paratæ executionis libro Aromatarii, & totalis fides pro explicita exactione facienda ad evitandas cavillationes, & dilationes solvendi.

At facta solutione, vel in vinculis constituto debitore, erit dandus terminus super oppositis per debitorem, & tunc sunt considerandæ circumstantiæ, & adminicula relata per *Purpurat.* & alios pro, & contra librum, de quibus nos dicemus in sequenti *cap. nu. 11.* & ita intelligendus est *Reg. de Marin.* monens non temere admittendam hanc consuetudinem credendi libris Aromatariorum, & sic remanet conciliata praxis.

4 Et vera praxis procedendi est, ut fiat copia partitas ex libro Aromatarii, & illa recognoscatur per Medicum, cujus ordine data sunt medicamenta, vel per alium, qui debet moderare taxam juxta tariffam; nam solet moderari saltem pro tertia parte minus, vel circa, & in calce dictæ copiæ solet per Medicum fieri in forma decreti, ut ego in multis observavi, vz. *solvat juxta Regiam Tariffam ducatos tot.* Datum in T. Civitate, die, &c.

N. de N. Phisicus.

5 Et magna est cautela, quando dicta taxa fit per eundem Medicum, cujus ordine data sunt medicamenta, quia videtur approbasse partitas scriptas in libro.

6 Et si debitor se gravat a dicta taxa Medici, tunc hic Neapoli committitur revisio taxæ uni ex octo Aromatariis; at extra Neapolim, ubi non sunt dicti octo Aromatarii, vel committitur alteri Medico, vel alteri Aromatario non suspecto, vel si modica est summa infra duas uncias, idem Judex adhibito aliquo Medico, vel Aromatario sibi viso, moderat.

7 Et me patrocinante pro Magn. Livio Malleone Aromatario Civitatis Ariani de Apulea, contra Magn. Berardinum de Legiatro in caussa per appellationem transmissa a Curia civili dictæ Civitatis ad M. C. V. coram doctissimo, & justissimo Domino *Josepho Consiminio*, tunc Judice M.C.V. & Caussæ Commiss. nunc ob ejus incomparabilem doctrinam, & integritatem Fisci Patrono Realis Patrimonii, qui a suis meritis quamprimum ad Supremum Regentis fastigium trahetur, in Banca Magn. Bambacis, cum dictus de Legiatro opposuerit exhiberi originales receptas, & illorum taxam revideri, fuit sub die 21. Junii 1701. per dictum integerrimum Judicem decisum; oppositis per dictum Legiatrum in sua comparitione, fol. 27. non obstantibus, fiat taxa per unum ex octo Aromatariis hujus Civitatis; & habitum fuit pro vero, quod Aromatarius non cogitur exhibere originales receptas. Et ita in alia caussa me præsente decisum fuit
8 per eximium illum virum *D. Franciscum Marcianum* Judicem M. C. Vic. & postea Regium Consiliarium, ac tandem Regentem in Hispania defunctum, qui dixit debitori, non possum te audire, nisi solvas prius, quia si velimus hanc viam aperire, non possent Aromatarii exigere medicamenta.

Nec opus est in Regno Neap. probare consuetudinem, ubi est notoria, quod jam creditur libris Aromatarii; & ita vidi semper, & ubique servari, quicquid in contrarium dicat *de Luca ad Reg. de Marin. ubi sup.* a quo cave.

9 *Formula partitæ ex libro Aromatarii.*

Copia, &c. fol. 30.

Die 13. Martii 1696.

Il Sign. Antonio T. deve per la Sign. sua moglie vz.

Die 17. ℞. Syr. de pen. dulc. ℥ i.	0	0	4
Die 18. ℞. Pizzetta contr. dilc. ℥ i	0	1	5
Die 10. Augusti ℞. Chin. chin. ℥ ii & T. T. T.	3	0	2
	3	1	11

Extracta est præsens copia ab originali libro T. Aromatarii per ipsum Aromatarium exhibito, ipsique exhibenti restituto, & facta collatione concordat, meliori &c. & in fidem, &c.

T. Act.

10 *Form. taxæ factæ per Medicum.*

Solvat juxta Regiam Tariffam ducatos tot. Datum in T. Civit. &c.

Talis Phisicus.

11 Die 14. mensis Novembris 1696. Per Curiam T. Civitatis fuit provisum, instante T. Aromatario, & petente, quod Antonius T. solvat dicto Aromatario petitos ducatos T. debitos, ut ex suprascripta partita libri intra biduum, vel in eodem termino compareat ad dicendum, si quam habet caussam in contrarium, quoniam, &c. alias, &c. hoc suum, & intimetur.

T. Gubernator, & Jud.

Provisum die quo supra.

T. Civitat. Curia, &c.

T. Act.

Et si debitor non comparuerit, vel accusantur contumaciæ, vel fit secundum præceptum, vz.

12 *Formula secundi præcepti.*

Die 17. Novembris 1696.

Infra aliud biduum, præcise, peremptorie, & cum effectu T. debitor solvat T. Aromatario petitos ducatos tot, servata forma alterius decreti, alias dicto termino elapso, nulla alia citatione, nec termino expectato, expediantur litteræ executoriales realiter tantum, & intimetur.

Quo decreto intimato, si neque pareat, relaxantur litteræ executoriales.

13 *Formula partitæ ex libro Aromatarii, vel mercatoris per viam mandati justificati.*

De mandato Curiæ T. Civitatis.

Quibuscumque juratis, & servientibus dictæ nostræ Curiæ, sive aliarum insolidum, &c. committimus, & mandamus, quod ad omnem instantiam, & requisitionem T. Aromatarii, vel talis mercatoris, sive, &c. peremptorie mandetis T. de T. sub pœna ducatorum aur. 25. Curiæ, &c. quatenus infra dies duos post, &c. solvere debeat dicto T. mercatori, vel Aromatario ducatos decem de carolenis, ad quos tenetur pro medicamentis, vel pro mercibus juxta partitam libri dicti T., alias infra eundem terminum in dicta Curia legitime compareat ad dicendum caussam, quare contra ipsum exequi non debeat, quoniam, &c. alias, &c. mandetur, & referatur in forma. Datum in Tali Civitate die, &c.

T. Gub. *T. Act.*

Nomina citandorum, vz.

Antonio T.

T. di T. vz.

Mandatum justificatum, ut supra.

Deinde fit relatio Alguzerii de intimatione facta:

Incusantur contumaciæ, si non comparet, & expeditur executorium.

At si comparet, & opponit aliquam exceptionem, interloquitur, ut juris.

C A P. III.

De libris Mercatorum, & privatæ personæ.

S U M M A R I U M.

Liber mercatoris plenam fidem facit, num. 1.

Liber mercatoris si confuse sit scriptus, vel non penitus factus, tunc contra eum juratur in litem, prout contra Tutorem, & quemlibet alium Administratorem, num. 2.

Liber mercatorum, non factus ratione, & auctoritate publici officii, semiplenam tantum probationem facit, num. 3.

Editio libri si petitur a mercatore, potest mercator excipere, quod caveat, petens de stando libro pro & contra, num. 4.

Cautela datur respondendi de stando libro, quatenus de jure, & quid hoc importet, num. 5.

Libri mercatorum, vel artificum sufficienter probant ad finem arrestandi debitorem de fuga suspectum, sed non ad solutionem, num. 6.

Debitor arrestatus vigore libri præstita cautione de stando juri, & judicatum solvendo excarceratur, & quid articulare debet creditor, num. 7.

Libri mercatorum non probant circa incidenter enunciata, num. 8.

Liber rationum quid sit, & probat per testes deponentes habere notam manum, etiam per comparationem, & libri rationum Episcoporum, & similium minime probant, num 9.

Liber privatæ personæ probat contra scribentem, sed non pro scribente absque adminiculis, num. 10.

Adminicula, quæ adjuvant ad probationem, quæ sint, exemplificantur, num. 11.

Libri mortuorum quomodo, & quando probent, num. 12.

Liber, vel scriptura privata in archivio publico conservata probat, num. 13.

1 Liber mercatoris plenam facit fidem ex consuetudine totius Italiæ, tam pro se, quam contra se, *Novar. part. 2. qu. for. 61.* ubi allegat *Bursat. cons. 39. num. 28. Turrett. cons. 47. num. 3. Cartar. decis. 127. Roland. a Valle cons. 92. num. 5. vol. 3. & alios; Mascard. de probat. cons. 976. num. 3.* ubi alios citat.

2 Verum si dictus liber est confuse scriptus, vel a mercatore non est penitus factus, tunc contra mercatorem juratur in litem, prout etiam contra Tutorem non conficientem librum, *Novar. ubi sup.* & allegat *Bart. & Bald. in l. 1. §. officio, ff. de tutel. Ruin. cons. 42. n. 2. lib. 5. & alios.*

Et ampliatur in quolibet Administratore non conficiente librum, ut contra eum juretur in litem, & qui se excusaret habere librum deperditum non juratur, si concludenter, & plene constare faciat de tali amissione, alias præsumitur occultasse, idem *Novar. ibid.*

3 Sed *Muscat. part. 7. glos. præsentatat num. 11.* concludit, quod liber mercatorum tunc fidem facit, quando est factus ratione, & auctoritate publici officii.

Liber vero mercatorum non ratione publici officii factus, si sunt bonæ vitæ, & famæ, semiplenam fidem facit, *Muscat. ibid.*

4 Et *de Marin. lib. 2. resol. cap. 125.* exarans verba *Paris puteti in l. 1. C. de edendo col. 4.* resolvit, cum editio petitur a mercatore, potest fieri interrogatorium per mercatorem, & excipere, quod petens caveat de stando dicto libro in his, quæ pro se faciunt, & in his, quæ contra. Si respondeatur, quod non vult cavere mercator, non tenetur exhibere.

5 Sed cautela datur, ut respondeat se esse paratum stare libro in omnibus, quatenus de jure stare teneretur, quia de jure non est standum, nisi in capitulis connexis, sive contingentibus, quorum unum venit tanquam qualitas ad alium vz. Promitto sub conditione, &c. quæ capitula sunt individua, secus in separatis, & dividuis, sic *de Marin.* concludit, quod ad beneficium scribentis non probat liber, ut late in *d. resol.*

Sed *Jo: de Prato in l. 1. in fin. C. de apoc. publ. lib. 10.* quem allegat, & sequitur *Foller. in pragm. 5. de admin. Univers. §. 5. num. 38. in fin.* relatus per *Rovit. in d. Pragm.* dicit, quod introitus, & exitus libri alicujus administratoris, hæc sunt duo ita connexa, quod confessio introitus non præjudicat, donec acceptentur expensa, & è converso, *l. quæritur ff. de administr. tut. & d. Rovit. ibid. §. 5.* concludit, quod non tenetur edere libros suæ administrationis, nisi prius adversarius declaret, si vult stare, tam partitis scriptis contra se, quam pro se; subjungens dictus *Rovit.*, quod est summe notandum, & allegat *Franch. Marc. dec. Delphin. 6. num. 1.*

6 Et dictis libris mercatorum, vel artificum creditur ad finem arrestandi debitorem de fuga suspectum, & hoc de consuetudine totius Italiæ; Nam jure communi inspecto, nulla præstatur fides, nisi aliis concurrentibus comprobetur.

Et licet *Genu. de script. privat. lib. 4. tit. de libr. mercator. num. 34. fol. 203. in ult. impress.* proponat 15. requisita, etiam stante dicta consuetudine, ad probationem libri rationum, nihilominus hoc non procedit in Italia, ubi dicta requisita non servantur per consuetudinem comprobatam in tota Italia.

Verum licet ex sola probatione libri fiat arrestum, tamen dictus liber solus non sufficit pro compellendo debitore ad solutionem.

7 Sed præstita fidejussione per debitorem de stando juri, & judicatum solvendo, excarceratur, & per creditorem debet articulari, & probari merces, seu alias res in libris descriptas fuisse consignatas, ita *Mascard. de probat. conclus. 973. n. 33. vol. 2. fol. 400.*

Verum de pretio, & quantitate statur supradictis libris.

Vel quantitas potest probari juramento creditoris, *Mascard. ubi sup. & Mans. qu. 6. a n. 1. usque ad 27.*

8 Sed nota, quod dicti libri mercatorum non probant in aliis, quæ incidenter enunciantur, *Mans. q. 6. n. 30.*

9 Liber rationum est ratio ultro, citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, solvendi sui causa negotiationem, ut refert *Scard. in Thes. juris in verb. liber rationum, fol. 523. & Nicol. de Passer. de script. privat. lib. 4. tit. de libr. ration. n. 1. fol. 250. & in l. si quis ex argentariis, §. rationem, ff. de edendo, Mans. qu. 6. n. 1.* ex qua definitione comprehenduntur omnes libri, in quibus sunt scripta data, & accepta negotiatorum, sive mercatorum, omniumque artificum, ut dictus *Mans.* ibi.

Libri rationum plene probant per testes deponentes habere notam manum scribentis, vel etiam per comparationem litterarum, *Ruin. cons. 7. vol. 4. Rot. Roman. divers. dec. 277. num. 2. part. 3. fol. 100. Gravet. ad Vestr. lib. 6. c. 1. in litt. L. n. 27. Mans. qu. 5. concl. 3. n. 51.*

Libri rationum Ecclesiæ, Episcoporum, & similium, nec etiam in aliquo probant, ut ex *Mascard.* & aliis concludit *de Marin. lib. 2. resol. 125. n. 3.*

10 Liber privatus, sive privatæ personæ non probat pro scribente, *l. instrumenta domestica, C. de probat. Rot. Rom. decis. 845. part. 4. fol. 465.* quia non plus privatæ scripturæ mercatoris, quam vivæ voci credi debet, *de Marin. lib. 2. resol. cap. 125. num. 2.* ex *Gram. cons. 82.* & ex *Mascar. de probat. tom. 2. conclus. 976. num. 48.* & regulariter de jure libri privati minime pro-

probant, *l.exemplo, C.de probationibus*, ibi: *Perniciosum est, ut ei scripturæ credatur, in qua unusquisque annotatione propria debitorem sibi constituit; unde neque Fiscum, neque alium quemlibet ex suis annotationibus debitum probare oportet*.

Contra vero scribentem plene probat liber rationum privatæ personæ, *de Marin. lib.2.resol.115.nu.6.* Tamen si fuerit adminiculatus, facit fidem pro scribente, ut *d.dec.Rota 445. Surd.decis.105. & dec.199.*

11 Et adminicula sunt, ut si producens librum, est notorie bonæ conditionis, & famæ; secundum adminiculum, quando liber continet data, & accepta.

Tertium, si multæ partitæ sunt verificatæ; quoniam aliæ præsumuntur veræ.

Quartum adminiculum, quando singulæ partitæ continent diem, & ex aliis similibus adminiculis liber privatus probat pro scribente, *Nicolaus de Passer. lib.4.tit.de libr.mercator.a nu.48.fol.421. Mans.qu.6. a num.9.ad 16.*

12 Libris mortuorum bonæ vitæ, & famæ, concurrente consuetudine, & præstito hæredis juramento in supplementum creditur, *Ricc. dec. Archiep.106. in fin.*

13 Liber, vel scriptura privata solemniter reperta in archivio publico facit fidem absque testium comprobatione, *Mascat.part.7.glos.præsentatas n.10.*

C A P. IV.

De Libris Ecclesiæ, & Baronum.

S U M M A R I U M.

Libri censuales Ecclesiæ, & Baronum probant in possessorio tantum, num.1.

Inventarium, & libri Ecclesiarum, & aliorum non probant rem meam esse reddititiam, nisi de consensu meo esset dicta res reddititia descripta, num.2.

Liber Monasterii, in quo descripti sunt feudi illius, non probant illorum possessionem esse penes Monasterium, num.3.

Liber catasti probat inter Universitatem, & Civem descriptum tantum, sed non respectu tertiæ personæ, num.4.

Confessio a me facta coram Titio, quod ab ipso Titio recepi mutuo centum, mihi non præjudicat, si hoc dixi, quando requisitus fui ab amico, ut ei mutuarem pecuniam, num.5.

Inventarium Tutoris probat inter Tutorem, & pupillum, sed non respectu tertii, qui non habet caussam a conficiente, num.6.

Liber, & omnis scriptura, quæ in scrinio Principis, vel in publico archivio custoditur, probat, num.7.

Tria faciunt authenticum librum, & quæ sint, num.8.

Liber antiquus, sive scriptura antiqua probat, num.9.

1 Libri censuales Ecclesiæ, aut Baronum probant in possessorio, *Anna sing.317. Masull. ad Capyc. dec.117.*

Et quia appellatione probationis intelligitur de vera probatione, juxta *Bart.in l.Lucius 11.de condit. & demonstr.*; ideo concludit *Carrabb. sing.113.* quod dicti libri plenam fidem faciunt in possessorio judicio, & secundum dictam sententiam posset Judex cogere debitores per præcepta executiva ad solvendum vigore dicti libri, & si debitor se opponeret, deberet audiri in petitorio, facta solutione prius juxta librum, prout sunt solita privilegia judicii possessorii. At ego intelligerem hoc non sic indifferenter esse observandum, sed juxta *Affl. dec.324. & 364.* ubi dicit, quod

2 Libri, sive inventaria Ecclesiarum, & aliorum eatenus fidem faciunt rem meam esse reddititiam, quatenus ego consentirem in descriptione dicti redditus, alioquin non mihi nocet talis scriptura, ubi sine consensu debitoris notatur rem esse reddititiam, ita quoque concludit *Pulver. & alii Addentes ad Affl. ubi supr.* Et *Rot.decis.159.num.2.* apud *Dom.Ludovis.,de Marin.lib.2.resol.125.n.4.*

3 Liber Monasterii, in quo descripti sunt fundi illius, nullatenus probant illorum possessionem esse penes Monasterium, *de Marin. ad Revert.dec.64.n.4.*

Ita quoque

4 Liber catasti, sive æstimi non probat possessionem, nisi inter Communitatem, & Civem descriptum in æstimo, ut *in l. forma de censibus*, non autem probat inter descriptum, & tertiam personam singularem, nec dominium, nec possessionem, ut *l. functiones. Affl.ct. in Constit. circa violentias, num. 21. Pulver. & addentes ad Affl.ct. ubi supr. decis.364. & alii ibid.* Ea ratio est, nam confessio facta incidenter, & ad alium finem etiam judicialis non probat, *Marsil.in rubrica, Cod.de probat.n.88.*

5 Ad id etiam facit doctrina *Salyc. in l.1.cons.37.C.de confess.* ubi requisitus de pecunia mutuanda si dicam me non habere, immo quod ego recepi mutuo centum a Titio hic præsente, non poterit Titius me molestare in vim hujus confessionis; quia non fuit intentio mea obligandi me Titio, sed excusandi, *Rot. apud Farin.tom.2.dec.....*

Ita quoque

6 Liber, seu inventarium non probat, nisi inter tutorem, & pupillum, & non contra tertium, *Bart.in l. Tutor, qui repertorium 3.col.in fin. & l.Chirographus, ff.de administr.tutor.*

Quam conclusionem limitant, quod tunc inventarium probat etiam contra tertium, quando dictus tertius habet caussam a conficiente inventarium, ita decisum refert *Capyc.dec.107.in fine*.

7 Libro, vel scripturæ, quæ in scrinio Principis, vel aliquo publico Archivio fideliter custoditur, magna adhibenda est fides, quia dicitur liber publicus, sive scriptura publica, *l. proximus, C. de præpositis sacro scrinio lib.11.Auth.ad hæc, C.de fide instrum. c.pervenit 30.q.1.c.ad audient.de præs.Bart.& omnes in l.1. ff. si certum petatur*.

8 Habeatque illa tria, quæ faciunt authenticum librum, & probabilem, vz. Primo, ut sit in loco publico; Secundo, inter publicas scripturas; Tertio fideliter custoditus ab his, qui jura Principis tuentur, & servant, *Bald.in rubr. & in l.exemplo. C. de probat. Bertran. cons.3. num.2. lib.3. Rot.Avenion. decis.128. num.12.*

Unde scripturæ extractæ a libris publicis, vel a publico conservatis, faciunt fidem, & publicam auctoritatem habent, *Rovit.in Pragm.9.de feudis n.8.*

9 Liber antiquus, sive scriptura antiqua probationem inducit, *Panorm.cons.74.in fin.primi dubii lib.1. Decius in d.cap.caussam num.5. in auth.si quis in aliquo in 7. fall. C. de edendo, & ibi Jas.nu.9. Laurentiis dec. Rot. Aven. 128. n.12.* & ita intelligendus est *Gutierrez*, & alii relati per *Mansonium* superius.

Finis Quarti Tituli Secundæ Speciei.

QUINTUS TITULUS

De Significatoriis.

PRÆLUDIUM.

INter judicia executiva, & privilegiata in hac Secunda Specie Judiciorum est illud, quod fit contra debitores significatos per Rationales, nam creditor agit via executiva vigore significatoriæ; Ideo in hoc Quinto Titulo ponimus praxim significatorialium.

Hic Quintus Titulus dividitur in tria Capita, vz.

I. Cap. De Significatoriis Reg. Cam. Sum. & Universitatis.

II. Cap. De Significatoriis Ecclesiæ, & Loci Pii.

III. Cap. De Significatoriis Baronum, & inter privatas personas.

Omisimus hic significatorias Tutorum, & Curatorum, quia de illis loquuti fuimus in 2. *tomo nostræ Praxis tit. 3. de Tutelis, & Curis*, & ibi te remitto.

C A P. I.

De Significatoriis Reg. Cam., & Universitatis.

S U M M A R I U M.

Significatoria expeditæ per Rationales Regiæ Cameræ contra debitores executioni demandantur, nec impediuntur per appellationem, revisionem, &c. præstita tamen cautione de restituendo in casu, &c., num. 1.

Significatoria expedita per Rationales Universitatis contra Administratorem Universitatis habent idem privilegium, ut executioni mandentur, appellatione non obstante, præstita cautione de restituendo in casu, &c. rejecta opinione Regentis Reverterii, num. 2.

Pragmatica 5. de administr. Universitatis, §. 21. *declaratur*, num. 3.

Pragm. 5. de appellationib. *declaratur*, num. 4.

Adversus significatorias Universitatis constitutus in vinculis an debeat audiri, refertur opinio Roviti, *&* de Luca, *qui invicem inter se dissident, & distinctionis fœdere conciliantur*, num. 5.

Dominus Blasius Altimar. *Regius Consiliarius laudatur*, num. 6.

Executorio expedito realiter, & personaliter per carcerationem non impeditur, quin creditor possit etiam in bonis exequi contra debitorem carceratum, etiam si datus sit terminus super exceptione opposita, num. 7.

Debitor significatus non est audiendus jacto deposito, vel præstita fidejussione solvendi.

Nec ab interlocutoria de reddendo rationem, audiendi sunt appellantes, & hoc habet locum in omni Administratore bonorum alterius, num. 8.

Revisio computorum extraordinarie, omissis solemnitatibus juris, expeditur, num. 9.

Universitas significata debitrix per Rationales, neque auditur in revisione, nisi prius soluto debito, num. 10.

Dominus Nicolaus Antonius de Palumo, ejusque filii Dom. D. Dominicus, D. Horatius, D. Lucius, D. Marius, & D. Gerardus de Palmauci affines laudantur, num. 11.

Dominus Franciscus Maradei laudatur, num. 12.

Nullitas apparens ex eisdem actis, impedit executionem paratam significatoriæ, num. 13. *sed vide n.* 16.

Statutum disponens posse legatum probari per duos testes, extenditur etiam in revocatione legati, num. 14.

Contractus, & distractus ejusdem naturæ est, num. 15.

Nullitas impedit executionem significatoriæ; ideo cautela erit, ut significatus appellet, & aquo principaliter de nullitate dicat significatoria, dummodo sit apparens, & contra casum legis, vel scripturam præsentatam, sicut ubi non esset præsentata, num. 16.

Debitor Universitatis condemnatus ad solvendum ex alia caussa extra administrationem, non potest exequi personaliter, sed realiter tantum, num. 17.

Appellatio a significatoriis fieri debet infra decem dies a die, quo fuit notificata significatoria, sicuti in omnibus appellationibus, num. 18.

Error calculi usque ad triginta annos potest opponi contra significatoriam, & non amplius, num. 19.

Computatio expresse erronea vitiat quietationem, & sententiam, num. 20.

Appellatio a significatoriis Universitatum ad Regiam Cameram Summariæ, & non ad Baronem fit, sed Baroni est licitum procedi facere ad revisionem a Regia Camera, & est licitum destinare personam assistentem, ut faciat dubia circa computum, tam in visione, quam revisione, num. 21.

Computa antiquitus semel revisa, amplius non poterant revideri; sed hodie servatur, ut primo videantur a Rationalibus Universitatis, secundo a Curia loci, & tertio a Regia Camera, num. 22.

Rationales quomodo eligantur ab Universitate, nu. 23.

Commissionis form. quando Rationalis eligitur extra parlamentum, num. 24.

Form. citationis expeditæ per Rationalem Universitatis cum actis sequentibus, num. 25.

Significatoria form. pro Universitate, num. 26.

Significatoria debet intimari utrique parti, vel legi tempore prolationis coram partibus, alias executioni demandari non possunt, nec debitori significato nocebit, num. 27.

SIgnificatoriæ expeditæ per Rationales Regiæ Cameræ Summariæ contra debitores ipsius Regiæ Cameræ, statim executioni demandantur, sicuti & sententiæ ipsius Regiæ Cameræ, non ob-
1 stante appellatione, revisione, reclamatione, sive supplicatione quacumque, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis, & hoc est privilegium concessum in omni caussa fisci, non solum de jure communi, per *Tex. in L. ab Rinendum, C. quor. appellationes non recipiunt.*

Sed de jure Regni statuitur in *Prag. 37. §. 2. tit. 109. de offic. Proc. Cæsar. & in prag. 75. §. 89. eod. tit. Musc. in glos. sententia par. 1. lib. 2. n. 175.*

2 Significatoria seu sententia lata per Rationales, seu alios Deputatos ad videndum computa, seu rationes administrationis rerum alicujus Universitatis factæ per aliquem uti Syndicum, seu per alium Officialem Universitatis habet executionem paratam, ejusque executio non retardatur per appellationem, sed executioni mandatur, appellatione non obstante, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis, & sic appellatio ab hujusmodi significatoria non ligat manus Judicis, nec retardat solutionem in Regno nostro Neapolitano.

Et antesignanus hujus sententiæ fuit *de Franch. dec.* 347. quem sequuti sunt addentes ibi, & *Muscat. in glos. sententia par. 1. nu. 174. lib. 2. fol. 11. Capibl. prag. 16. num. 63. de Baron. Rovit. in pragm. 5. de administr. Univers. §. 21.*

Et contra hujusmodi significatum exequitur realiter, & personaliter, *de Marin. ad Revert. dec.* 518.

Et refellitur opinio *Regentis Revert. in d. dec.* 518. se-

referentis, quod dum in Regia Camera Summariæ dubitabatur, fuit dictum, quod nullibi Privilegium Universitatibus privatis superiorem recognoscentibus tributum legitur, ut realiter, & personaliter exequi possint contrà debitores significatos, sed Universitas privata debet uti jure personæ privatæ, ut servata juris forma procedatur, & sic per appellationem ligari manus judicis appellati.

3 Nam hæc opinio *Revert.* non servatur in Regno, dum *pragm.5.edita* 15. *Decembris* 1559. *de administrat.Universit.§.21.* licet nil aliud disponat, nisi ut significati cogantur ad solutionem inviolabiliter, per hæc verba. v3.

Item statuimo, &c. Che quelli, che saranno significati, seu condennati per li Rationali, o altri Deputati a vedere i conti dell'Università, si debbiano inviolabilmente astringere al pagamento di quel, che saranno condennati, & ibid. num. 11. habetur: *Che il Giudice ad ogni requisitione delli Sindici, o altre persone statim, ed incontinenti, summarie, simpliciter, & de plano, ac sine scriptis, & figura judicii, etiam ex non scripto, justitia mediante, debba costringere tutti quelli, che saranno veri, e liquidi debitori dell'Università per qualsivoglia causa alla reale, ed effettuale sodisfazione di quanto doveranno, omni mora postposita, e detto Officiale non debba per tal causa pigliar, ne far pigliare pagamento alcuno da detta Università, e se dopo la d. requisitione il detto Officiale ricusasse, o ritardasse l'amministratione della giustitia nel modo sopradetto contro detti debitori, sia nel Sindicato obbligato a risarcirlo, e pagarlo del suo, una con tutti danni, spese, ed interessi all'Università.*

Tamen *d. Pragm.* recipit interpretationem, quod fiat executio, non obstante appellatione, vel reclamatione, præstita tamen cautione de restituendo in casu retractationis, ita *de Franch.*, *& sequaces*, *ut supra.*

Ex his videtur dicendum, quod attento jure communi, Universitates, quæ recognoscunt superiorem, non habent ejusmodi privilegium, sed attento jure Regni per interpretatam mentem dictæ *Prag.* ex observatione Trib. Regni omnes Universitates Civitatum, & Oppidorum sunt confiretæ dictum privilegium.

Nam licet de jure communi sit *text. in l. abstinendum, C.quorum appellation. non recipiuntur*, tamen *d.Text.* procedit in caussis fiscalibus tantum, item in caussis Reipubl. Rom. vel Civitatum, quæ superiorem non recognoscunt, vel quæ ex privilegio fisci juribus, vel Reipublicæ potiuntur, *Revert. decis. 518. ut supra, Afflict. de offic. fisci. glos.16. prim.13.*

Sed contrarium tenet *Rov. in d. Pragm.5. de adm. Univ.* per *tex. in Auth. de SS Episc. §. œconomos, & ibi gl. in ver. repetit*, qui licet loquatur in rationibus Ecclesiæ, vel alterius Loci pii, tamen idem esset dicendum de aliis Universitatibus Civitatum.

4 Sed quicquid sit de jure communi, & in disputatione theorica, tamen in Regno pro Universitate non solum habemus observantiam, & interpretationem supra relatam per dictos Authores, ut supra, sed habemus expressam *Pragmaticam* hoc decidentem; & miror quidem de tantis viris dictam *Pragmaticam* non advertentibus, nam adest *Pragm.5.tit.de appellat.edita ultimo Novembris* 1596. quæ mandat, ut appellationes a condemnationibus, sive significatoriis administratorum Universitatis non admittantur, ant quam sit facta integra solutio, & sic requiritur effectualis solutio, *Carav. & de Martino ad Affl. dec.30.*

5 His sic præmissis, quæritur, an significati debeant audiri, si constituant se in vinculis? Negat *Rov. in d.prag.5.de adm.Univ. num.48.* docens, quod inviolabiliter, & cum effectu non possit audiri, nisi prius solvat, quod tamen male inquit servari.

At refellitur *Rovitus a D. Carol. de Luca in observat.ad Franch.347. num.3.* docens, quod per carcerationem dicitur executa significatoria, & propterea stante carceratione debere audiri, & procedi in revisione computorum, & ita decisum testatur *Capyc. decis.169.* quem sequitur *Latr.dec.72.num.28.* ubi in simili, nempe in caussa reclamationis a sententia Sac. Cons. quæ non admittitur, nisi executa sententia; & tamen fuit decisum esse procedendum, stante carceratione, per quam executa censetur sententia, per doctrinam *Bartoli in l.si is qui, §.quadam, ff. ad leg. falcidiam.*

6 Sed *Dom. Blasius Altimari* ad præsens meritissimus Consiliarius Sanctæ Claræ in suo aureo, & præ manibus semper habendo *tractatu de nullit. tom. 1. rubr. 4. qu.18.* refert utramque opinionem *Rovit. & Capyc.dec.169.* & opere distinctionis conciliat *nu. 11.* quod sententia *Capyc.* & consecutive *D. Carol. Anton. de Luca*, & aliorum sequacium, potest habere locum, ubi in bonis debitoris non posset exequi, tunc certe per carcerationem personalem dicitur executum, ad effectum, ut audiatur in vinculis; secus ubi malitiose ad impediendam executionem in bonis, & ad impediendam effectualem solutionem se constitueret in vinculis.

Nam per carcerationem non impeditur, quin creditor possit etiam in bonis exequi contra debitorem carceratum, etiam si debitor carceratus opposuisset aliquam exceptionem, & datus esset terminus super ea, dum hic est unus ex præcipuis effectibus, & privilegiis omnium literarum executorialium expeditarum contra quoscumque debitores ad instantiam cujuscumque privatæ personæ non privilegiatæ, quando sunt expeditæ realiter, & personaliter ad electionem creditoris, tunc facta carceratione non impeditur diligentia exequendi, etiam in bonis; & hæc est vulgatissima practica omnium Trib., quam in viridi observantia videmus servari in dies, & testatur sic semper servatam fuisse *D. Reg. Petra in eruditissimis Commentariis ad Rit. M.C.V. rit.134. num.10. & rit.166.* & post *Annam sing.69. De Franch. dec. 200. num.3.* & eundem *Capyc.dec.46.num.8.* testatur *Nicol. in prax.civil. fol.17.n.17. Dom. Scop. ibid.*

7 Tanto fortius dicit habere locum hæc opinio in debito Universitatis magis privilegiato per *Reg. Prag.* merito proinde dictus sapientissimus *Dom. Alt. in d.nu. 13.* concludit pro opinione *Rovit.* & quod opinio contraria non potest procedere in terminis significatoriarum contra debitores Universitatis, attento maxime ordine Exc. Ducis Alcalenorum sub die 6. Novembris 1560. tunc Proregis hujus Regni directo ad Sacr. Reg. Cons. registrato in registro Curiæ 13. per quem fuit ordinatum non admitti appellationem, nec dilationem ab his significatoriis ante effectualem solutionem.

8 Sed an significatus debitor facto deposito, vel præstita fidejussione de solvendo, sit audiendus in revisione computi, hoc non reperitur tactum, sed quia *Pragm.* mandat in §. 21., ut non audiatur, nisi prius facta solutione, & in §. 11. mandat, ut inviolabiliter cogatur solvere, ideo per depositum, vel fidejussionem non impeditur executio, quia depositum, & fidejussio solvendi non est solutio, ita *Carlev. lib. 1. tit.3. disput.15. num.4. Jason in l. sancimus 13. nu. 13. C. de judic. Surd. dec.284. num.5. Sesa dec.88. num.4.* & via executiva pro summa liquida non impeditur, nisi solutione, per quam obligatio tollitur, *Carl. ubi supr. ex princip. instit. quibus modis tollitur obligatio*, & quia sic sonant verba *Pragm.5. de adm. Univ. §.21. & Pragm.5. de appell.*

Et

Et nota; quod mirabile eſt contra Adminiſtratores bon orum alterius circa redditionem rationum, ita a juribus privilegia ampla ſunt conceſſa; ut ſi ab interlocutoria de reddenda ratione adminiſtrator appellaverit, adhuc Judex a quo, appellatione non obſtante, procedere poteſt abſque metu attentati, dummodo conſtet adminiſtraſſe, & illud ad reddendas rationes cogere, ſicque ſuam exequi ſententiam, ita uno ore faſſi ſunt DD. relati per *Reg. de Marin. ad Revert. obſerv.* 518. *num.* 2., etiam contra adminiſtratores Loci Pii, & late *Eſcobar de ratiociniis cap.* 3. *nu.* 5. relato *tex. in §. œconomos Auth. de Sanctiſ. Epiſc. & ibi gloſ. & Ang. Novar. dec.* 48. *Lancell. de attent. par.* 1. *cap.* 12. *lim.* 19.

9 Et licet *in arreſto* 428. *apud de Marin. fol.* 208. fuiſſet per Reg. Cam. deciſum, quod ſe abſtineat Commiſſarius deſtinatus ab eadem Regia Camera ad inſtantiam ſignificati adminiſtratoris Oyræ a reviſione, niſi prius ſoluta quantitate contenta in ſignificatorialibus in poſſe Reg. Perceptoris, vel ſaltem facto depoſito illarum; ex quo arreſto videtur permiſſum depoſitum; Tamen firmiter teneo, quod depoſitum debeat eſſe liberum, ut illud, quod fit in liquidatione inſtrumenti, de quo vide in *cap.* 13. *num.* 4. *fol.* 26. *tit. de prax. liquid. inſtr.*

Et dum ſignificatus non poteſt audiri, niſi facta prius ſolutione, quæritur, quomodo erit procedendum in dicta reviſione, ordinarie, an ſummarie; debet ſignificatoria ex eiſdem actis reviderí ſummarie, & de plano ſine termino; & fuit denegatus terminus Univerſitati Foggiæ, ut refert *de Franch. dec.* 347. quia petere terminum contra victum, qui jam ſolverat, videbitur fieri calumnioſe, & præſumeretur cum livore fuiſſe proceſſum.

Et ſicuti de facto extraordinarie, omiſſis ſolemnitatibus juris, proceditur per Rationales in ſignificando, ita eodem modo procedendum eſt in reviſione, ſeu appellatione, & ita deciſum *de Franch. ubi ſupr.*

20 Ex hac eadem ratione infertur, ut ſi ad favorem adminiſtratoris fuerit per Rationales in litteris ſignificatorialibus condemnata Univerſitas, & per Univerſitatem opponeretur exceptio reviſionis, tunc ad ſervandam æqualitatem, neque Univerſitas debet audiri, niſi executis prius litteris ſignificatorialibus, ſervata forma dictæ *Regia Pragmatica*, ut advertit

21 magnus ille juriſconſultus *Nicolaus Antonius de Palma in diverſorio juris par.* 1. *gloſ.* 9. *num.* 58., qui fuit filius Marci Antonii de Palma Judicis M.C.Vic. & habuit filium Horatium de Palma Fiſci Patronum in Regia Audientia Catacenſi, qui compoſuit librum Politicum, intitulatum, *Princeps probus*, quorum gloriæ, & eximiæ virtutes videntur renovatæ in perſonam Domini Nicolai Antonii de Palma junioris, mei duplici vinculo affinis, tam ex parte D. Catarinæ Rōfellæ meæ uxoris, neptiſque victoriæ Santoro, uxoris dicti qu. Horatii, Avi ipſius Dom. Nicolai Antoni. junioris quam ex parte qu. D. Victoriæ Pepoli meæ primæ uxoris, ſororis qu. D. Franciſci Pepoli Baronis S. Joannis Guarazani, & Bonæfidei, Patrui qu. D. Liviæ Gallotto ex Baronibus Caſaletti, & Battaliæ uxoris dicti Domini Nicolai Antonii, ex quo matrimonio quinque filios in actu habet, omnes in legali ſcientia laureatos, & omni eruditione præditos D. Don Dominicum, & D. Don Horatium, D. Don Lutium, D. Don Marium, & D. Don Gerardum.

22 Et licet per deciſionem relatam a *Domino Franciſco Marades* meo ſingulariſſimo Domino *in ſuis eximiis obſervationibus ad meritiſſimum Patrem obſ.* 31. in cauſa Univerſitatis Fontecchiæ non fuit ſervata dicta doctrina *de Palma*, ſed fuit audita Univerſitas cum termino breviato in cauſa, & fuit ordinata relatio facienda per Mag. Secretarium S.R.C. & ibi aſſignata ratio, quia diſpoſitio dictæ *Pragmatica* tamquam odioſa, & loquens ſolum ad favorem fiſci, & Univerſitatis, non poteſt extendi extra ſuum caſum, & contra fiſcum, vel Univerſitatem retorqueri.

Tamen puto non eſſe recedendum a prima opinione, juxta tradita per dictum *Palma*, ex regula, quia actor, & reus non debent ad imparia adjudicari, & qui vult uti ſtatuto, non debet dedignari illius diſpoſitioni ſubjacere, & quia Univerſitas eligit Rationales, merito illorum ſententiæ executionem impedire non poteſt, ex traditis per eundem *de Franch. dec.* 36.

23 Et deciſio *per Dom. Marad.* relata poterit ſalvari, & habere locum, ubi fuerit nullitas apparens ex eiſdem actis, vel ex defectu juris naturalis, quia Univerſitas non fuit citata, nec audita in computis, ut inferius dicemus.

14 Et ſi ſtatutum diſponit legatum poſſe probari per duos teſtes, ita etiam poterit revocatio legati probari, *Bald. in l. fin. C. de fideicomm.*

15 Et in judiciis quaſi contrahitur, & ejuſdem naturæ eſt contractus, & diſtractus, *Theſ. dec.* 322.

16 Unde quæritur, quod ſi fuerit de nullitate dictum, an nullitas impediat executionem ſignificatoriæ?

Affirmat *Amendol. ad deciſionem de Franch.* 347. *nu.* 3. non obſtante verbo *inviolabiliter in dict. Pragm.* 5. *de adminiſtr. Univerſ.* §. 22. appoſito, maxime ſi nullitas eſt ratione ſolemnitatis omiſſæ, quæ nunquam cenſetur ſublata a lege, vel ſtatuto, *D. Altim. tom.* 2. *de nullit. rubr.* 4. *qu.* 18. *nu.* 16.

Et ita quoque de nullitate apparente ex eiſdem actis, & de nullitate proveniente ex defectu juris naturalis, ut puta citationis ad dicendum, ut late dictus *Amend. ex Affl. dec.* 28. & aliis ibi.

Ideo cautela erit, ut ſignificatus appellet, & æque principaliter dicat de nullitate ſignificatoriæ, ut poſſit illius executionem impedire, dummodo nullitas appareat ex actis, & ſit contra expreſſum caſum legis, vel contra ſcripturam publicam præſentatam; Nam in Regno non admittitur probatio etiam incontinenti per ſcripturam præſentandam, *D. Altim. rub.* 1. *q.* 4. *nu.* 2. *de nullit. & Prag.* 5. §. 2. *de offic. S. R. C.* Secus de jure communi, ut *Muſcat. p.* 1. *qu.* 4. *num.* 2. *de nullit.* & vide in *tit.* 3. *de ſalario num.* 32. & 34.

17 Sed ubi quis litem habens cum Univerſitate fuerit condemnatus ad ſolvendum aliquam quantitatem Univerſitati debitam, non ex cauſa adminiſtrationis factæ, ſed ex alia cauſa extra adminiſtrationem, tunc perſonaliter exequi non poteſt, ſed realiter tantum, quia tunc non procedit diſpoſitio *Reg. Pragm.* quæ loquitur circa adminiſtratores Univerſitatis, ut advertit *Reg. de Marin. ad Revert. obſer.* 518. *num.* 4. *& in* §. 11. loquitur de debitore vero, & liquido Univerſitatis, ut procedatur ſine ſcriptis, ſummarie, & gratis, ſecus vero ubi debitum non fuerit ſic liquidum, ſed aliqua exceptione obſcurum, ut inturbidetur via executiva, quia tunc procedi debet, juris forma ſervata, ordinarie, ad *text. in l. a Divo Pio*, §. *in vendit. ff. de re judicata*, juxta *deciſionem Reg. Revert. in d. dec.* 518. *in fin.* & ratio aſſignatur, quia per dictam *Pragm.* 5. *de adminiſtrat. Univerſit.* conceditur privilegium Univerſitatibus Regni contra ſignificatos ex cauſa adminiſtrationis, & contra alios debitores vere liquidos, ergo contra alios debitores condemnatos remanet diſpoſitio juris communis, ut procedatur contra eos juris forma ſervata, & exequitur realiter tantum, juxta tradita per *Dom. Reg. Revert. ibid.* ita *Reg. de Marin. ibid.*

18 Aliud eſt notandum, quod appellatio a ſignificatoriis debet fieri, ut in omni appellatione, infra decem dies, a die, quo fuit notificata dicta ſignificatoria, qui

qui terminus currit de momento ad momentum, sicuti in omnibus appellationibus, quo tempore elapso amplius non potest conqueri; ita per decreta generalia Regiæ Cameræ, refert sancitum Dominus *Laurentius Cervellinus in suo directorio Universitatum in fine tit. de Practica Rationalium.*

19. Significatoria ex caussa erroris calculi, usque ad triginta annos retractatur, sed postea habet vim sententiæ, ut tenet *Amend. ad Franch. decis. 347. num. 6.* ex doctrina *Bart. in l. instar, C. de jure fisci lib. 10. nu. 7.* per *Text. in l. calculi, ff. de administr. rerum ad Civitat. pertinent. cum distinctione, ut ibi.*

20 Et computatio expresse erronea est talis efficaciæ, quod vitiat, nedum quietationem, sed sententiam, in qua non fuit erratum, *Amend. ubi sup. num. 8.* ex doctrina *Bald. in d. l. instar.*

21 Et appellatur ad Reg. Cam. Summ. a significatoriis Universitatum, & non ad Baronem, *Capib. Prag. 8. par. 1. num. 190.* qui clarius hoc dicit in indice.

Nec licet Baroni procedi facere ad revisionem computorum, sed permittitur tantum, ut possit deputare personam, quæ assistat visioni apud Rationales electos per Universitatem pro visione computorum, quæ persona deputata a Barone potest facere advertentias, dubia, & partem coram dictis Rationalibus circa computa, & ita decisum in Reg. Cam. in *arresto 531. fol. 135.* penes *Reg. de Marin.* ubi fuit dictum, quod de revisione facta absque ordine Regiæ Cameræ nulla habeatur ratio. Et *Montan. in Pragm. 5. de administr. Univer. §. 19. 20. & fin.* dicit, posse Barones petere, tamquam primi Cives, ut Administratores reddant computa, & hoc impetrare, vel a Regia Camera, vel a Sac. Cons. & ita interpretatur dictus §. *20. d. Pragm. 5.* ibi: *Item, che li Baroni sono li primi Cittadini.* Et ibi: *Ciascheduno Barone debbia provedere, che ogni anno siano con effetto visti, e liquidati li conti delli Sindici, & Esattori dell'Università.* Et *Caravit. 52. num. 2. in fin. vers. sexto limita,* dicit posse in caussis computorum appellari ad Regiam Audientiam: nam ita antiquitus erat statutum per *Pragm. 46. de offic. Sac. Reg. Cons.* ubi *Rovit.* Sed in nova compilatione facta per *Domin. Altim. in d. num. 46. d. Pragm.* non legitur, nec ea hodie servatur; sed hodie hujusmodi appellationes interponuntur ad Regiam Cameram, vigore *Prag. 15. de offic. Proc. Caesar.* ut idem *Rovit.* advertit super dicta *Pragm. 46. ut sup.*

22 Et computa Administratorum Universitatis postquam semel visa fuerunt a Rationalibus per Universitatem electis, & postea ordine superiorum ab alio ad id deputato revisos, non sunt de cætero videnda, ita decisum per generale decretum Regiæ Cameræ sub die 14. Maii 1567. *Reg. de Marin. arrest. 321. fol. 80. Cervell. in director. Universitatis fol. 88. n. 26.*

Sed hodie aliter servatur, ut notoria, & quotidiana est praxis Regiæ Cameræ, quæ in dies expedit ordines directos Curiis inferioribus, ut computa si non sunt visa per Rationales electos ab Universitate, cogant, ut videantur, quibus visis revideantur per Officialem loci, & revisis ab Officialibus loci, tertia revisio fit per Regiam Cameram.

23 Rationales eliguntur per Universitatem diversimode; nam aliquæ servant, ut in publico colloquio fiat electio unius Rationalis, vel duorum, & in aliquibus Sindici, & Electi faciunt dictam electionem, & in hoc servatur mos, & usus cujuscumque Universitatis, ut statuitur *in Pragm. 5. §. 9. de administr. Universitatis*, ibi: *Presentare il suo conto al Razionale, ed altri, che saranno deputati a vederli il conto secondo i costumi, e l'osservanza della Università.*

Quando electio fit in parlamento, copia capituli dictæ electionis consignatur Rationalibus, & deservit pro commissione, sed ubi electio fit per ipsos de regimine extra parlamentum, tunc fit commissio.

24 *Form. commissionis Rationalis electi per ipsos de Regimine.*

In primis ponitur titulus Regis, & non titulus Baronis, ut putavit *Cervel.* & hoc substineo ex ponderatis per *Capibl. in Pragm. 8. p. 1. nu. 190.* quia nomine Regis fit dict. electio, & non nomine Baronis, & proinde appellatio fit ad Regios Superiores, & non ad Baronales, *d. Capibl. ubi supra.*

Philippus V. Dei Gratia Rex.

Dovendosi da questa Università della Città N. deputare il Razionale a calcolare, e significare li conti dell'amministrazione fatta dal Magn. N. Sindico nell'Elettato delli Magn. N. di N. cominciata dal 1. di Settembre 1702. e terminata all'ultimo di Agosto 1703. avemo eletto la persona di voi Magn. N. di N. sincome con la presente vi eleggemo, e deputamo con tutta l'autorità bastante, secondo la disposizione della legge de jure, & de facto, e delle Prammatiche, e secondo l'uso, e consuetudine della nostra Università, ed in ogni miglior via, e modo, che viene permesso, concedendovi vices, & voces nostras, atque Regias, servata la forma di dette Regie Prammatiche, costituendovi in ciò il salario solito darsi a' vostri predecessori, ed affinchè siate per tale ubbidito, e da tutti trattato, abbiamo fatta la presente, per mano del nostro ordinario Cancelliero, sottoscritta di nostre proprie mani, e solito suggello dell'Università. Datum, &c.

25 *Formola dell'ordine da farsi per l'esibizione dell'introito, ed esito.*

Philippus V. Dei Gratia Rex.
N. de N. Rationalis per Universitatem N. electus.

Magn. N. Sindico, e Magn. N. N. Eletti dell'anno cominciato a 1. Settembre 1702. e finito all'ultimo di Agosto 1703. al Governo della Città N., vi significamo, come dalla detta Università siamo stati eletti per Razionale alli conti di detta vostra amministrazione, e volendo procedere, come si conviene, alla visione di quelli, con la presente vi dicemo, ed ordinamo, che debbiate, e ciascheduno di voi debbia fra due giorni avanti di noi presentare li conti di detta vostra amministrazione con l'introito, ed esito lucido, e chiaro; con tutte le scritture a tale effetto necessarie, e debbia comparire, ed assistere appresso di noi continuamente nelli giorni seguenti fino alla terminazione di detto conto, senza farsi il contrario, sotto la pena di doc. 500. nella Regia *Pragmatica 5. de adm. Univ.* comminata; altrimente si procederà, anche la loro assenza non ostante, e saranno significati, e condennati in contumacia. Richiedemo anche con la presente li sottoscritti Mag. Sindici, ed Eletti di d. medema Università odierni, che vengano fra lo stesso termine, e continuatamente poi ad assistere, per fare le parti in beneficio di detta Università, o pure destinarvi persona, che in nome loro, e di detta Università assista avanti di noi per l'effetto predetto. Data nella Città N. &c. di &c.

Fit relatio Jurati Universitatis, vel Curiæ, qualiter fuit dictus ordo notificatus, & si non comparent, elapso termino, iterum fit ordo consimili modo, ut cum effectu præcise, & peremptorie compareant, & præsentent computum; Quo notificato, si neque obediant, tunc vel imploratur brachium Officialis justitiæ, ut cogantur de persona, vel captis pignoribus, vel habita notula introitus ab hodiernis de Regimine, vel a Cancellario, aut ab aliis, factaque di-

diligentia, potest in contumaciam expediri significatoria pro tota summa apparente introitus, quæ potest probari per instrumenta affictus introituum Universitatis, vel per acta in accensione candelæ facta, & etiam per testes.

Et potest etiam condemnari ad pœnam ducatorum quingentum contentam in dicto §. 9. *Pragm.5. de administr. Univerf.* in qua pœna incurrunt, nisi infra decem dies statim post annum administrationis præsentaverint computa.

Cervellinus in suo directorio fol. 120. *num.* 10. ponit etiam form. edicti affigendi in platcis, sed ego nullibi vidi practicari, quia in Regno nulla est tam magna Civitas, ut necesse sit publicari per edictum, rationes administratorum calculandas. Sed si quis in visione, vel revisione velit praxim *Cervellini* adhibere, poterit brevius in calce citationis, ut supra *num.*25. addere, v3. Ed affinchè ogni Cittadino possa venire a far parte per beneficio dell'Università per detti conti, che sarà anche tenuto secreto, ordiniamo, che s'affiggano le cartelle nelle piazze, e luoghi soliti.

Deinde in relatione Juratus refert intimasse Sindicos, & Electos hodiernos Universitatis; nec non affixisse cartellas in plateis, & locis solitis, ut omnibus Civibus innotescat, si quis velit facere partem pro Universitate in computis prædictis. Nec requiruntur alia acta ordinatoria, quia Rationales Universitatis procedunt de plano, & cetera.

26 *Formula Significatoria.*

Philippus V. Dei Gratia Rex.

N. de N. & N. de N. Rationales per Magn. Universitatem N electi.

Essendo stati noi eletti per Razionali alli conti del Magn. N. Sindico della Città N. dell'anno cominciato a 1. di Settembre 1702., e finito all'ultimo di Agosto 1703. Ed avendo proceduto servatis servandis alla visione di detti conti, intese ambe le parti, veduti, bilanciati, e calcolati, e partita per partita, così dell'introito, come dell'esito ben discussa, si è ritrovato l'introito superar l'esito in doc. cento, quali ordiniamo, che fra giorni dieci si paghino da detto Magnifico N. in potere dell' odierno Sindico, e come dicemo, significamo; ed in ogn'altro miglior modo. Data nella Città N.

Et sic e contra, quando exitus superasset introitum.

Et quando adessent aliquæ partitæ, de quibus administrator habet justam excusationem non potuisse producere cautelas de recepto in termino, tunc condemnatur, seu significatur in tota summa, & additur, v3. Però se detto Amministratore fra detto termine di giorni 20. produrrà le ricevute in forma valida del T. Procuratore de' fiscali, resti detto N. liberato, ed assoluto per quella summa, che ne produrrà cautele valide di ricevuta a beneficio di essa Università, e non altrimente, ed elasso detto termine senza altra dilazione debbia pagare detta summa, ut supra.

27 Advertant Rationales, quod curent vocare utramque partem, & coram eis promulgare, & legere tenorem significatoriæ, & in calce earum facere actum de dicta lectura, v3.

Lectæ, & latæ fuerunt retroscriptæ significatoriales litteræ, die, quo supra, præsentibus tam N. Administratore significato, quam Magn. N.N.N. Sindicis, & Electis hodiernis Universitatis prædictæ: Audientibus, & laudantibus.

Cum advertentia, quod si quis ab eis appellet, dicat, v3.

Verum N. de N. vocavit se gravatum a dictis significatorialibus ad legitimos superiores; appellavit hoc die . . hora decima septima pulsata.

Et ubi aliqua pars non potuit ob aliquod justum impedimentum venire, quia carceratus, vel infirmus, aut aliter absens, vel malitiose se latitavit; Tunc copia ipsius significatoriæ intimari debet per Juratum, & fieri relatio debet in calce ipsius significatoriæ.

Ad effectum, ut currant fatalia ad appellandum, & ut currat terminus ad solvendum, quia si non est lecta coram partibus, nec intimata, non poterit significatoria executioni demandari, nullumque præjudicium debitori significato afferre poterit.

C A P. II.

De Significatoriis Ecclesiæ, & Loci Pii.

S U M M A R I U M.

Significatoria, quæ fit per Rationales Ecclesiæ, vel alterius Loci Pii, paratam habet executionem de jure, num. 1.

Appellatio a decreto reddendi rationem, non impedit, quin procedatur ad cogendum Administratorem ad rationes reddendas, & illum significandum, num. 2.

Revisio, & appellatio in computis Ecclesiæ spectat ad Superiorem Ecclesiasticum, num. 3.

Computa monialium singulis annis reddi debent coram Superiore Ecclesiastico, num. 4.

1 Significatoriæ, quæ fiunt per Rationales Ecclesiæ, vel alterius Loci pii, habent idem privilegium paratæ executionis, *text. in auth. de Sanctiss. Episc. §. œconomos, & ibi gl. & Angel. in verbo repetitur, Muscat. in gl. s. sententia part. 1. lib. 2. num. 175. Marant. in tit. 10. quandoque appellatur num. 198. Rovit. in Pragm. 5. de Adm. Univer. Manson. de cons. execut. ampliat. 11. num. 19. D. de Luca ad Franch. obser. 547. num. 2. Escobar de ratiocin. cap. 31. Capibl. to. 2. cap. 92. num. 10. Et De Maria ad Revert. obs.* 518. ubi *num.* 3. dicit:

2 Quod jura odio habent administratores non reddentes rationes administrationis; quod si illi ab interlocutoria de reddendo rationem appellaverint, adhuc Judex appellatione remota adversus illos procedere potest, absque metu attentati, dummodo constet administrasse; Et pendente appellatione cogere illos potest ad rationes reddendas, sicque suam exequi sententiam, *De Marin. ubi supr.* & allegat *Lancellott. de attentatis par. 2. cap. 12. limit. 19. Reginell. eod. tract. de appellat. §. 2. cap. 3. nu. 56. Scacc. eod. tract. lib. 3. cap. 2. qu. 17. limit. 20. Novar. dec. 48. Mann. de Escobar in tract. de ratiocin. cap. 4. num. 5.*

3 Significatoriæ, & computa Ecclesiarum revidentur regulariter per Superiorem Ecclesiasticum, ex *Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. & 9. de reformat.* super quo *cap. 8.* plures ampliationes, & declarationes fuerunt editæ a Sacra Congregatione Cardinalium, & Congregatione Episcoporum, relatæ ab *Episcopo Carrafa in Synodo Caputaquensi in tit.* 25. & ad dictum Superiorem Ecclesiasticum spectat revisio, & appellatio.

4 Et computa Administratoris Monialium similiter anno quolibet revideri debent per Superiorem Ecclesiasticum, ut specialiter habetur in *Constitut. Gregorii XV.* quæ incipit: *Inscrutabili*, & habetur in *dicta Synodo Caputaquensi fol.* 181. *num.* 115.

CAP.

CAP. III.

De Significatoriis inter Barones, & Ærarios; & inter privatas personas.

SUMMARIUM.

Significatoriæ pro Baronibus contra Ærarios nullum privilegium habent, nullamque paratam executionem, & idem inter privatas personas: Nec possunt exequi realiter, & personaliter, sicuti illæ Universitatum, num.1.

Appellatio in significatoriis Baronum, vel privatarum personarum ligat manus Judicis, & ordinarie est procedendum, num.2.

Significatoriæ facta ex introitu superante exitum, etiam inter privatas personas habent executionem paratam, & non impediuntur per appellationem, num.3.

Significatoriæ ex introitu superante exitum, tunc non habent executionem paratam, quando a Rationali adjungitur, vel demitur ab introitu, vel exitu, n.4.

Societatis instrumentum non habet executionem paratam, neque quoad capitale liquidum, nisi prius discussis rationibus, num.5.

Baro infra duos menses post annum tenetur expediri facere rationes, num.6.

Baro potest eligere Rationales tam in computis Ærarii, quam in aliis negotiis, sed potest contradici a parte uti suspectus, & computa præsentari in Regia Camera, sed melius in Sac.Cons. vel in M.C.ViC., num.7.

Ærarius finito anno tenetur exhibere librum rationis clarum, num 8.

Ærarius bona sua alienare, & obligare non potest, pendente anno Ærariatus, num.9.

Ærarius Rationali nil solvere tenetur, quia prima visio fit expensis Baronum, sed revisio fit expensis petentis, num.10.

Computus finalis non recognitus a partibus executionem paratam non habet. Ideo datur cautela, ut per scripturam acceptetur computum factum esse verum, vel ut confirmetur decreto Judicis competentis, num.11.

Significatoriæ privata tunc haberent executionem paratam, quando per instrumentum partes convenissent de stando significatoria Rationalis, num.12.

Ærarii ad interesse ob moram non tenentur ante latam significatoriam, num.13.

Praxis liquidandi partitas liquidas, vel introitum, & exitum coram Judice in contradictorio Judicio, num.14.

Doctores legum non possunt ad Ærariatus munus cogi, num.15.

Inimicus, vel odiosus Baronis eligi non potest Ærarius, num.16.

Liberatoria Ærarii forma, num.17.

1 Significatoriæ pro Baronibus contra Ærarios, nullum privilegium habent, nullamque paratam executionem, sed ita se habent Rationales electi per Barones, prout Rationales electi per particulares personas ad videndum computa, seu rationes alicujus negotii, seu societatis inter ipsos, & sic juris ordine servato procedendum est ordinarie auditis partibus, & facta significatoria exequi non potest realiter, & personaliter: Nam hoc est speciale privilegium concessum Fisco, & Universitatibus tantum, *Capibl. pragm.16.num.83.*

2 Quo fit, ut appellatione interposita, erunt ligatæ manus Judicis, & ordinarie est procedendum in appellatione prædicta, nec poterunt executioni demandari cum cautione, quia in istis non proceditur executive, ut pluries in Sacr. Cons. judicatum testatur *Capibl.in Pragm.16.nu.84. de Baron.* quem sequitur *Riccius, de Luca ad Franch. decis.* 347. & latius *Muscat.in glos. sententia par.1.lib.2. num.175.& seq. de Marin.ad Revert. obs.517.n 5.*

3 Verum ubi significatoria apparet facta ex introitu superante exitum, & dummodo partitæ introitus, & exitus sint scriptæ in libris per partem præsentatis, quo casu pars ponens videtur fateri data, & accepta, & in confessis nullæ sunt partes Judicis, nisi in exequendo, & propterea per Sacrum Consilium sæpe fuit judicatum tales significatorias esse exequendas, & quod appellationi tunc non sit deferendum, nisi facta solutione cum cautione in casu retractationis, idem *Capibl.ubi sup.num.65.Ricc.de Marin.& Novar.decis. 52.*& in *Pragm.37.de offic.Proc.Cæsar.*

4 At ubi deductio prætenderetur partim ex partitis introitus superantis exitum, & partim ex aliis partitis, tunc videretur dicendum, quod liquidum per illiquidum retardari non deberet, & sic partitæ debitæ ex introitu superante exitum uti liquidæ, & a parte confessatæ non deberent retardari per alias partitas significatas a Rationali ex alia via, per *textum in l.quidam existimaverunt ff. si certum petatur, & in l.fin. C.de compensationibus.*

Attamen contrarium concludit *De Marin. ubi sup.* ea ratione, quia unica est caussa, unicum factum, ideo debet totius complementum expectari, nec aliter permitti propter unam partitam liquidam, executive procedi, ita *De Marin.ubi supr.Novar.*& alii citati.

Quicquid dixerit *de Ponte tit.de regal.impos.§.3. nu.11.& Capibl.in d. Pragm.16. num.*86. ubi concludunt per *text.in l.2. §.quod de frumentaria, ff.de administ. rerum ad Civis.pertinent.* Quod liquidum exequi potest, licet altera pars sit illiquida, nam *de Marin.& Novar.* respondent prædictis.

Sed idem *Capibl.* non negat impediri liquidum, quando justa erroris, vel gravaminis caussa allegatur, ut quia Rationalis aliquam exitus partitam non admisisset, ex *Mascard.concl.254.Guttierez lib.1.qu.37.*& quoties Rationalis adjungit, vel minuit introitum, vel exitum, mutando, & calculando, non juxta posita.

Nam quando Rationalis tollit ab exitu, vel adjungit introitui, tunc non dicitur facta calculatio ex introitu superante exitum.

5 Et clarius idem *Capibl.*dixit in *2.tom.cap.92.nu.14.* afferens exemplum instrumenti societatis, ubi capitale licet liquidum repeti non potest, nisi prius visis, & terminatis omnibus rationibus societatis lucri, vel damni, ex *Giurba dec.15.*& aliis ibi.

6 Baro infra duos menses post annum immediate sequentes cogitur expediri facere rationes, alias cogitur per superiores, ita decisum *Capib. d. Pragm.16. num.111.* ex *l.1.Cod.ut omnes Judices.*

7 Et Baro non solum sui Ærarii, sed omnium suorum debitorum rationes videndas delegare potest de jure, & de generali consuetudine, & jurisdictionem in propriis negotiis exercere; Dummodo partes non contradicant, alias qui suspectus in cognoscendo, est suspectus etiam in delegando, *Capibl.Pragm.3. nu.165. & pragm.16.num.82.*& ego vidi plures Ærarios præsentare computa in Regia Camera Summariæ contra Barones, sed melius in M.C.V.vel Sac.Reg. Cons. ut ego practicavi, quia nullum interesse fisci consideratur in computis inter Baronem, & Ærarium; quapropter Reg.Cam.non est Judex competens.

8 Ærarius finito anno libros claros, & lucidos pro reddenda ratione de commissis, & omissis, exhibere tenetur, *Capibl.ubi sup.*

9 Et pendente anno administrationis, & rationum redditione non potest Ærarius bona sua alienare, vel obli-

obligare, quia sunt obnoxia pro dicta administratione, *Capibl. ubi sup. n.* 110.

10 Nec tenetur Ærarius quid minimum solvere Rationali pro dicta redditione rationis, nec pro copia significatoriæ, sed fit expensis Baronis, verum revisio computorum fieret expensis petentis, *Capibl. ubi supr.*

11 Et computum finale non recognitum a partibus, non habet executionem paratam, quia communiter rationes sunt intricatæ, & non liquidæ, ita ex doctrina *Angeli, & Joannis de Plato*, concludit *Bovius dec. 2. & dec.* 295. *num.* 16. *Capoll. in caut.* 51.

Ideo cautela erit, ut computum habeat executionem paratam inter partes, vel inter Ærarium, & Baronem, quod finale computum recognoscatur per scripturam authenticam, in quo declaretur computum factum esse verum, *DD. ubi supra.*

Altera cautela erit, ut computatio a Judice competenti confirmetur, aliter computatio quamvis legitime facta executionem non habet, *Amend. ad Franch. dec.* 347. *num.* 8. *per text. in l. si fur, C. de jure fisci lib.* 10.

12 Significatoriæ privatæ tunc haberent executionem paratam, quando partes mediante instrumento convenissent de stando calculo, & significatoriæ factæ per Rationalem, quia tunc exequitur, ut instrumentum, *Capibl. cap.* 92. *tom.* 2. *num.* 11. ex *Menoch. de arb. casu* 109. *n.* 37. & alis ibi.

13 Ærarii ad interesse ob moram non tenentur ante latam significatoriam; *Capibl. in Pragm.* 16. *n.* 101. ex *Ursil. dec.* 205. *De Ponte, & aliis.*

14 Praxis autem liquidandi partitas illiquidas, vel introitum, & exitum coram Judice in contradictorio iudicio, traditur a *Domino Altimari in rub. 5. qu.* 18. *num.* 14. his verbis.

Praxis nostrorum Tribunalium hujus fidelissimæ Civitatis est, ut facta sententia condemnatoria ad quantitatem liquidandam, vel facta sententia condemnatoria ad rationis redditionem auditis partibus, committitur persona non suspecta, & perita in arte, puta Scribæ Causæ, Actuario, Secretario Tribunalis, vel alteri, ut conficiat etiam auditis partibus calculos quantitatum prætensarum, cum oppositionibus partis adversæ, vel in redditione computorum calculos introitus, exitus, juxta scripturas præsentatas, etiam cum oppositionibus partium, aliquando faciendo unam lecturam, aliquando plures, quibus factis illos propria manu firmat, & Judici committenti præsentat, qui si a partibus acceptantur, debita executioni demandantur, juxta illorum legitimam formam, sin vero aliqua pars sentiat se gravatam, petit illorum revisionem, quæ committitur alteri partibus non suspecto, deinde fiunt per Judicem præcepta, quod pars gravata procuret revisionem, alias calculus factus firmus remaneat, & procedatur ad illius discussionem. Si pars gravata non procurat revisionem, proceditur ad discussionem coram Judice, qui auditis partibus, & calculis visis, illos confirmat, vel reformat, secundum justitiam partium; si procurat, fit alter calculus auditis partibus per alium calculatorem electum, quo facto proceditur ad illius discussionem, & approbatur, vel reprobatur per Judicem; verum facta approbatione per Judicem appellatur, seu reclamatur, & talis decreti impeditur executio, tam si feratur per Judices, seu in causis, quorum executio non impeditur per appellationem, seu reclamationem, quam non, ut decisum fuit per S. C. referente D. Sancio de Lissada in Causa Marci Corbini, cum Hectore Robino, in banca Speræ.

Quam praxim ponunt etiam *Parlad. lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 1. *p.* §. 6. *num.* 1. & *seqq. Escob. cap.* 31. *de ratiocin.* meminit *Salgad. de reg. protect. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 42.

15 Doctores legum cogi non possunt ad Ærariatus munus, & sunt exempti ab omnibus muneribus personalibus, quæ injunguntur, tam ab Universitatibus, quam a Baronibus, ab omnibus muneribus, sive civilibus, sive publicis, per *Text. in l. medicos, C. de professor. & med. lib.* 10. ubi Imperator Constantin. generaliter loquutus fuit absque distinctione, quod sit sapiens, vel ignarus Advocatus, aut Lector, ut la. te *De Marin. lib.* 2. *resol.* 67. rejectis Doctoribus dicentibus dictam legem loqui solum de Advocatis, vel Lectoribus, & non extendi ad Doctorellos, & refert decisionem Regiæ Cameræ de anno 1641. ad favorem Doctoris Marci de Rugerio Castri Abatis, qui fuit liberatus ab Ærariatu, idem concludit doctissimus *Aget. ad Moles part.* 1. *qu.* 17. §. 7. *de immunitate functionum fiscalium n.* 28.

16 Neque potest eligi Ærarius, qui Baroni sit inimicus, & odiosus, *Capibl. in Pragm.* 3. *n.* 82. ex *de Franch. dec.* 301. *num.* 8. *de Ponte tit. de elect. offic.* §. 1. *num.* 8. *Sesse de inhibit. fol.* 2556. *cap.* 4. §. 4. *n.* 20.

17 *Formola di Liberatoria di Erario.*

N. de N. Princeps Civitatis N. & utilis Dominus Terrarum N.N.N.

Essendosi per ordine nostro veduti, e calcolati li conti dell'Erariato amministrato da N. nella nostra Terra di N. nell'anno cominciato dal 1. di Settembre 1702., e finito nell'ultimo di Agosto 1703. Ed essendosi riconosciute tutte le partite dell'introito, ed esito per vere, e ben fatte, e con ogni diligenza calcolate, e discusse, si è ritrovato l'introito superar l'esito in doc. lei, quali sono prontamente stati pagati in mano nostra, o vero in mano di N. odierno nostro Erario, come dal medesimo ci viene attestato; però assolvemo, ed in ampla forma quietamo detto N. ut supra Erario, e volemo, che in nessuno futuro tempo sia più obbligato a dar altro conto di detta sua amministrazione, giacchè ce ne conosciemo ben serviti, e sodisfatti, e tutte le scritture di essi conti restino in nostro potere, Datum, &c.

Altra Formola.

Ponitur titulus Baronis.

Perchè N. nostro Erario dello Stato di &c. Per l'annata cominciata dal Primo di Settembre 1702. e finita all'ultimo di Agosto 1703. ha dato chiaro, e lucido conto, e lasciato in nostro podere il libro d'introito, ed esito con tutti gli ordini, ricevute de' pagamenti, ed altre scritture necessarie, e quelle vedute, e rivedute, e ben considerate, e calcolate da Noi, e nostro Razionale, non si è trovato debitore in altro, eccetto che in tomola 8. di grano, e tomole 4. di germano, quale tomola 8. di grano, e tomole 4. di germano, ordinamo che esso N. le consegni subito in potere di N. odierno nostro Erario con farsene fare ricevuta a piè di questa, e consignato, che averà detto grano, e germano, resta detto N. assoluto, siccome colla presente l'assolvemo, e liberamo, e gli facemo generale, e finale quietanza, anche per aquiliana stipulazione di tutta l'amministrazione di detto Erariato, e tutte essigenze, industrie, ed altro, per certa nostra scienza, deliberatamente, e d'ogni miglior modo, e perciò noavemo fatto scrivere la presente firmata di nostra propria mano, e suggellata di nostro propio suggello. Dal nostro Palagio in Napoli 5. di Gennajo 1704.

Simili modo fit liberatoria Agentis, & aliorum Negotiorum gestorum.

Finis Quinti Tituli Secundæ Speciei.

SE-

SEXTUS TITULUS

De Legatis.

PRÆLUDIUM.

Pro finali complemento hujus Secundæ Speciei Judiciorum, quæ fiunt per creditorem non habentem pro se instrumentum, sed etiam scripturam, restat tradenda praxis pro legatario, qui vigore legati potest quoque viam executivam exercere. Et sicuti legati fiunt in ultimo nostræ vitæ, & est ultima scriptura, & ultimus actus, & finis hominis; ita hic Sextus Titulus de Legatis congruenter est pro ultimo Titulo finali hujus Secundæ speciei Judiciorum collocatus.

Hic Sextus, & finalis Titulus dividitur in tria Capita.

I. Cap. De Judicio executivo legati.
II. Cap. De omnibus actionibus pro legato consequendo.
III. Cap. De petitione legati contra tertium possessorem.

C A P. I.

De Judicio executivo legati.

S U M M A R I U M.

Legatum in Regno Neapolitano via executiva per præcepta peti potest, num. 1.
Legatum quando est dubium requirit in judicio ordinario terminum, & sententiam, & hoc est regulare in omnibus judiciis executivis, num. 2.
Via executiva cessat, si ei sit renunciatum, num. 3.
Via executiva pro consecutione legati non impeditur per exceptionem compromissi, quando per exceptionem contra testamentum, vel legatum reddatur dubium, num. 4.
Legatum, ut executive possit peti, debet non solum exhiberi particula testamenti, sed fidem præambuli hæreditatis aditæ, num. 5.
Judicium executivum ab initio debet legitimare personam actoris, & rei, num. 6.
Legata peti non possunt hæreditate non adita, num. 7
Legata fiunt irrita, si hæreditas non fuerit adita, nisi ubi esset clausula codicillaris, vel expresse essent a venientibus ab intestato repetita, vel essent legata pia, num. 8.
Filius institutus nolens hæreditatem adire ex testamento, sed ab intestato in fraudem legatarii, tunc datur actio in factum prætoria, & non personalis, nu. 9.
Hæres ubi nolit hæreditatem adire ex testamento, nec ab intestato, tunc bona dantur alicui, caussa conservandorum bonorum, & dicitur hæres anomalus, num. 10.
Hæres ubi est incapax successionis, ut Monasterium, tunc imploratur officium Judicis pro solutione legati, num. 11.
Hæreditas quando est vacans, traditur cautela pro consequendo legato, num. 12.
Legatarius propria auctoritate rem legatam occupare potest, antequam hæres possessionem hæreditatis apprehendat, num. 13.
Legatarius amittit legatum, si propria auctoritate accipiat, nam debet accipere a manu hæredis, vel Testatoris, cum licentia ipsius, dicta regula non habet locum, quando possessio erat vacans, num. 14.
Legatarius quando potest cogi ab hærede ad restituendum legatum propria auctoritate apprehensum, & quando non, num. 15.
Hæres petens legatum a legatario debet satisdare de illo restituendo, salvo jure falcidiæ, & offerens legatarius cautionem de solvendo, non potest possessione legati spoliari, num. 16.
Interdictum quorum legatorum datur etiam ad beneficium legatarii pro repetendo legato post detractam falcidiam, num. 17.
Legatum antequam solvatur, quid deduci debeat, & quando non, num. 18.
Hæres privatur hæreditate, si nolit solvere legatam; num. 19.
Hæres conveniri nequit ante aditam hæreditatem, num. 20.
Legatarius abscondens testamentum, amittit legatum, si postea invenitur, num. 21.
Hæres pro legatis, & fideicommissis coram proprio, non coram defuncti Judice, conveniatur, & ratio assignatur, num. 22.
Legatum, vel fideicommissum petendum est, ubi hæreditas relicta est, vel ubi major pars hæreditatis est; Non habet locum hæc regula, quando hæres habet domicilium alibi, num. 23.
Foras destinatæ solutionis, vel contractus procedit, si ibi conveniendus inveniatur, secus si absens sit, num. 24.
Citationis form. ad solvendum legatum, per viam mandati justificati cum contumaciis, & advertentiis, num. 25.
Libelli form. pro legatario cum præceptis de solvendo, num. 26.

1 Legatum an peti possit via executiva, vel non pro illius consecutione requiratur judicium ordinarium? Fuit satis controversum inter *Doctores*, ita quod ab utraque parte innumeri referri possent; sed in Regno hodie sopita est hæc controversia, dum in praxi recepta est sine dubio opinio, ut possit via executiva agi, quando petitur legatum, vel fide commissum vigore testamenti, & sic fit præceptum hæredi de solvendo; nec est necesse, quod pars petat hæredem condemnari per sententiam; & ita practicatur indubie in hoc Regno, teste *De Marin. lib. 1. resol. 241. & lib. 2. resol. 8. num. 11. Hodierna controv. for. 19. Merlin. lib. 2. controv. 197. sub num. 26. D. Petra rit. 181. num. 20.* & innumeri per eos citati post *Manson. de caus. exec. ampliat. 12. num. 5. & Sanfelic. decis. 204. num. 2. Gratian. discept. for. 62. Viv. dec. 464. lib. 3.*

Quæ conclusio procedit contra hæredem, qui cavillose differt, nihil substantiale opponendo contra testamentum, vel legatum.

Sed ubi hæres negat ad legatum præstandum teneri, opponendo aliquid substantiale, quod reddat caussam dubiam, & excusationem justam non solvendi saltem apparentem; tunc ordinarie erit procedendum, & compilato processu diffinitiva sententia erit expectanda; Quo casu via executiva incœpta restringitur, & impartitur terminus in caussa, teste *Merlin. cent. 2. controv. 2. num. 2.* quem sequitur *De Marin. d. resol. 241. num. 5.* & decisum refert *D. Petra d. rit. 181. num. 20.*

Quod est regulare in omnibus; ubi exceptio aliqua adversus testamentum, vel quamcumque scripturam publicam opponitur, expectanda est sententia diffinitiva, & interim amittit naturam summariam, & executivam, *De Marin. ubi sup.*

3 Cessat quoque via executiva, si ei sit renunciatum, nam tunc requiritur quoque sententia, *Boerius decis. 297. nu. 12.* citatus a Domino sapientissimo *Episcop. Verde lib. 2. num. 2512.* & alii ibi.

4 Via executiva pro consecutione legati non impeditur per executionem compromissi, vigore *Prag. de arbitr. Capyc. dec. 48. Urso ad Muscat. p. 2. glos. gradus in fine, D. Verde ubi sup.*

Quod intelligitur, quoties contra testamentum, vel legatum nil opponitur substantiale, quod reddat litigiosum, vel dubium legatum, ut supra dictum est, quo casu amittit naturam executivam, & sic esset procedendum ordinarie, tunc compromissum est admittendum. *d. Auct. loc. cit.*

5 Ut executive possit procedi non solum debet exhiberi particula testamenti, sed fides aditionis hæreditatis per hæredem aditæ; Tum quia quodcumque judicium executivum requirit, ut ab initio, & ante omnia fiat legitimatio personæ actoris, & rei, & producatur instrumentum, ex quo constet competere viam executivam.

6 Itaque qui agit contra hæredem, debet ostendere illum esse hæredem, & si agit pro legato, debet producere particulam legati; hanc praxim tradit late *Carlev. lib. 1. tit. 2. disp. 3. num. 21.* post *Coler. de process. execut. par. 3. c. 1. ex num. 17.*

7 Tum quia legata peti non possunt hæreditate non adita, ex *text. in l. nemo ff. de testam. tutel. l. si quis omissa, ff. si quis omissa causa testam. Guid. Papa decis. 604.*

Quia actio personalis nata ex quasi contractu inter hæredem, & legatarium, non datur, hæreditate non adita, *§. hæres 5. instit. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur, Surd. de aliment. tit. 3. qu. 3. num. 10. D. Verde num. 254. lib. 2.* & sic ageret sine actione.

8 Imo si non fuerit adita hæreditas, legata fiunt irrita, *Text. in l. eam quam, & in l. ex testamento, C. de fideicomm. & in l. si nemo, ff. de regul. jur.*

Non enim debentur ab hærede, qui non adiit, nec a venientibus ab intestato, cum de hoc non sint gravati, ut late *Oinot. instit. lib. 2. de legat. tit. 20. §. sed olim, num. 13.*

Quæ conclusio limitatur, ubi legata expresse essent repetita a venientibus ab intestato, *l. ex testamento, C. de fideicomm.*

Item ubi esset clausula codicillaris, *Oinot. ubi sup.*

Limitatur etiam in piis legatis, ut in praxi Trib. Rev. Fab. late dicemus, quam typis Deo dante successive dabimus.

9 Propterea quando filius institutus non vult adire hæreditatem ex testamento in fraudem legatarii, sed ab intestato; Quo casu legata sustinentur per edictum, de quo est *text. in l. 1. ff. si quis omissa causa testamenti, ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem;* tunc actio in factum prætoria, & non personalis actio locum habet, *Jason in l. 1. n. 108. ff. de legat. 1.*

10 Et ubi hæres nolit hæreditatem adire, nec ex testamento, nec ab intestato; tunc bona dantur alicui caussa conservandorum legatorum, qui conservator dicitur *irregularis*, sive *anomalus*; Quia non est hæres ex testamento, nec ab intestato, ita *D. Verde lib. 2. nu. 2503. ex Bart. in l. 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. Bald. in l. pro hæreditariis, C. de hæred. action.*

11 Et ubi hæres est incapax successionis, ut Monasterium; tunc imploratur officium Judicis pro solutione legati, stante carentia actionis, *D. Verde lib. 2. nu. 2506.* per *text. in l. hæreditas 3. ff. de petit. hæreditatis, Bart. in l. Civitatibus 125. num. 1. ff. de legatis 1. Peregrin. lib. 3. de jure fisci num. 14.*

12 Et semper quando hæreditas est vacans, quia institutus hæres est in mora illam adeundi; Et sic non possit legatarius, vel fideicommissarius pro legato, vel fideicommisso assequendo, neque via executiva, neque ordinaria contra hæredem agere; datur cautela legatario, ut Judicis officium imploret; Qui Judex viso testamento, & de casu fideicommissi, sive legati constito summarie, fideicommissarium, sive legatarium in rerum vacantium possessionem immittere potest, concedendo ei familiam etiam hærede non citato, *Manson. ampliat. 12. num. 19.* quæ cautela traditur a *Reg. de Marin. d. resolut. 141. num. 6. ex Menoch.* & aliis ibi citatis per *text. in l. creditoris C. de pignor. Papar. in prax. tit. 7. de petit. legati nu. 16.*

13 Imo quod propria auctoritate licebit, rem legatam occupare, ante apprehensam per hæredem scriptum hæreditatis possessionem, *De Marin. loc. cit. & glos. in l. non est dubium, C. de legatis, Bart.* & aliis ibi.

14 Nam licet vulgata sit illa regula, quod legatarius amittat legatum, si propria auctoritate accipiat, *d. l. non dubium 5. C. de legatis.*

Quia legatarius, & fideicommissarius debent accipere a manu hæredis, vel a manu testatoris, vel cum licentia testatoris, ut quando testator dat facultatem accipiendi propria auctoritate, tunc non requiritur, ut præstetur ab hærede, *l. Lucius 22. ff. de legatis 2. l. 3. §. nunc ff. de liberat. legat.*

Hoc intelligitur, quando legatarius occupat possessionem non vacantem post aditam hæreditatem, tunc enim cadit a jure suo legatarius, vel fideicommissarius occupator.

Secus quando possessio erit vacans ante aditam hæreditatem, tunc non cadit a jure suo, *De Marin. d. resol. 141.* post *Marant. part. 4. dist. 7. num. 9.*

15 Et licet tali casu datur hæredi, ejusque successori ex testamento, vel ab intestato remedium, sive beneficium interdicti, *quorum bonorum*; quo hæres, vel hæredis successor potest cogere legatarium ad restituendum legatum propria auctoritate captum, testatore non permittente, *l. 1. ff. quor. legator. ibi: Ut quod quis non ex voluntate hæredis occupavit, id restituat hæredi.*

Tamen hoc beneficium datum est hæredi, ut possit detrahere prius æs alienum, & falcidiam, *l. 1. C. quor. legator.*

Ideo ubi hæres nihil ex legato detrahere posset, tunc cessat hoc interdictum, *l. 1. §. si quis ff. quor. legator.*

16 Præsumitur enim dolus in hærede petente sibi restitui, quod statim legatario iterum tenetur dare, *l. dolo facit 8. ff. de dol. except.*

Nam hæres petens legatum a legatario, debet satisdare de illo restituendo salvo jure falcidiæ, *l. 1. §. quod ait Prætor il 3. ff. quor. legator.*

Insuper legatarius si offert cautionem de solvendo, quod fuerit judicatum, non potest sua possessione legati spoliari, *De Marin. ubi supr. ex Corn. consil. 223. Surdo decis. 333.* & aliis ibi.

17 Imo hoc interdictum *quorum legatorum* datur etiam ad beneficium legatarii adversus hæredem pro repetendo legato post detractam falcidiam, *l. 1. §. redigantur, & ibi glos. quor. legator. Marant. p. 4. dist. 7. num. 10.*

18 Legatum enim antequam solvatur, deducitur primo æs alienum, expensæ funerales, & pro inventario, & testamento factæ.

Secundo, deducuntur legata, quæ non possunt diminui, ut legatum libertatis, legatum pro expensis funerum, & omne aliud legatum individuum.

Tertio, detrahit hæres sibi quartam, quæ vocatur *falcidia*; Quæ falcidia non detrahitur a legatis piis, neque in casibus, de quibus in *auth. sed si testator, C. ad l. falcidiam*, ut latius dicemus in praxi Trib. Rev. Fabr. quæ quamprimum dabitur torculari.

19 Et sicuti legatarius amittit legatum, si propria auctoritate occupat rem, postquam hæres adivit hære-

ditatem, & possedit rem, ut diximus supra.

Ita pariter hæres privatur hæreditate, si nolit solvere legatum, *l.fin.Cod.de fideicomm. Auth.de Eccl. tit.§.si quis autem coll.9.*

20 Quod similiter intellige post aditam hæreditatem, nam hæres conveniri nequit, antequam adierit hæreditatem, *l.7.§.1.ff.quando dies legat. cedat, l.servum 47.§.1.ff.de legatis.*

21 Et legatarius amittit quoque legatum, si absconditdit testamentum, quod postea invenitur, *l.si legatarius,C.de legatis,D.Marin.tom.2.cap.8.num.25.*

22 Hæres pro legatis, & fideicommissis a defuncto relictis coram proprio, non coram defuncti judice conveniendus est, *De Marin.ad Revert.decis.191. nu.14. & Reg.de Ponte cons.18.num.6.lib.1.*

Et ratio assignatur, quia hæres pro legatis non convenitur ex contractu defuncti, sed ex actione, quę post illius mortem sumit initium ex persona ipsius heredis.

23 Et regula, ut legatum, vel fideicommissum ibi petendum sit, ubi hæreditas relicta, sive ubi est major pars hæreditatis, ex *text.in l.unica, C.ubi fideicomm. peti oportet*, & ibi *Salicet.num.4.* procedit, si hæres inveniatur in loco, ubi hæreditas relicta est, alioquin si fuerit absens, conveniendus est in loco domicilii ipsius hæredis.

24 Et regula generalis, quod tunc extra domicilium quis conveniri potest ratione contractus, vel destinatæ solutionis, vel aliqua alia causa, procedit, dummodo conveniendus ibi conveniatur, secus ubi esset absens, ut late *De Marin. loc.cit.Carleval.lib.1.tit.1. qu.5.num.366.*

25 *Form. Citationis ad solvendum legatum per viam Mandati justificati cum contumaciis, & advertentiis.*

Servientibus nostræ Curiæ, sive aliarum quarumvis Curiarum insolidum committimus, & mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitionem Magn.Fabii Franchini legatarii ex testamento quondam T.de T.sive, &c.peremptorie mandetis T.de T.& T. de T. hæredibus ex testamento dicti quondam T. sub pœna unciarum 25. Proventario applicanda in casu contrarii, quatenus infra dies duos post hujusmodi mandatum immediate sequentes, dare, solvere, & assignare debeant, & quilibet ipsorum debeat eidem legatario duc.50.pecuniarum debitos ex caussa legati per dictum T. testatorem ad beneficium dicti Magn. Fabii Facti, cujus particula in actis est præsentata cum fide præambuli, una cum omnibus expensis, damnis, & interesse, &c. Verum si caussam habent in contrarium infra eundem terminum legitime compareant coram nobis in dicta nostra Curia ad dicendum quicquid, & caussam, quare ad prædicta non teneantur: quoniam, &c.alias, &c.citetis, & referatis in forma. Datum in T.Civitate, die, &c. *T. Gub.*

Nomina citandorum sunt v3.

T.T.T.T.,&c. *T. Act.*

Fit relatio Nuntii in forma solita fuisse citatum, & si non comparet, accusantur contumaciæ, v3. Die 14.Nov.1696.

Die 16.Novemb.1696.in T.Civitate, Curia, &c.instante parte, & petente fuit accusata prima contumacia contra prædictos T. hæredes in forma, & in fidem, &c. *T. Act.*

Die 20.mensis Novembris 1696.in Civitate, Curia pro Tribunali sedente hora caussarum solita, instante parte, & petente fuit accusata ultima contumacia contra T. T. T. T., &c.Citatos relatos, & non comparentes in forma.

Et vocatis supradictis T.T.T.T., &c.in banco juris dictæ Curiæ T. Civitatis pro Tribunali sedentis, ut juris, & moris est per Talem de Tale Juratum Curiæ prædicto, & nemo ipsorum comparuit, qui legitimis excusationibus ipsos excusaret Ideo instante supradicto T.legatario fuit accusata ultima contumacia, & in contumaciam ipsorum T., & T. heredum provisum est, quod contra d. T.de T.T.T., &c. heredes conventos exequatur pro ducatis 50.eidem Magn.Fabio debitis ex legato vigore testamenti quond. T.Testatoris ad beneficium dicti Mag. Fabii legatarii una cum expensis. & interesse, realiter tantum, juris forma servata in provisione, & expediantur litteræ executoriales in forma.

T.Gub.

Lectum latum in T. Civitate Curia sedente pro Tribunali die quo supra, præsentibus T. T. T. T. &c. pro Testibus &c.

T.Act.

Quando Rei citati comparent, & non opponunt aliquam substantialem exceptionem, tunc rejectis exceptionibus oppositis fit decretum, *quod solvant oppositis non obstantibus.*

Et si opponunt aliquam subsistentem exceptionem, tunc summarie, & executive audiuntur, prout expostulat via executiva. Dummodo exceptio non sit contra testamentum, vel legatum, & sit talis, quæ reddat dubiam causam, si, vel ne debeatur; nam tali casu perderet naturam executivam, & ordinariis terminis standum esset, juxta per nos superius dicta *nu.* 2.

C A P. II.

De omnibus actionibus pro legato consequendo.

S U M M A R I U M.

Legatum quid sit, num.1.

Hæres recusans solvere legatum privatur hæreditate. & si est filius perdit hæreditatem, retenta sibi legitima tantum, num.2.

Actiones pro consequendo legato sunt tres, & quæ sint, num.3.

Legatarius potest agere contra hæredem, ut recuperet rem a tertio, & sibi tradat, num.4.

Actio personalis pro legato datur etiam contra hæredem hæredis, num.5.

Legatarius ex tribus actionibus, unam eligere potest, & quando omnes tres competunt, & quando non, num.6.

Petitionis formula legati in actione personali, num.7.

Libelli formula pro legatario in reivindicatione, num.8.

Libelli formula pro legatario in actione hypothecaria, n.9.

Articulandi formula pro legatario super omnibus tribus actionibus pro legato competentibus, num. 10.

1 Legatum est donatio quædam per defunctum relicta ab hærede præstanda, *l.legatum est ff.de legatis 2.Oinot.lib.2.de legat.tit.20.num.5.*

2 Et hæres, qui recusat solvere legatum, punitur pœna privationis hæreditatis, *l.fin.C.de fideicomm.Auth. de Eccles.tit.§.si quis autem coll.9. cap.Sylvester. 12. qu.1. cap. si hæredes de testamentis*, & si est filius sibi retinet legitimam, *Auth.hoc amplius, C.de fideicom. D.Verde lib.2.instit.n.2519.* & perdit hæreditatem.

3 Actiones pro consequendo legato sunt tres, v3.Realis, personalis, & hypothecaria, *l.1., & 2. C.commun.de legat.*

Realis competit, & sic Reivindicatio, ubi legatum consistit in re certa, & in specie, veluti si Testator legavit fundum talem, quia tunc recta via dominium transit in legatarium, & a die mortis Testatoris fit dominus rei legatæ, ut successive competat Reivendicatio, *l. a Titio, ff. de furtis, l. si tibi homo, §.cum servus, ff. de legatis 1. l. in rem 24. ff. de*

de reivindicat. Cevagl. commun. qu. 103.

Personalis actio ex testamento cum hypothecaria competit, ubi legatum consistit in genere; puta si Testator legavit servum, vel equum in genere, vel quando legatum consistit in quantitate, puta si legavit centum modios frumenti, vel decem dolia vini, tunc enim non est translatum dominium rei legatæ ante traditionem, & propterea non competit realis actio, sed personalis, & hypothecaria.

Personalis nascitur ex quasi contractu inter hæredem, & legatarium, postquam hæreditas fuit adita, *§. hæres Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu nascuntur.*

4 Propterea legatarius potest agere contra hæredem, ad hoc ut hæres recuperet rem legatam a tertio possessore, & sibi tradat, *Bart. in l. Julian. 14. §. si venditor, ff. de act. empt.* Nam actionem hypothecariam etiam habet legatarius contra tertium possessorem, ut latius in *seq. Cap.* dicam.

5 Actio personalis datur non solum contra hæredem testatoris, sed contra hæredem dicti hæredis, *l. quamvis, C. de legatis, l. 1. C. de pignor. D. Vende lib. 2. instit. num. 2517.*

6 Ex his tribus actionibus legatarius unam tantum eligere debet, nec admittitur cumulatio, quando lex ex contractu concedit plures actiones, *l. cum filius, §. ut iis, ff. de leg. 2.*

Quando igitur legatum consistit in specie, & res est ipsius testatoris, tunc omnes tres actiones competunt, unam tamen debet eligere legatarius, *d. l. cum filius.*

Nam si aliena est, tunc duæ tantum actiones competunt, nempe personalis ex testamento, & hypothecaria, *l. 1. C. communia de leg.*

Quando autem legatum consistit in genere, vel quantitate, tunc competunt solum duæ actiones, scilicet, actio ex testamento, & hypothecaria.

Quando legata est liberatio debiti, tunc unica tantum actio ex testamento, & exceptio competit, *l. quod mihi, ff. de liberat. legat.* & late *Oinot. in lib. 3. Instit. de legat. tit. 20. §. sed olim, n. 22. fol. 679.*

Et in omni re incorporali non datur reivendicatio, ut in legato libertatis, alimentorum, sed datur actio ex testamento, *l. 1. C. commun. de legatis, Surd. de alimentis, tit. 3. quæst. 4. num. 3. Peregr. lib. 3. de jure fisci, tit. 114.*

Quando legatum non concernit utilitatem alterius, sed solum honorem, & authoritatem testatoris, ut quia legavit 100. ad statuam, vel monumentum in sui honorem erigendum, tunc non competit actio ex testamento, sed solum officium Judicis, *Bart. & DD. in l. 1. ff. de legatis.*

7 Petitionis legati in actione personali ex testamento in judicio ordinario, libellus formabitur eodem modo, prout in formula viæ executivæ; Verum debet concludi alio modo, nempe ut hæres condemnetur, & condemnatus compellatur ad solvendum ipsi legatario ducatos tot sibi a testatore legatos ex bonis hæreditariis.

Nam in via executiva non petitur condemnari hæredem, sed petitur, ut exequatur contra hæredem. Et in hoc differt via executiva ab ordinaria; quia in judicio executivo nil aliud petitur, nisi ut exequatur, & executorium expediatur; sed in judicio ordinario necesse est petere, ut prius feratur sententia condemnationis, & postquam erit condemnatus, deinde cogatur, & si renitens, expediatur demum executorium.

8 In actione reivindicationis debet in libello concludi, quod hæres condemnetur ad dimittendum, & relaxandum fundum a testatore legatum una cum fructibus.

9 Et in actione hypothecaria concludendum est, legatarium immitti in possessionem subscriptorum bonorum per hæredem possessorum, quæ fuerunt in bonis, & de bonis Testatoris ad finem detinendi loco pignoris, & hypothecæ; donec, & quousque fuerit de quantitate sibi legata satisfactum.

Omnes has tres formulas habes apud *Papar. in prax. tit. 7. de petit. legat. num. 2.*

10 *Formula articulandi super dictis tribus actionibus, nempe Personali, Reali, & Hypothecaria.*

Infrascripta breviter asseruntur probanda per T. legatarium qu. T. testatoris in causa legati petiti in Curia T. Civitatis contra Talem hæredem, deducens, &c. non se adstringens, &c. omni modo meliori, &c.

Primo intende provare, come il qu. T. de T. passò da questa vita il tale giorno, ed anno nella T. Città, ed il suo cadavere fu seppellito nella T. Chiesa.

Secondo, come detto T. fè il suo ultimo Testamento nuncupativo, o in scriptis per mano del T. Notaro, nel quale istituì Erede universale detto T. Reo convenuto, e dispose il T. legato a suo beneficio, come costa dalla particola del testamento, che produce in vim probationis, Testibus non renunciando.

Hic advertatur, quod si esset testamentum non per actum publicum factum, sed per scripturam privatam, debet articulari modo simili, mutatis mutandis, & super dicto articulo debent examinari omnes Testes testamentarii; sed quando est factum per actum publicum sufficit producere particulam authenticam Notarii.

Terzo, intende provare, come detto T. Erede ave adito l'eredità in virtù di detto testamento.

Quarto, intende provare, come detto Testatore in tempo della sua morte possedeva la Tale cosa ad esso legatario lasciata in detto testamento, quale al presente si possiede per detto Erede, percependone li frutti, e disponendone a suo piacere.

Quinto, come più volte ha richiesto detto Erede a soddisfargli detto legato, e l'erede non ha curato, nè cura pagargli, o consignargli il legato predetto.

Item quod de prædictis, &c.

Item hæc, & alia, &c.

C A P. III.

De Petitione legati contra tertium possessorem.

S U M M A R I U M.

Immissio in possessionem contra tertium possessorem, an & quando detur in beneficium legatarii, & fideicommissarii, num. 1.

Interdictum Salvianum, quid sit, num. 2.

Articulandi formula in interdicto Salviano, num. 3.

Ex immissione per Interdictum Salvianum detentio tantum acquiritur; remanente possessione apud primum possessorem, & ideo fructus extinguunt sortem, num. 4.

Detentor distrahere non potest, nisi agerет Salviano ad effectum rei consequendæ, num. 5.

Judicium immissionis ex Salviano est summarium, in quo exceptio non admittitur altiorem indaginem requirens, & quo fiat dicta exceptiones, num. 6.

Praxis, & formula omnium actorum immissionis ex Salviano, quæ fit in Sacr. Regia Cons. cum supplici libello, & sententia, num. 7.

Legatarius habet hypothecariam contra tertium possessorem, sed non in re certa, quæ statim fit propria ipsius legatarii, nec in legata annuo, quod solvitur ex fructibus, num. 8.

Legata annua solvuntur ab usufructuario, num. 9.

Hæreditas si sit vendita, legatarius potest agere contra hæredem venditoris, & contra emptorem, num. 10.

Le-

11. *Legatarius contra heredes legantis pro rata tantum agere potest, non insolidum.*
12. *Legatarius agere potest contra heredem, ut recuperet rem a tertio possessore, quo casu heres potest cedere actionem legatario.*
13. *Heres quando liberatur cedendo nomen debitoris legatum, & quando non.*
14. *Libelli formula in actione hypothecaria.*
15. *Reivindicatio contra quemcumque possessorem datur pro legato rei certæ.*
16. *Libellus in actione reivindicationis quomodo concludere debet.*

Contra tertium possessorem datur immissio in possessionem bonorum hereditariorum ex in-
1 terdicto Salviano utili, vel ex actione Serviana ad beneficium legatarii, vel fideicommissarii, ut decisum, & practicatum refert *Sanfel. lib. 2. decis.* 204 ubi explicat *tex. in l. 1. C. comm. de legatis.*

Licet *Merlin.* dictam immissionem non approbet in *controv. 2. lib. 2.*

Sed dictam immissionem contra tertium sine dubio dari concludit *d. Sanfel.* ubi heres notoriè non est solvendo, ex *Bart. Alex. Jas. Negusant, & aliis in d. dec. n. 10 citatis Molegnan. Alterc. 57. n. 4.*

Ubi vero heres erit solvendo, tunc sub dubio relinquit, an exceptio excussionis obstet, cum pro utraque parte sint opiniones invicem contrariæ per ipsum relatæ *n. 9. & seq.*

Et quod dictum Interdictum Salvianum competat tam pro legatis, quam pro fideicommissis, docet versatissimus in jure *D. Episc. Verde lib. 4. instit. n. 1545.* ex *Seraphin. dec. 828. n. 1. Rota dec. 689. n. 4. par. 3. divers. Durand. dec. 185. n. 2. Gabriel. lib. 2. cons. 44. num. 2. Burat. decis. 693. Caval. decis. 204. num. 4.*

2 Interdictum Salvianum definitur, quod sit actio prætoria in factum adipiscendæ possessionis rei obligatæ *l. 2. §. sunt autem ff. de interdictis.*

Extrema probanda ad obtinendam immissionem ex dicto Interdicto Salviano, narrat idem *D. Verde de lib. 4. instit. num.* 1550.

3 Primum est articulandum, & probandum creditum cum hypotheca, quod probatur ex productione particulæ testamenti, in quo est legatum factum. Nam omnia bona testatoris dicuntur hypothecata pro solutione legati; Et hypotheca est mater Salviani; Qua deficiente Salvianum cessat, *D. Verd. ubi sup. num.* 1546.

Secundo, est probanda possessio debitoris tempore obligationis, vel postea, quæ probatur, quod tempore mortis inter bona hereditaria testatoris, remansit talis jus.

Tertio, quod debet probari ad præsens conventum possidere, ut hæc omnia docet *D. Verde d. lib. 4. instit. nu.* 1550. post *Menoch. de adipisc. poss. rem. 2. qu. 26. num. 160.*, & *Jo: Ant. Molegnanum altercat. 57. n. 5. Paul. de Castro cons. 51. num. 2.*

3 Ex hac immissione in possessionem acquiritur detentio tantum rei; nam vera possessio remanet apud primum possessorem, *D. Verde ubi sup.* post *Duran. dec. 10. ex l. si cum venditor 68. ff. de evict. & alii ibi.*

Ideoque fructus percepti per detentorem extinguunt sortem; Et postquam sibi legatario, vel fideicommissario fuerit satisfactum, rem restituit.

5 Et sic consequenter hic detentor distrahere non potest rem, nisi ageret Salviano ad effectum rei consequendæ. *D. Verde ubi sup. n. 1552.*, & *Rota par. 1. divers. decis. 44. n. 7.*

6 Hoc judicium immissionis ex Salviano dicitur summarium, adeo quod non admittitur in eo exceptio, quæ altiorem indaginem requirit, ut est exceptio fideicommissi, detractionis legitimæ excussionis, nullitatis contractus, satisfactionis turbillæ, ita *D. Verde in d. 4 lib. instit. nu.* 1553. ex *Greg. decis. 491. num. 9. Burat. dec. 858. nu. 4. Gratian. dec. 15. nu. 8.*

Licet de exceptione excussionis dubitet *Sanfel.* si, vel ne in dicto judicio sit admittenda ex opinionibus invicem pugnantibus ibi relatis, ut supra.

Formula autem dictæ immissionis, quam Sac. Cons. practicavit in *d. dec. Sanfel.* 204. est tenoris ut sequitur.

Sac. Reg. Majest.

Supplicatur pro parte D. Jo: Dominici de Aloysio Cappellani præsentati ab antiquiore de familia Agnese, dicentis, annis elapsi Mag. Nicolaum Agnese in ejus ultimo testamento instituisse heredem Mag. Franciscam Agnese ejus uxorem, & legasse pro celebratione unius Missæ in quolibet die in majori Altari Ven. Ecclesiæ S. Gregorii de Neap. pro anima Mag. Andreæ ejus patris ducat. quindecim in perpetuum, solvendos anno quolibet Cappellano præsentando a seniore dictæ familiæ. Et quia, sicut Domino placuit, obiit cum dicta voluntate, & intendens supplicans ipse convenjri facere infrascriptos heredes d. Mag. testatoris per intermediam personam dictæ Mag. Franciscæ ad solutionem dictorum annuorum duc. quindecim, tam a die obitus dicti Magn. Testatoris, quam singulis annis in futurum, & pariter pro eisdemmet annatis decursis a die obitus prædicti, quam pro dicto censu ducatorum quindecim, ut supra legatorum, immitti in possessionem subscriptorum bonorum dicti Magn. Testatoris, cum damnis, expensis, & interesse unica solutione contentus. Propterea recurrit ad Majestatem Vestram, quam supplicat, dignetur, causam prædictam committere alicui ex vestris Magnificis Consiliariis, qui in prædictis, & prædictorum quolibet jus, & justitiam faciat, ita &c. omni modo meliori, ut Deus.

Magnificus Antonius Cadena supplicata recognoscat, partes audiat, provideat, & in Sacro Consilio referat.

De Curtis Præsid. Viceprothon.

In Dei nomine. Amen. Visa supplicatione olim Majestati nostræ, seu in nostro Sacro Consilio oblata pro parte Rev. Jo: Dominici de Aloysio Cappellani Majoris Altaris Ven. Ecclesiæ S. Gregorii de Neap. contra Magn. Jo: Camillum Mormile heredem qq. Magnificorum Cæsaris Mormilis, & Maxiliæ Sanazarii, ac aviæ prædictæ qu. Maxiliæ, ac heredis qu. Magn. Nicolai Agnese, atque Magn. Jo. Vincentium de Anna possessorem Terræ sitæ in Villa Pollonæ, cujus tenor talis est v3. S. R. M.

Visis denique videndis, &c. Per hanc nostram diffinitivam sententiam, dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, prædictum Magn. Joannem Camillum Mormile, quo supra nomine, condemnandum esse, & condemnari debere, prout ipsum præsenti nostra diffinitiva sententia condemnamus, ad deponendum in publico Banco Neapoli residente, quantitatem debitam pro annatis decursis annuorum ducatorum quindecim in legato facto per dict. qu. Magnificum Nicolaum Agnese contentorum usque in præsentem diem, liquidandis tempore executionis præsentis nostræ diffinitivæ sententiæ, quo deposito facto, possit deinde provideri per idem nostrum Sacrum Consilium de rata contingenti prædicto Jo: Dominico de Aloysio, quo supra nomine: nec non eadem nostra præsenti definitiva sententia condemnamus eundem Magn. Jo: Camillum, quo supra nomine, ad solvendum quantitatem prædictam prædictorum annuorum ducatorum quindecim in futurum pro celebratione missarum in legato prædicto contentarum, sal-
vis

vis eidem Magn. Jo: Camillo beneficio inventarii, quatenus de eo legitime apparuerit, ac etiam nobis, & dicto Sac. Consilio provisione facienda circa immissionem in possessionem prædictæ Tessræ sitæ in dictis Villis Pollonæ, & in actis prædictæ causæ deductæ ex causis in processu deductis, neutram condemnantes ea causa.

Mastellonus.

Die 5. Aprilis 1576. Neap. lecta lata.

In Dei nomine. Amen, &c. Visa supplicatione oᵗim Majestati nostræ, nostroque Sacro Reg. Consilio oblata pro parte D. Jo: Dominici de Aloysio petentis explicari caput reservatum in sententia nostri Sacri Consilii lata in favorem dicti D. Joannis Dominici sub die 5. Aprilis 1576. fol. 71. contra heredes qu. Vincentii de Anna, cujus tenor talis est v3. S. R. M. Visis denique videndis.

Per hanc nostram diffinitivam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, explicando caput reservatum in sententia prædicta dicti nostri Sacri Consilii, eundem D. Joannem Dominicum de Aloysio nomine, ut in actis, immittendum esse, & immitti debere, prout ipsum præsenti nostra diffinitiva sententia immitti volumus, & mandamus, in possessionem territorii in actis deducti pro concurrenti quantitate annatarum decursarum, & non solutarum ad rationem ducatorum quindecim pro quolibet anno, liquidandorum tempore executionis præsentis nostræ definitivæ sententiæ, ea causis in processu deductis neutram, &c.

Fabius Ricchardus.

Hanc eandem, &c. Lecta lata. Neap. die 9. Februarii 1610.

De Mondellis.

Hæc suprascripta formula descripta est ea *Sanfel. d. dec. 207. lib. 2. ut sup.*

8 Contra tertium possessorem habet legatarius hypothecariam quoque actionem, ut recuperet rem sibi legatam, nam omnia bona testatoris sunt hypothecata pro solutione legati *l. 1. C. comm. de legat.*

Quæ hypotheca non datur in re certa, veluti si testator legavit talem domum: quia in re certa statim acquiritur dominium ad beneficium legatarii, & fit proprie res legatarii, & in re proprie non cadit hypotheca, sed reivindicatio *l. neque pignus ff. de regul. juris, l. a Titio ff. de furtis.*

Nec hypothecaria datur in legato annuo, quod solvitur ex fructibus, *D. Episc. Verde lib. 2. instit. num. 2514. ex glos. in l. fin. ff. quando dies legat. cedat.*

9 Ubi *d. D. Verde* dicit, quod legata annua solvuntur ab usufructuario hereditatis ex fructibus hypothecatis, ex *dec. Surd. 28., & dec. 293.*

10 Si hereditas sit vendita, tunc legatarius habet duplicem viam petendi legatum, nempe contra emptorem potest agere hac actione hypothecaria.

Et contra heredem venditoris potest agere actione personali, *D. Verde d. lib. 2. instit. num. 2526. per l. quamvis, C. de legatis, l. 1. C. de pignorib.*

11 Et contra heredes legantis potest legatarius pro rata tantum agere, & non insolidum, *glos. l. 1. Cod. comm. de legat. in verb. in omnibus circa finem.*

12 Potest insuper legatarius agere contra heredem, eumque compellere, ut agat contra tertium possessorem, recuperet, & tradat sibi rem legatam, D. *Verde ubi sup. ex Bartol. in l. Julianus 14. §. si venditor, ff. de action. empt.* Et hæc actio dicitur personalis contra heredem.

Quo casu heres potest cedere legatario dictam actionem, *l. cum servus 30. ff. de legat. 1.*

13 Et hic pulchre erit advertendum, quod ubi est legatum nomen debitoris, heres nomen cedendo liberatur, nec ad aliud tenetur; hoc intelligitur, quando expensæ necessariæ pro recuperanda re legata erunt modicæ, quia tunc cedunt in damnum legatarii; secus vero ubi expensæ essent magnæ, vel quia res legata esset litigiosa, tunc heres, & non legatarius tenetur ad dictas magnas expensas, ne legatum inutile reddatur; ut satis docte distinguit *De Marin. ad Revert. dec. 582. n. 8.*

14 In libello actionis hypothecariæ concludendum est, legatarium immitti in possessionem supradictorum bonorum, per heredem possessorum, quæ fuerunt in bonis, & de bonis testatoris ad finem detinendi loco pignoris, & hypothecæ; donec, & quousque fuerit de quantitate sibi legata satisfactum, ut *Papar.* tradit *in prax. tit. 7. de petit. legat. n. 2.*

15 Pro petendo autem legato rei certæ datur legatario actio realis, & sic reivindicatio contra quemcumque possessorem, *l. in rem 24. ff. de reivind.*

16 Et in dicta actione reivindicationis debet in libello legatarius concludere, quod T. heres, vel T. tertius possessor condemnetur ad dimittendum, & relaxandum T. fundum a testatore legatum una cum fructibus, *Papar. in prax. tit. 7. de legat. n. 3.*

IN-

IN PAR. II. PRAXIS L. RICCII, *JUDICII ORDINARII.*

ADDITIONES

U.J.D. D. PHIL. FERDINANDI DE CARO.

CUM NOVIS MANTISSIS

R.D. XAVERII GRATIANI.

ADDIT. AD PRÆLUDIUM TOTIUS OPERIS.

1. *Instrumentorum Commentaria, & reliqua Judicia executiva hæc secunda pars complectitur.*
2. *Antiquitus voce procedebatur in causis modicis infra carolenos triginta.*
3. *Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*
4. *In causis minimis alimentorum, servitiorum præstitorum, & similium summam ducatorum duodecim non excedentibus oretenus proceditur, & quomodo?*
5. *In enunciatis causis, conductionis domus, obligationum penes acta, apocarum Bancalium, liquidationis Instrumentorum, non potest emanari inhibitio.*
6. *Causa contra officiales fraudantes, Fornarios, Pistores &c. summariæ sunt.*
7. *Leges nostræ Municipales ad celerem causarum expeditionem tendunt.*
8. *Causæ ordinariæ de jure communi, sunt summariæ de jure Regni.*
9. *Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*
10. *Præsides Provinciarum Togati, Fisci Patronus, & Pauperum Advocatus in casu paritatis habent votum, & in casu suspectionis, aliquis Doctor Provincialis magis idoneus habet votum.*
11. *Aliud Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*
12. *Sacrum Consilium quater in Anno junctis Aulis debet articulum magis controversum decidere.*
13. *Aliud Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*
14. *Regia Camara semel, aut bis in Hebdomada duos Præsides Togatos, unum Idiotam, & alterum ex Fiscalibus computorum in tertia Aula debet constituere pro expediendis gravaminibus in causis discussionum computorum Universitatis, & aliis.*
15. *Aliud Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*
16. *M. C. Vicariæ in criminalibus secunda Rota instituitur.*
17. *Divisio secundæ partis.*
18. *Divisio primæ speciei.*

Ricci inhærere vestigiis ejusque sequi
præscripta, in ipso operis vestibulo
pollicitus fui, & in ejus progressu
per quam diligenter servavi; ideo si-
cut idem citatus Author de judiciis
summariis, & executivis materiam
prosequens, instrumenta, ut pote quæ inter illa
principalem locum obtinet, in hac secunda par-
1 te luculeuter pertractare statuit; ita expositos
tractatus commentariis, novisque observationibus
illustrare conabor, ut opportunius, & plenius,
quod ab usu recessit, quod in more positum est,
& quod novis legibus fuit confirmatum, cuili-
bet innotescat; Promissa igitur exequens, *sub
num.* 15. animadvertendum est, praxim M.C.V.
a Riccio denotatam *summariè* procedendi in cau-
sis infra summam duarum unciarum obliteratam,
& mutatam esse per ultimam Regalem Consti-
tutionem diei 18. Martii 1738., qua statutum
fuit, ut nondum summarie, sed etiam oretenus
& sine scriptis procederetur, & sicut ante Re-
giam Pragmaticam summariissime, & voce pro-
2 cedebatur in causis modicis infra carolenos tri-
ginta. Caravit. in *Rit. M. C. V.* 115. Viv. *dec.*
36. *num.* 2., hodie modus hic procedendi absque
3 libello, & scripturis usque ad causas ducato-
rum duodecim est amplificatus in §. *V. num.* 1.,
& 2. E.G.

I. *Bisognando anche, che si dia l'opportuno riparo
a moltissimi abusi, che si sono introdotti nella G. C.
della Vicaria Civile; Ordiniamo perciò, che nelle
Cause minime di alimenti, servizj prestiti, ed al-
tre di simil natura, purchè non eccedano la somma
di docati dodici si proceda, e si determini da' Giu-
dici oretenus senza forma giudiziaria, bastando,
che di tutto ciò, che accade avanti il Giudice, lo
Scrivano, ne stenda l'atto, quale debba essere ci-
frato dal medesimo Giudice; E volendosi alcuna del-
4 le Parti gravare in Vicaria, si debba proponere il
gravame da detto Giudice a voce, non impedita frat-
tanto l'esecuzione di ciò, che si è ordinato. E di
quello, che dopo si determinarà da' Ministri della
Ruota se ne debba notare la conchiusione, quale deb-
ba cifrarsi da gli altri due Giudici.*

II. *In oltre, che non si possa spedire Inibizione
in dette cause d'alimenti infra la somma di doc. do-
5 dici, di pigione, di casa, obliganze penes acta,
polize Bancali verificate, liquidazione d'Istromenti
via Ritus sotto pena di docati dodici a' Scrivani,
Attuarj, e Mastrodatti, che le spediscono da eseguirsi
irremissibilmente tante volte, quanto controverranno.*

6 Inter causas summarias numerantur etiam il-
læ contra Officiales, & alios fraudantes, furna-
rios, & pistores, quæ summarie, breviter, fe-
riatisque diebus pertractari possunt propter pu-
blicam utilitatem. Amend. *ad Franch. d.* 9. *nu.* 18.

Leges nostræ Municipales eo semper perspe-
7 xerunt, quo causæ omnes, quam fieri possit,
celerius, summarie, de plano, absque figura
judicii, solaque facti veritate inspecta agerentur,
8 ita ut causæ ordinariæ de jure communi, sint
summariæ de jure regni; eo Constitutiones, eo
Capitula, eo Regiæ Pragmaticæ, eo Reges usque
intenderunt, quibus, & paterni amoris zelo, &
virtute supremineus Rex noster amabilissimus,
plurima dedit sui regalis animi beneficientiæ si-
gna in ejus Regalibus Constitutionibus, quibus
nulla fere prætermissa sunt excogitata, ne ejus
fideles subditi dispendiis, vexationibus, litibus
defatigarentur, itaque tandem celerioribus fini-
rentur modis; huc tendunt omnes determina-
tiones Regiæ sanctionis sub die 18. Martii 1738.
editæ, huc novæ Aulæ institutæ tum in S.R.C.,
tum in M. C. V. in Criminalibus, huc decisio-
nes a S. R. C. proferendæ, huc domi votandi
facultas Provinciarum Auditoribus tributa, alia-
que jam notata, & successivè notanda, prout
hic perleges, ordinatæ sunt, & tendunt: sic in

§. 1, num. IV. de causis infra summam in anterioribus numeris expressam, in quibus Regiæ Audientiæ procedere debent sancitur E.G.

9 §. I. num. IV. & V.

IV. *In oltre; acciocchè le cause di sopra espresse si possano dalle Regie Udienze con maggior accerto della giustizia decidere, ordiniamo, che nelle medesime cause debba avere il voto, oltre il Preside,*
10 *qual' ora fosse Togato di esercizio, come anche il Fiscale; e nel caso si facesse parità, ritorni a trattarsi la causa, entrando per Aggiunto a dirimerla l'Avvocato de' Poveri di quell' Udienza, e quando costui si desse per sospetto entri a votare in suo luogo alcuno de' più abili di que' Dottori, che parerà al Tribunale, o alla maggior parte de' Votanti. E volendosi portar rimedio di nullità, o di restituzione in integrum, debba prodursi nelle stesse Regie Udienze.*

V. *Di più vogliamo, che gli Uditori Commessarj abbiano la facoltà di provedere domi nelle cause esecutive, e negli atti ordinatorj, e portandosi dalle parti gravami de' detti Decreti, abbiano questi a riferirsi nel Tribunale dell' Udienza. A riguardo però degli atti ordinatorj, confermato che sarà dall' Udienza il decreto fatto domi dal Commessario, non competa alle Parti più rimedio di appellazione, nullità, o restituzione in integrum. Ed essendo tutti i Ministri in residenza, debbano votar tutti nelle cause mentovate; ma qual' ora ve ne mancasse alcuno, basti, che vi sia il numero opportuno di tre Votanti.*

11 §. III. num. I. e II.

I. *Come che si considera, che la lunghezza delle liti in buona parte derivi dalle discussioni delle con-*
12 *trovertite opinioni d' infiniti Articoli, non meno della legge comune, che anche delle leggi municipali di questo Regno; Ordiniamo perciò, che quattro volte in ogni anno si debbano unire tutte le quattro Ruote del S. C. nella giornata che per tal' effetto si destinerà dal Presidente del medesimo, ove si debba da uno de' Capi di Ruota in giro proporre un' Articolo, come sopra controvertito, quale dall' intiera S.C. debba decidersi, e decisa che sarà, se ne debba far rappresentazione a Noi affinchè, se altrimenti non ci sembrerà, possiamo approvare una tal decisione; ed approvata, che sarà si debba seconda una tale decisione giudicare ne' casi simili in tutt' i Tribunali del Regno.*

II. *E perchè la più importante determinazione si è quella, se in Regno debba ammettersi la prescrizione, ed in quali casi; Per tanto nella prima unione delle quattro Ruote del S. C., vogliamo, che debba trattarsi questa materia, determinandosi la maniera, colla quale si debbano avere in Regno per prescritte le azioni: E fino a tanto, che non sarà stabilito questo punto generale, vogliamo, che da oggi avanti, se l'Attore muove lite contro di alcuno, e l' azione di muover la lite abbia acquistata trent' anni prima di proponerla: in questo caso non si possa dar il termine, se non dopo che saranno elassi due mesi dal giorno, che sarà notificata la prima petizione alla Parte avversa, affinchè la medesima possa prepararsi alla difesa, ed instruirsi di quelle cose, delle quali verisimilmente non può esser consapevole per il lasso del tempo; e che dopo che saranno scorsi due mesi, si proceda alla compilazione del giudizio nella forma prescritta di sopra. E compito che sarà il termine, e fatta la Monizione ad sententiam non si possa decidere la causa, se non dopo che sarà passato un mese dal giorno, che sarà notificata la Monizione.*

13 §. IV. num. VII.

XVII. *Ed affinchè in detto Tribunal della Regia Camera si proceda con maggior celerità al disbrigo delle cause; vogliamo, che in ano, a due giorni di ciascheduna settimana passino nella Terza Ruota in giro due Presidenti Togati, uno di Cappa corta, ed uno de' Fiscali de' Conti, e questi disbrighino tutt' i gravami prodotti da' decreti da essi fatti in casa nel-*
14 *le cause di Discussioni degli Stati, e Revisione de' conti degli Amministradori delle Università; come parimente, che detti due Presidenti procedano alla decisione di tutti gl' incidenti, che sorgono nelle cause, nelle quali sebbene il Fisco non abbia interesse presentaneo, rimangono addette al Tribunale per legge espressa, alla quale non contradica la presente determinazione; Come finalmente debbano definire le cause di detta Specie, sempre che però il loro importare non ecceda il valore di docati trecento. E perchè sono inutili le leggi, quando se ne trascura l'osservanza; perciò ordinamo, e comandamo, che con particolar attenzione, e vigilanza debba il Luogotenente di essa Regia Camera, e suoi Ministri attendere, ed invigilare, che le presenti nostre Regali deliberazioni inviolabilmente s'osservino.*

15. §. VI. num. I.

I. *Volendo parimente dar l'opportuno provvedimento per il celere disbrigo delle cause della G. C. della Vicaria Criminale, affinchè non si faccia attrasso delle medesime per l' incumbenze, che tiene quel Tribunale di procedere non solo per li delitti, che*
16 *giornalmente accadono in questa Città, e suoi Casali, ma anche in grado di revisione, ed appellazione di tutte le sentenze diffinitive, e decreti interlocutorj, che s'interpongono, tanto dalle Regie Udienze, quanto dall' altre Corti del Regno sì Regie, come Baronali; ordiniamo perciò, che si debba formare la seconda Ruota, (secondo anticamente praticavasi) nella quale debbano nella prim' ora passare un Consigliero Capo di Ruota, e due, o tre Giudici, quelli appunto, che saranno Commessarj de' gravami interposti da' decreti interlocutorj emanati dalle Regie Udienze, ed altre Corti inferiori del Regno, acciò tali gravami si discutano, e decidano in questa seconda Ruota; restando frattanto il numero opportuno de' Ministri nella prima; nel tempo, che si attende alla Visita de' Carcerati non scritti, che suol farsi in detta prim' ora in detta G. C., quale terminata, debbano i detti Ministri della seconda Ruota ritornare nella prima a trattare unitamente gli affari del Tribunale.*

17 *Hæc secunda Pars dividitur in quatuor Species Judiciorum.*

Prima Species.	De Judiciis, quæ fiunt vigore publici Instrumenti.
Secunda.	De Judiciis, quæ fiunt vigore variarum scripturarum.
Tertia.	De Judiciis, quæ fiunt sine scripturis.
Quarta.	De Judiciis, quæ per Reum fiunt contra Actorem.

PRIMA SPECIES.

Dividitur in septem Titulos. E. G.

I. TIT.	De Praxi liquidandi Instrumenta.
II. TIT.	De Praxi procedendi per querelam de Perjurio.
III. TIT.	De Associatione Familiæ Curiæ.
IV. TIT.	De Vio executiva vigore Reg. Pragm. de Censibus.
V. TIT.	De Vio executiva vigore pacti.
VI. TIT.	De Rescissione Contractus.
VII. TIT.	De Assistentia.

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM.

1. *Judicium liquidationis Instrumentorum duas complectitur actiones,*
2. *Criminalis actio magis latè patet in hoc Judicio.*
3. *Majores producit effectus.*
4. *Extraordinarium Judicium appellatur, quia de jure communi non habet viam executivam.*
5. *Guarentigia, ejusque effectus exaratur.*
6. *Instrumentum multipliciter accipitur.*
7. *Primo in genere, & largissime est copia, & apparatus rerum; quibus ars aliqua exercetur.*
8. *Translatè accipitur pro subsidio, Præsidio, &c.*
9. *Secunda in specie, seù largo modo est omne id, quod probationem, & fidem facit Judici.*
10. *Tertio in individuo est sola scriptura ad alicujus rei liquidam probationem facta.*
11. *Undè dicatur Instrumentum.*
12. *In nostra materia Instrumentum in individuo accipiendum est.*
13. *Pro liquidatione instrumentorum hodiè M. C. non potest inhiberi.*
14. *Capitulum Regiæ Pragmaticæ transcribitur.*

JUdicium liquidationis instrumentorum extraordinarium appellat de Rosa *prax. civil. decret.* 14. *num.* 32., & duas complectitur actiones, civilem unam, & criminalem alteram; prima persequitur debitum; Secunda crimen perjurii, quæ
1 tamen ita conjunctæ sunt, ut separari nequeant,
& una reputetur actio criminalis naturæ, quia
debitor non auditur per procuratorem, sed per-
2 sonaliter comparere debet, in carceribus detruditur, & in bonis exequitur pro debito, & pœna vigore spreti jurisjurandi. Merlin. *controv.*
3 *forens. cent.* 2. *cap.* 22. *num.* 1. Joseph. de Rosa *consult.* 9. *num.* 28; quod adeò verum est, ut *Jo Paulus Galterius* Practicam criminalem instrumentariam ejus tractatum de instrumentorum liquidatione denominavit. Ea forsan ratione extraordinarium judicium appellat *cit. de Rosa*, quia
4 quum non haberet executivam viam de jure
communi, nisi pro deposito &c. *L. si quis C. deposit.*, termino egebat ordinario, quod in Regna correctum est per *Constit. Istrumentorum robur &c.* propter vim guarantigiæ, & juramenti, quibus instrumenta valiantur Paris. de Put. *de reassumpt. instrum. rubr.* 19. *nu.* 20.

Hæc *guarentigia* verbum est longobardum, & *firmitatem* denotat, Thesaur. *dec.* 26. *num.* 14.
5 cujus vigore per solam istrumenti ostensionem Judex illud executioni sine strepitu judiciali demandat, & relaxatur citatio super tenore istrumenti, ut mox dicemus. *Pragm.* 4. §. *mandamus de instrum. liquid.*

Instrumentum multipliciter usurpatur. Primò in genere, seù largissimè est copia, supellex, & apparatus earum rerum, sine quibus tueri, aut
6 exercere aliquam artem non licet, sic instrumenta ruralia, venatoria, bellica, lanifica, sutoria &c. *tot. tit. de fund. instruct. instrum. legat.*: Imò
7 translatè usurpatur pro subsidio, præsidio. *Quintil. lib.* 12. *cap. ult.* Instrumentum dicendi: *Instrumenta multa habet homo ad adipiscendam sapientiam Cic.* 1. *leg c.* 12. ut Mæcenates, Amici,
8 occasiones &c.

Secundò in specie, seù largo modo sumptum instrumentum pro omne eo, quod probationem, & fidem facit Judici, ejusque mentem instruit,
9 usurpatur. Sic veniunt etiam testium dicta. *L. notionem* §. *instrumentorum ff. de V. S. cap. Pervenit, de testib* Sic in Romana Curia dicitur instrumentum decreti, decisionis, aliarumque scripturarum documenta.

Tertiò individuo, seù stricto modo sumptum instrumentum dicitur ea sola scriptura ad alicujus rei liquidam probationem facta, qua facilius
10 gesta, contractus, & contrahentium voluntates probantur. *L. cum res C. de probat.* Undè instrumentum dicitur instruens mentem, seù in-
11 structio mentis Judicis, contrahentium, & litigantium *L.* 1 *ff. de fid. instrum.*

In individuo igitur instrumentum accipimus pro illa scriptura jurata, guarantigiata coram
12 publico Notario, Judice ad contractus, & testibus peracta, de qua in præsentiarum est sermo. Judex competens liquidationis instrumentorum est ut plurimùm M. C. V., nec potest inhiberi; Imo licet antiquitus inhibitoriæ ab olim
13 R. Collaterali Consilio obtinerentur, hodiè tamen a nullo Tribunali relaxari possunt M. C. V. ex ultima Regia Constitutione sub die 18. *mensis Martii* 1738. edita sub *num. IV.* §. *V.* hoc modo, v3.

14 §. V. num. IV.

IV. *A riguardo delle liquidazioni dell' istromenti, rinnovando il disposto della Prammatica* 8. de Instrumentorum liquidatione, e *propriamente al* §. 5. *vogliamo, che non si possa da qualsisia Tribunale inibire la G. C. della Vicaria, qualora si tratti di liquidazione; e che il Mastro d'atti delle Contumacie debba prosequire avanti il Giudizio, come se dette Inibitorie fatte non fossero, anche per osservanza della Prammatica* 82. de offic. *S. R. C. Questa disposizione però vogliamo, che non debba aver luogo solamente nel caso, che da' creditori si fosse nel S. C. dedotto il Patrimonio di taluno Debitore, nel qual Patrimonio si fosse dato il Curatore, con spiegarsi però dal Consigliero Commissario tale circostanza, precedente una piena Fede giurata dello Scrivano del S. R. C., affinche in tal maniera si possa ovviare alle frodi, che sotto tale deduzione di Patrimonio le Parti pensassero di comprendere tutte le altre Inibitorie.*

Quod cautum est etiam in *num.* 2. ejusdem §. V. superius transcripti.

ADDIT. DE CARO AD CAP. I.

De primo requisito præsentandi instrumentum originale.

1. *Instrumentum liquidandum exhiberi debet in carta pergamena,*
2 *Vivente Notario, qui illud confecit, non potest ab alio reassumi,*
3 *Martuis testibus in aliorum reassumptione debet Notarius se subscribere,*
4 *Mortuo Notario, & Judice ad contractus quomodo fiat reassumptio?*
5 *Omnibus mortuis excepto Notario, & uno teste quomodo?*
6 *Quid si unus tantùm testis vivat?*
7 *Quid si omnes sint mortui?*
8 *Formula decreti S. R. C.*
9 *In termino quid articulandum?*
10 *Formula antiqua decreti post informationem.*
11 *Formula recens.*
12 *Alia formula.*
13 *Rescriptum Regalis Cameræ S. Claræ.*
14 *Maradei opinio circa partis notificationem.*
15 *Verior sententia adducitur.*
16 *Vivente solo Notario, ceteris mortuis quomodo decernitur?*
17 *Instrumentum non repertum in protocollo an reassumi possit?*
18 *Affirmativa est opinio magis in praxi recepta.*
19 *Praxis pro reassumptione in dicto casu.*
20. *Formula decreti S. R. C.*
21. *Consultatio quando fit?*
22 *Instrumentum reassumi debet, ut jacet cum notis, & cassaturis &c.*
23 *Semel reassumptum semper potest reassumi.*
24 *Formula instrumenti reassumpti.*

PRo instrumento liquidando via Ritus M. C.
V, opus est, ut instrumentum exhibeatur in
1 carta pergamena, seù coriaria, juxta formam
Const. instrumentorum robur; in qua a Notario
statutis formulis, & solemnitatibus, quæ in
Notariorum privilegiis large explicantur, reas-
sumitur absque ulla licentia ab eodem Notario,
qui instrumentum confecit; hoc enim vivente
2 non potest alius Notarius reassumere, nisi ex
legitimo impedimento tantum. Affl. *decis.* 6.
Abb. *ad Franch. dec.* 30.

Si mortui sint duo, aut unus testis, Nota-
3 rius vivens debet in reassumptione aliorum te-
stium subscriptionem apponere.

Si mortuus sit Notarius, & Judes, duobus
4 viventibus testibus, potest fieri reassumptio a
Notario conservatore scripturarum Notarii mor-
tui, juxtà *Const.* Regni *Bajulos*.

Si omnes sint mortui, excepto Notario, &
5 uno teste, potest instrumentum reassumi, quia
Notarius habetur tamquam unus testis; sed si
unus tantum testis vivat, omnesque alii mor-
6 tui sint; prohibetur reassumptio, idem si omnes
prorsus mortui sint; in his enim casibus recur-
ritur ad S.M. per Regalem Cameram S. Claræ
7 pro dispensatione *Pragm. 1. & 2. de fid. & Au-
th. Instrum.*, & pro reassumendi facultate obti-
nenda; & a R. Camera S. Claræ decernitur,
quod S. C. se informet, vel *consultationem faciat
cum voto*. Commissa causa a Spectabili Præsi-
de ejusdem S. R. C., a Domino Commissario
8 providetur, *quod super contentis in prædicta sup-
plicatione capiatur summaria informatio, parte, cu-
jus interest, requisita, testes habeantur pro citatis,
& recipiantur per ... &c.*

In hoc termino plura sunt articulanda, & pro-
banda, legalitas videlicet, bona vita, & fama
9 Notarii, Judicis ad contractus, & testium
mortuorum, quod Notarius, & Judex semper
tales existimati sint, eorundemque scripturis ple-
na semper hàbita fuerit fides; ac prothocollum,
in quo instrumentum reassumendum reperitur,
esse illius Notarii, ejusq; proprio charactere
scriptum.

Capta informatione antiquitus decretum erat
*Per S. C. provisum est, esse referendum S. M.
10 instrumentum &c. reassumi posse &c.* Galter.
2. par. 1. p. num. 22. Tapp. *in Const. Regni
Bajulos* §. *ceterum num.* 1. Hodie decernitur
E. G.

*Die &c. Viso rescripto S. M. fol. ... informa-
tione capta fol. ... & seq., S. C. declarat in-
strumentum in actis deductum extendi, & reassu-
11 mi posse*, aut dicitur, *esse reassumendum stante
legalitate Notarii mortui, ac ex aliis in informatio-
ne capta contentis, & proinde fiat relatio S. M.
12 servata forma* Regalis *Rescripti*, & a Regali
Camera S. Claræ visa dicta relatione mandatur,
consultationem esse exequendam. Maradei *in prax.
13 præsent. instrument. cap. 4. nu.* 565. scribit, hu-
jusmodi decreta interponi *nemine audito*, quando
instrumentum reperitur in prothocollo descriptum,
14 & reassumendum est, ut supra notavi; sed
cautius erit, remitti hoc Judicis arbitrio, attentis
circumstantiis, instrumenti, & personarum qua-
15 litate &c. Hæc decreta postmodum inserenda
sunt instrumento reassumendo.

Quando vero vivit solus Notarius omnibus
16 aliis mortuis, decernitur. E. G. *Instrumen-
tum in actis deductum esse reassumendum a Notario
T. de T., & in locum Judicis, & testium de-
mortuorum alios esse substituendos, & fiat relatio
S. M. &c.* Quando vero deneganda sit reassum-
ptio, dicitur. E. G. *Esse referendum S. M.,
reassumptionem instrumenti in actis deductam non esse
concedendam* Grammat. *decis.* 106. Rocc. *respons.
12. num.* 4.

Si verò instrumentum non reperiatur in pro-
17 thocollo, sed in fasciculis, seù libello, vel no-
tamento Notarii mortui, causa cognita etiam
reassumi potest, ut notat Reg. de Rosa *in prax.
civil. decret. cap. 14. nu. 23. & seq.*, & ego su-
pra in fine primæ partis notavi.

Et licet innumeri ferè DD. reassumptionem
negaverint, communiorem tamen opinionem pro af-
18 firmativa parte esse probat Reg. de Marin. *to.
1. resol. cap. 196. nu. 2. & 3.* De Luca *ad
Franch. in dec. 567. num. 3.* Minad. *dec.* 12.
Rocc. *resp.* 12., ea potissimum ratione, quia qu-
um Notarius mortuus id facere tenetur, ejus
negligentia partibus, & veritati nocere non de-
bet. Paul. de Castr. *cons. 307. col. 1. v. brevi-
ter ergo &c.*

Et idem sapracit. Marad. *prax. instrum. cap.
4. nu.* 566. stat pro reassumptione instrumen-
ti reperti in fasciculis, mortuis, Notario, Ju-
19 dice, & testibus; & praxis est ea, quam su-
pra notavi, ut scilicet recurratur ad Reg. Ca-
meram S. Claræ, a qua providetur, ut *Specta-
bilis Præs. S. C. tamquam Viceprothonotarius de
justitia provideat*; a quo commissa causa uni ex
Reg. Consiliariis ab ipso committitur informa-
tio auditis interesse habentibus, qua capta de-
20 cernit, *instrumentum esse reassumendum, & ex-
tendendum justa stylum Notarii mortui, cum clau-
sulis tamen de jure extendi, & suppleri permissis*.
Exempla harum clausularum habentur penes
Cons. Rocc. *resp. 12. nu. 1. & 25. & resp. 13.
nu.* 35. Solet fieri consultatio quando est ordi-
21 nata, sin secus exequutioni demandatur de-
cretum.

Instrumentum tamen prædictum reassumi de-
22 bet, & transcribi, ut reperitur, nec addere,
nec minuere, quia contractum non completum
reassumens, pœna falsi coercetur. *Affl. dec.
6. Bal. in rubr. num. 42. C. de fid. instrum.*

Si semel instrumentum reassumptum fuerit in
23 forma valida, semper potest iterum reassumi.
Galt. *tract. de credit. cap. 3. tit. 1. nu.* 813. de
Franch. *dec.* 495.

*Formula instrumenti reassumpti ad formam
Ritus M. C. V.*

IN nomina Domini Nostri Jesu Christi Am.
Anno Domini 1734. Regnante CAROLO Dei
gratia utriusque Siciliæ, & Hyerusalem Rege;
Infante Hyspaniarum, Duce Parmæ, Placentiæ,
& Castri, Magno Principe Hetruriæ; Regna-
24 tionis in hoc Regno, Anno primo feliciter,
Amen. Die vero nona mensis Decembris deci-
mæ secundæ indictionis, Calvelli Provinciæ *Ba-
silicatæ*, Nos Antonius de T. Regius ad con-
tractus Judex Terræ Calvelli, Bartolus de T.
Terræ jam d. Calvelli Regia authoritate No-
tarius, & Testes subscripti ad hoc specialiter
vocati, & rogati, præsenti publico Instrumento
anuui introitus declaramus, notum facimus at-
que testamur, quod prædicta die fuit coram No-
bis, & inter infrascriptas partes confectum In-
strumentum, cujus tenor talis est &c.

Inseritur formula Instrumenti, &c.

Pro quibus omnibus observandis sponte di-
ctus magnificus Dominicus Antonius .... ex
nunc obligavit se &c. heredes &c. successores
&c. bona omnia &c. ad pœnam dupli &c. me-
dietatem &c. potestate &c. constitutione preca-
rii &c. & sic renunciavit, se obligavit, & ju-
ravit in forma &c. de quibus &c. quia sic &c.
& de prædictis &c. unde ad futuram rei me-
moriam, & prædicti Venerabilis Conservatorii,
ejusque successorum certitudinem, & cautelam,

at

ac plenam fidem, unde de præmiſſis hoc præſens publicum inſtrumentum manu mei ſupradicti Notarii ſignoque meo ſolito, ſubſcriptione mei, qui ſupra, Judicis, & ſubſcriptorum Teſtium ſubſcriptionibus roboratum, dans, & concedens mihi prædicto Notario, quod de prædictis omnibus poſſint, & valeant fieri per Nos unum, duo, vel plura inſtrumenta, de eadem mat continentia &c. & ſi in dicto inſtrumento aliqua deeſſet ſolemnitas, vel aliquis defectus appareret, quod poſſit per me prædictum Notarium refici, corrigi, & emendari, & denuo confici, toties quoties opus erit ad conſilium ſapientis, veritatis, ac ſubſtantia non mutata, ac poteſtate cetera retinendi ubi, & quando opus erit, quod inſtrumentum ſubſcripſi ego, qui ſupra Notarius Bartolus de T., qui præmiſſis omnibus rogatus interfui, Ipſumque meo ſolito, ac conſueto ſigno ſignavi; Laus Deo &c.

Adeſt ſignum in forma.

Teſtandi ſunt v3. Antonius de T. Judex ad contractus. Clericus Leonardus Antonius de T. magnificus Antonius de T. & Rev. D. Matthæus de T.

Ego Antonius de T. Judex ad contractus interfui.

Ego D. Matthæus de T. pro Teſte interfui.

Ego Antonius de T. pro Teſte interfui.

Ego Leonardus Antonius de T. pro Teſte interfui.

ADDIT. DE CARO AD CAP. II.

De ſecundo Requiſito juxtà *Pragmaticam* 4. *de inſtrum. liquid.*

1. *Citatio ſuper tenore inſtrumenti non relaxatur, niſi exhibito, & lecto originali inſtrumento.*
2. *Citatio facienda eſt perſonaliter, aut in loco ſolitæ habitationis.*
3. *Excipe, quando eſt deſignata aliqua Curia, & quomodo?*
4. *Citatio an valeat, ſi conventum ſit, ut unus citetur pro alio?*
5. *Quomodo facienda ſit in Civitate, & Caſalibus?*
6. *Quomodo, & a quo facienda eſt citatio per Regnum?*
7. *Poteſt interdum verbaliter, & realiter inchoari citatio, & quando?*
8. *Quomodo fiat citatio realis?*
9. *Quomodo debitor hanc citationem effugiat?*
10. *Hæc citatio realis fit etiam die feriato.*
11. *Probationes die feriata, & oretenus fieri poſſunt.*
12. *In citatione apponendus eſt terminus juxta loci diſtantiam.*
13. *Quid ſi nullus ſit terminus?*

Citatio ſuper tenore inſtrumenti relaxari non
poteſt a Iudice, niſi prius inſtrumentum ori-
1 ginale exhibitum fuerit, lectum a Iudice, &
exequutione dignum judicatum ſit, ex praxi ve-
tuſtiſſima *Ritus* 186. renovati per *Pragm.* 4.
§. *mandamus, de inſtrum. liquid.* & *Pragm.* 4.
§. *Mag. Iuſt.* de Roſa *prax. civil. decret. cap.* 14.
num. 3.

Hæc citatio facienda eſt perſonaliter, vel do-
2 mi ſolitæ habitationis debitoris, non verò in lo-
co, ubi forſan idem obiter, vel ob aliquod ne-
gotium moretur d. de Roſa *n.* 35. *ex Pragm.* 9.
de inſtrum. liquid. Si verò pro citatione deſigna-
3 ta ſit aliqua Curia, poteſt debitor citari in Cu-
ria, niſi Notarius mortuus ſit, quia hoc caſu
non valet citatio. Thor. *par.* 2. *comp. dec.* 11.
liquidatio inſtrumenti, & *voto* 84. *n.* 172.

Si inſtrumento conventum ſit, ut citetur unus
4 pro alio, ſcilicet Lucius pro Fulano debitore,
valet citatio, dummodo idem Lucius in inſtru-
mento interfuerit, & onus acceptaverit. Joſeph
de Roſa *conſul.* 3.

In Civitate Neapolis, & Caſalibus citatio iſta
5 hæc facienda eſt a Porteriis, ſive ſervientibus
M. C. V. matriculatis, & ſcribentibus coram
duobus teſtibus plateæ, in qua habitat debitor,
quorum nomina, & cognomina proprio caracte-
re ſcribere debent in relatione, & a Creditore
præſentanda eſt fides matriculæ ſervientis, ſive
Alguzerii. *Pragm.* 8. *cap.* 6. *de inſtrum. liquid.*

Si vero citatio fieri debeat in Regno, ſequi
6 debet per bajulum, ſeù Alguzerium Curiæ; ubi
debitor habitat, ſcribentem, & coram duobus
teſtibus, modo, quo ſupra &c. ni ſcribere ſciat,
per Actuarium Curiæ, & Univerſitatis proban-
tia, ſervientem eſſe talem, qualem ſe fecit.
Pragm. 9. *de inſtrum. liquid.*

Poteſt interdum nedum a verbali, ſed a rea-
7 li quoque citatione inchoari liquidationis judi-
cium, puta, quando debitor fugitivus efficitur,
quia immobilia non poſſidet, vel quia colligit
farcinulas, aut citatus fugam faciliter præpara-
re poſſet; tunc enim præſentato inſtrumento,
citationem realem, ſive aſſicurationem perſonæ
petet, capta informatione ſummaria ſuper expo-
8 ſitis ſuſpicionibus de fuga, & conſtitis, fit de-
cretum, *quod capiatur de perſona, & non excarce-
retur, ſeù dimittatur, niſi præſtita fidejuſſoria cau-
tione de ſtando juri in loco judicii*, & hæc voca-
tur citatio *de vocando, & capiendo* Rit. *M. C.
V.* 170. Marſil. *ſing.* 282. penes Galter. *prax.
inſtrum. rubr.* 1. *nu.* 14. præſtita tamen hac cau-
9 tione, & de ſolvendo judicatum, dimittitur de-
bitor, & remanet citatus. Caravit. *dict. rit.* 170.
nu 11. Affl. *cum Urſill. dec.* 170.

Prædicta citatio realis poteſt fieri etiam die
10 feriato, in honorem Dei, *gloſ. in L. die. feſtus.
C. de fer.* Viv. *lib.* 1. *comm. opin.* 177. Et con-
ſequenter probationes de fuga etiam fieri poſ-
ſunt; & ampliant DD. quod etiam oretenus
11 auditis teſtibus poteſt judex capturam decerne-
re, quando per ſcripturam arriperet debitor fugam.
Viv. *loc. cit. num.* 14. Urſill. *ad Affl. dec.* 170.
nu. 5. Caravit. *d. rit.* 133. plures alias enume-
rat ampliationes, Galtar. *loc. cit. nu.* 15. &
ſeq., ſed in praxi non optimè omnes indiſtinctè
ſervantur.

In citatione apponendus eſt terminus juxtà lo-
12 ci diſtantiam judicis arbitrio ſi fuerit in Regno,
ſed ſi citandus reperiatur extra Regnum, ter-
minus eſt dierum ſexaginta. Rit. *M. C. V.* 113.
Marant. *par.* 6. *v. rectè concipiatur &c. nu.* 67.
Sed ſi nullus fuerit ſtatutus terminus citato ad
comparendum, intelligitur datus, ita ut intra
13 eumdem reus comparere poſſit. Caravit. *rit.* 113.
num. 9.

ADDIT. DE CARO AD CAP. III.

De tertio Requiſito Notarii Regii.

1. *Notarius Apoſtolicus non poteſt inſtrumenta inter laicos conficere.*
2. & 3. *Concordia inter utramque juriſdictionem in hac materia non viget, nec in praxi ſervatur.*
4. *In judicio ordinario an probet inſtrumentum a Notario Apoſtolico confectum?*
✠ *Privilegiis Notariorum Apoſtolicorum regium placitum non conceditur.*
5. *Notarius vaſſallus non poteſt inſtrumenta rogare, quæ magnates tangunt.*
6. *Quæ poſſit pro ſuo Domino conficere?*
7. *Nec inſtrumentum principale, nec infirmitatis Baronis poteſt conficere.*
8. *Inſtrumentum procurationis poteſt conficere pro Barone.*
9. *Notarium eſſe vaſſallum quomodo probetur?*
10. *Inſtrumentum liquidandum debet per teſtes literatos ſubſcribi.*

11.

11. *Quid faciendum, quando in loco initi contractus non adsit copia testium scribentium.*
12. *Instrumentum excedens libram auri debet a trino teste subscribi.*

NOtarius Apostolicus in Regno non potest contractus conficere inter laicos, sed tantum contractus in materiis, & inter personas ecclesiasticas. Afflict. *dec* 245. *cum Ursill.* Caravit. *Rit.* 8.
1 Galter. *in prax. liquid. par* 1. *subr.* 1. *num.* 11. *& seq.* Anna *singul.* 246. de Mariu. *cap.*228. *nu.*2 *lib.*2. *resol.* Et licet Afflict. *in const. Instrumentorum robur*, tum authoritate Jo: *Aloysii de Artaldo*, referat, inter alias conventiones initas inter utramque jurisdictionem, Regiam, & Apostolicam
2 hanc esse, ut Notarius Apostolicus cum interventu Judicis Regii ad contractus possit indistinctè contractus perficere in Regno, attamen contrarium cautum fuit per *Pragm* 8. *tit. de contract.* sub poena falsi, & nullitatis actorum, & sic in aliis Regnis servari testatur Boer. *dec.* 242.; Imò *ex Pragm.* 1. *de Notar. & Pragm.* 5. *Ducis Ossunae* cavetur, ut Notarii matriculentur,
3 cum privilegio sigillo munito, alias exercere non possint, si praxis contraria pro Notario Apostulico vigeret, exceptio duplicata quidem fuisset; Verum haec omnia intellige in via execu-
4 tiva, quia ordinarie, probat ratione probationum, quae in termino fiunt, quarum vigore etiam simplex cartula probare solet.
✠ Privilegiis Notariorum Apostulicorum, num hodie in regno detur regium placitum, vel ne, videsis per nos scripta *tom.* 1. *hujus praxis tit.*6. *cap.*6. n.51.
5 Notarius vassallus non potest instrumenta rogare, quae Magnates tangunt. *Cap.* Regni, *non sine prudentia rubr. de conficiend. instrum.* Scaglion. *in Ritu* 163. *num.*4 Frecc. *par.*2. *nu.*3.
6 Et licet Notarius vassallus non possit instrumenta conficere ejus Dominum tangentia, potest tamen in sui favorem stipulare obligationes, penes acta, testamenta, & codicillos. De Franch. *dec.* 118. Annius *filius ad singul. Patri* 244.
7 Notarius Vassallus non solum instramenta conficere nequit principalia crediti, sed nec etiam instrumenta infirmitatem Baronis continentia servata forma *Pragm.* 8. §. 8. *de instrum. liquid.* in casu, quo admitti debeat exceptio infirmitatis per procuratorem; debet enim hujusmodi instrumen-
8 tum ab alio Notario non Vassallo stipulari, *Sanfelic. dec.*416. *nu.* 12. *par.* 3. Petra *in Rit.M.C.V.* 166 *nu.* 158. Instrumentum tamen procurationis potest Notarius vassallus conficere. Thor. *compend. decis. par.* 3. *sect.* 2. *v. nullitates actorum &c.*
9 Notarium vero esse vassallum probatur per fidem baptismatis, & Universitatis. *Petr.* in Ri. *M.C.V.* 166. n.32.
Notandum est hic autem pro alio Requisito,
10 quod quidem particulari indigeret capitulo, & omittitur ne ordo materiae a Ricciu degustatae subverteretur, ut instrumentum liquidandum debeat subscribi per testes literatos, & scribentes, non vero illiteratos. Caravit. *in Rit.*166.*n.*3 Petra *in eod. Rit.*166. n.36.
11 Et si haec regula limitationem patiatur, si contractus celebretur in loco, ubi testes literati haberi non possunt, quo casu suppletur per signum crucis per Notarium testificatum, attamen in locum illorum alii testes scribentes assumendi sunt. *Const.* Regni *Instrumentorum robur*, ibi: *in locis, in quibus literati potuerint inveniri, alioquin alii etiam assumantur.* Gait. *de credit. cap.*3. *tit.*1. *n.*398.
12 Quando vero instrumentum pro capitali tantum excedat libram auri, scilicet ducatos 72., eget trium testium subscriptione, ut inferius dicam &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. IV.

De quarto Requisitu, ut summa excedat unciam.

1. *Uncia auri quanti erat antiquitus?*
2. *Nostris temporibus uncia est ducatorum sex.*
3. *Unciae auri xxv. sunt valoris ducatorum centum quinquaginta.*
4. *Uncia auri est valoris ducatorum decem, & octo* juxta De Rosa.
5. *Quomodo conciliatur?*
6. *Uncia auri naturalis metallici est ducatorum decem, & octo.*
7. *Riccius nec de civili, nec de naturali loquitur.*
8. *Uncia auri civilis est ducatorum sex.*
9. *Instrumentum infra unciam liquidari non potest.*
10. *Hodie in causis infra duas uncias nequidem in scriptis procedi potest.*

SCribit *Riccius* suo *num.* 2., unciam auri tempore Justiniani esse ducatorum sex, in praesentiarum vero circiter ducatorum duodecim; sed utramque perperam; quoad primam enim partem
1 Uncia auri diutius ante Justiniani tempora, *Valente, & Valentiniano, & Gratiano Imp.* sex solidorum, sex aureorum erat, ut ex *L. quotiescumque C. de susceptor Praeposit.*, *& Arcar. lib.*10.;
2 quoad secundam vero partem uncia nostrae aetatis non est ducatorum duodecim, sed etiam perdurat sex aureorum, seu ducatorum, ut patet non solum Jurisconsultis, sed ipsis etiam Actuariis, qui in dies literis provisionalibus inobservantiae poenam unciarum auri xxv. in beneficium
3 Regii Fisci apponunt, quae quando exigitur in criminalibus praesertim, est ducat. 150., ut praxis docet.
4 Reg. de Rosa *in prax. civil. decret. cap.* 14. *num.* 14., docet, hodie unciam auri ascendere ad solidos decem, & octo, quomodo ergo concordandi sunt Authores, *de Rosa* optime conci-
5 liatur; dum intelligit de uncia auri naturali, effectiva, seu metallica, cujus valor est duca-
6 torum decem, & octo, non vero de uncia auri legali, seu civili; Sed *Riccium* de neutra in-
7 telligere apparet, quia neque civilis, neque naturalis uncia auri ad valorem ab eodem descrip-
8 tum confert, quia civilis est ducatorum sex, naturalis decem, & octo, non circiter duodecim, quonam igitur pacto conciliandus?
9 Jure merito statutum est, instrumentum unciam auri non excedens liquidatione incapax esse, quia si infra hanc summam nequidem in scriptis
10 procedi poterat, quod nunc ex novissima *Const.* 18. *Martii* 1738. *sub* §. *V.* ad duas uncias ampliatum est, ut superius notavi, quomodo ad liquidationem, inter civilia judicium odiosissimum, tamquam criminalitatis sapiens, procedi poterat?

ADDIT. DE CARO AD CAP. V.

De quarto Requisitu Guarantigiae.

1. *Guarantigia quid sonet?*
2. *Vim habet sententiae, & quomodo?*
3. *Guarantigia in quo consistat?*
4. *Ex confessione erronea, & nulla instrumentum non est guarantigiatum.*
5. *Guarantigia accedit confessioni.*
6. *Nullo principali est nullum accessorium.*
7. *Guarantigiae nullitas non sanatur per statutum sanans omnes nullitates.*
8. *Guarantigia habet executionem paratam, & effectum decreti Judicis.*
9. *Hypotheca resultans ex Guarantigia habet vim pignoris judicialis.*

10. *Gua-*

10. *Guarantigiare quid sit?*
11. *Guarantigia omissa a Notario habetur per apposita.*

SUperius notavi, *Guarantigiam* verbum Longobardum, & Tuscum, sive Gallicum, idem
1 sonare, ac firmitatem, & stabilitatem voluntatum contrahentium poena, & juramento muni-
2 tam, quæ vim habet sententiæ orientis ex partium confessione, ita ut hujusmodi instrumentum dicatur *confessionatum*. Bald. in *L. etiam C. de exec. rei judic. & L. 1. C. de confess.* Bartol. in *L. 2. ff. de recept. arbitr.* Rocc. *respons. 90. lib. 2. num. 1. & 2.*

3 Quum guarantigia in partium voluntaria confessione facta coram Judice ad contractus, & Notario poena, juramentoque munita præsertim consistat, inde sequitur, quod si confessio sit er-
4 ronea, & nulla, instrumentum non dicitur guarantigiatum; etenim propter confessionis errorem
5 guarantigia, tanquam accessorium non subsistit, & quando obligationis substantia inefficax est, clausula guarantigiæ ipsi inhærens est quoque inefficax. *L. fin. ff. de const. pecun.* Bald. in *L. error ff. de jur. & fact. ignorant. &* in *L. si absentis C. si certum pet.*: Ita ut si per statutum sanaren-
6 tur omnes exceptiones, non censetur remota, quæ ex defectu guarantigiæ ex errונea confessio-
7 ne proveniente, oritur. Bart. in *L. 2. §. Prætor. ff. qui satisda. cogans.* in *L. Divus ff. de testam. milit. &c.*

8 Insuper quum guarantigia habeat vim sententiæ definitivæ, ut superius scripsi, *L. possessor, §. & si possessio, ff. de acquir. possess.* & sententiæ transactæ in rem judicatam; ideo paratam habet executionem; & effectum præcepti Judicis ordinarii in judicio facti sortiter. *L. 1. C. de exec. rei judic.* Bart. *cons. 71. lib. 1.* Roman. *cons. 76.*
9 Viv. *lib. 1. comm. opin. 428. &c.*: Imo tanti roboris est guarantigia, ut hypotheca ex illa resultans habeat vim pignoris judicialis Bart. in *L. cum unus ff. de bon. author. jud. possid.* Alex. in *L.*
10 *a Divo Pio §. si super rebus ff. de re judic.* Gales. *de obligat. Cam. par. 1 qu. 2. num. 26.*; ideoque dicunt practici, Guarantigiare esse perpetua firmitate instrumentum munire, juramento, & pœnæ robore coram Notario, Judice, & testibus pro ipsius contractus observantia insistere. *Rit. M.C.V. 166. & 187.* Thesaur. *dec. 26. nu. 14.*
11 Notandum tamen est, quod & si clausulæ guarantigiæ omittantur a Notariis, tanquam solitæ, & assuetæ habentur pro appositis in Regno, Petr. *sup. Rit. 166. num. 11. & 71. lib. 2* Prat. *lib. 1. discept. forens. cap. 15. num. 56.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. VI.

De sexto Requisito liquidationis.

1. *Titulus hic quas amplectatur exceptiones?*
2. *De quibus hic agatur?*
3. *Instrumentum debet esse visibiliter liquidum.*
4. *Quando est ultrò citroque obligatorium liquidari non potest.*
5. *Instrumentum se ad aliud referens non potest liquidari, nisi illo exhibito;*
6. *Nec illud, quod non continet personalem debitoris obligationem.*
7. *Item excedens libram auri, & trino teste non subscriptum, & quomodo?*
8. *Item quando promissio debiti est ob turpem causam.*
9. *Item quando est stipulatum in locis extra Regnum, nisi adhibitis conjunctis solemnitatibus.*
10. *Quæ sint istæ solemnitates?*
11. *Item, quando obligatio est causa ludi.*
12. *Item quando continet promissionem facti alieni, vel alternativam;*
13. *Regula generalis pro liquidatione decernenda.*
14. *Instrumentum cum Ecclesia, Universitate &c. quando liquidetur?*

TItulus, de quo hic agitur non exigit enumerationem singularium exceptionum, quæ à
1 Reo citato super tenore instrumenti liquidandi opponi possunt, de his enim peculiaris suo loco erit sermo; Tantum hic agendum est de illis exceptionibus, quæ ultrò per simplicem præsentationem instrumenti sese offerunt Judici, ita ut liquidum illud minimè existimet, quæ inquam ex ventre, & lectura ejusdem instrumenti oriantur, antequam judicium liquidationis inchoetur; hoc igitur sensu animadvertendum est, quod instrumentum, ut via ritus M.C.V. liquidari possit, debet esse liquidum, adeoque illud
3 obligationem certam, indubiamque continere, ut nulla alia indigeat extrinseca probatione, aut aliqua exceptione inficiari; ideoque quando est turbidum; & obumbratum, conditionatum, pa-
4 ctionatum, ultrò citroque obligatorium &c. non potest liquidari, nisi prius perfecta conditione, adimpleto pacto, remotis offendiculis. De Rosa *prax. civil. decret. cap. 14. num. 17. & 18.*
5 Liquidari non potest instrumentum se ad aliud referens relato instrumento non exhibito, in quo substantia consistat. Rit. 167. Pe Afft. *controv. cap. 14. num. 5. & 6.* Altimar. *de nullit. contract. sect. 2 qu. 8. rubr. 1. num. 45. to. 3.*
Neque liquidatur, quando instrumentum obligationem personalem debitoris non continet,
6 imo neque ad persecutionem bonorum, quorum nulla oritur obligatio deficiente personali. Petra in Rit. 302. num. 44. to. 4.
Non potest liquidari instrumentum excedens
7 libram auri, ducatos scilicet 72, nisi sit trium testium scribentium subscriptione munitum, ut supra notavi: *Consti instrumentorum robur.*, quod intellige tantum de capitali, quia si cum tertiis, & capitali excedat libram, non requiruntur tres testes Reg. Tapp. dec. 15. Altimar. *in observ. ad dec. 66.* Rovit. num. 19. to. 2.
Non proceditur ad liquidationem, quando
8 promissio debiti est ob turpem causam, pro qua nulla oritur actio. C. de Luc. *de cred. & deb. disc. 123. num. 13.* Fontanel. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5. gl. 7. & 8.* Gizzarell. *dec. 52.*
Sic quoque non dicitur liquidum instrumentum quando apparet stipulatum extra Regnum, nisi adsint solemnitates consuetæ, videlicet si contineat obligationes bonorum in Regno existentium
9 non habet hypothecam, nisi fuerit registratum in Archivio nostro Neapolitano intra certum tempus, nempe si fuerit stipulatum Beneventi; intra mensem; si in dominio Ecclesiastico, aut
10 in Insula Sicula infra bimestre, in reliquis locis Italiæ intra bimestre, in reliquis locis Italiæ infra Montes, infra annum. *Arrest. Reg. Cam. Summ. 540. sub die 10. Aprilis 1708.* Si vero bonorum in Regno positorum hypothecam non contineat, solemnitatibus a Riccio num. 18. notatis indiget.
Denegatur etiam liquidatio, quando obligatio
11 pecuniæ est causa ludi. Petra in Rit. 166. num. 100. Card. de Luc. *de cred. & debit. disc. 123. num. 12.* Prat. *discept. forens. to. 3. cap. 11.* Reverter. dec. 423. to. 2.
Item quando continet promissionem facti alie-
12 ni Ric. dec. 395. par. 3. vel promissionem alternativam, quia electio est debitoris, *L. plerumque ff. de jur. dot.* de Marin. *lib. 2. resol. cap. 65. num. 6. & cap. 297.* Carleval. *de judic. tit. 3. disp. 9. num. 49.*
Demum regula generalis est, quod Judex non possit liquidationem decernere, quoties contra-
13 ctus in instrumento contentus exceptionem, & repugnantiam juris, aut facti secum ferat; qua ratione arcentur a liquidatione contractus fenda-

les

les cum Ecclesia, cum Universitate &c., ni-
14 si insimul constet de assensu Regio impotrato,
assensu apostolico decreto, quod expedis, pecuniam
versam esse in Universitatis utilitatem, & de
ceteris consuetis solemnitatibus a jure requi-
sitis.

ADDIT. DE CARO AD CAP. VII.

De septimo Requisito termini annorum 20.

1. *Per lapsum 20. annorum liquidationis, non viam executivae beneficium amittit instrumentum.*
2. *Terminus intelligitur a die ortae actionis.*
3. *Poenalis actio xx. annorum spatio praescribitur.*
4. *Tempus est continuum.*
5. *Si agatur pro tertiis ex censu liquidatis potest tantùm pro viginti annis.*
6. *Praescriptio haec currit, etiam contra Clericum.*
7. *Praescriptio quando interrumpatur?*
8. *Citatione circumducta, vel nulla non interrumpitur.*
9. *Reo comparente citato reconvalescit.*
10. *Cautela pro reo, quando citatio est circumducta.*
11. *Circumductio quomodo inducatur in Civitate, & quomodò extrà?*
12. *Contumaciae quomodò incusentur?*
13. *Conciliatur de Rosa.*
14. *Post accusatum ultimam contumaciam non circumducitur citatio.*
15. *Formula ultimae contumaciae.*

INstrumentum per lapsum viginti annorum be-
neficium liquidationis amittit, non viam exe-
* Privilegiis Notariorum Apostolicorum, num hodie in regno detur regium placitum, vel ne, videsis per nos scripta *tom.* 1. *hujus praxis tit.*6. *cap.*6. *n.*51.

5 Notarius vassallus non potest instrumenta rogare, quæ Magnates tangunt. *Cap.* Regni, *non sine prudentir rubr. de conficiend. instrum.* Scaglion. *in Ritu* 163. *num.*4. Frecc. *par.*2. *nu.*3.

6 Et licet Notarius vassallus non possit instrumenta conficere ejus Dominum tangentia, potest tamen in sui favorem stipulare obligationes, penes acta, testamenta, & codicillos. De Franch. *dec.*118. Annius *filius ad singul. Patri* 244.

7 Notarius Vassallus non solum instrumenta conficere nequit principalis crediti, sed nec etiam instrumenta infirmitatem Baronis continentia servata forma *Pragm.* 8. §. 8. *de instrum. liquid.* in casu, quo admitti debeat exceptio infirmitatis per procuratorem; debet enim hujusmodi instrumen-
8 tum ab alio Notario non Vassallo stipulari, *Sanfelic. dec.*416. *nu.* 12. *par.* 3. Petra *in Rit.M.C.V.* 166. *nu.* 158. Instrumentum tamen procurationis potest Notarius vassallus conficere. Thor. *compend. decis. par.* 3. *sect.* 2. *v. nullitates actorum &c.*

9 Notarium vero esse vassallum probatur per fidem baptismatis, & Universitatis. *Petr. in Ri. M.C.V.* 166. *n.*32.

Notandum est hic autem pro alio Requisito,
10 quod quidem particulari indigeret capitulo, & omittitur ne ordo materiæ a Riccio degustatæ subverteretur, ut instrumentum liquidandum debeat subscribi per testes literatos, & scribentes, non vero illiteratos. Caravit. *in Rit.*166.*n.*3 Petra *in eod. Rit.*166. *n.*36.

11 Et si hæc regula limitationem patiatur, si contractus celebretur in loco, ubi testes literati haberi non possunt, quo casu suppletur per signum crucis per Notarium testificatum, attamen in locum illorum alii testes scribentes assumendi sunt. *Const.* Regni *Instrumentorum robur*, ibi: *in locis, in quibus literati poterint inveniri, alioquin alii etiam assumantur.* Gait. *de credit. cap.*3. *tit.*1. *n.*398.

12 Quando vero instrumentum pro capitali tantum excedat libram auri, scilicet ducatos 72., eget trium testium subscriptione, ut inferius dicam &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. IV.

De quarto Requisito, ut summa excedat unciam.

1. *Uncia auri quanti erat antiquitus?*
2. *Nostris temporibus uncia est ducatorum sex.*
3. *Unciæ auri xxv. sunt valoris ducatorum centum quinquaginta.*
4. *Uncia auri est valoris ducatorum decem, & octo* juxta De Rosa.
5. *Quomodo conciliatur?*
6. *Uncia auri naturalis metallici est ducatorum decem, & octo.*
7. *Riccius nec de civili, nec de naturali loquitur.*
8. *Uncia auri civilis est ducatorum sex.*
9. *Instrumentum infra unciam liquidari non potest.*
10. *Hodie in causis infra duas uncias nequidem in scriptis procedi potest.*

SCribit *Riccius* suo *num.* 2., unciam auri tempore Justiniani esse ducatorum sex, in præsentiarum vero circiter ducatorum duodecim; sed utramque perperam; quoad primam enim partem
1 Uncia auri diutius ante Justiniani tempora, *Valente, & Valentiniano, & Gratiano Imp.* sex solidorum, seu aureorum erat, ut ex *L. quotiescumque C. de susceptor Præposit., & Arcar. lib.*10.;
2 quoad secundam vero partem uncia nostræ ætatis non est ducatorum duodecim, sed etiam perdurat sex aureorum, seu ducatorum, ut patet non solum Jurisconsultis, sed ipsis etiam Actuariis, qui in dies litaris provisionalibus inobservantiæ pœnam unciarum auri xxv. in beneficium
3 Regii Fisci apponunt, quæ quando exigitur in criminalibus præsertim, est ducat.150., ut praxis docet.

4 Reg. de Rosa *in prax. civil. decret. cap.* 14. *num.* 14., docet, hodie unciam auri ascendere ad solidos decem, & octo, quomodo ergo concordandi sunt Authores, *de Rosa* optime conci-
5 liatur; dum intelligit de uncia auri naturali, effectiva, seu metallica, cujus valor est duca-
6 torum decem, & octo, non vero de uncia auri legali, seu civili; Sed *Riccium* de neutra in-
7 telligere apparet, quia neque civilis, neque naturalis uncia auri ad valorem ab eodem descrip-
8 tum confertur, quia civilis est ducatorum sex, naturalis decem, & octo, non circiter duodecim, quonam igitur pacto conciliandus?

9 Jure merito statutum est, instrumentum unciam auri non excedens liquidatione incapax esse, quia si infra hanc summam nequidem in scriptis
10 procedi poterat, quod nunc ex novissima Const. 18. *Martii* 1738. *sub* §. *V.* ad duas uncias ampliatum est, ut superius notavi, quomodo ad liquidationem, inter civilia judicium odiosissimum, tamquam criminalitatis sapiens, procedi poterat?

ADDIT. DE CARO AD CAP. V.

De quarto Requisito Guarantigiæ.

1. *Guarantigia quid sonet?*
2. *Vim habet sententiæ, & quomodo?*
3. *Guarantigia in quo consistat?*
4. *Ex confessione erronea, & nulla instrumentum non est guarantigiatum.*
5. *Guarantigia accedit confessioni.*
6. *Nullo principali est nullum accessorium.*
7. *Guarantigiæ nullitas non sanatur per statutum sanans omnes nullitates.*
8. *Guarantigia habet executionem paratam, & effectum decreti Judicis.*
9. *Hypotheca resultans ex Guarantigia habet vim pignoris judicialis.*

10. Gua-

10. *Guarantigiare quid sit?*
11. *Guarantigia omissa a Notario habetur per apposita.*

SUperius notavi, *Guarantigiam* verbum Longo-
bardum, & Tuscum, sive Gallicum, idem
1 sonare, ac firmitatem, & stabilitatem volunta-
tum contrahentium poena, & juramento muni-
2 tam, quæ vim habet sententiæ orientis ex par-
tium confessione, ita ut hujusmodi instrumen-
tum dicatur *confessionatum*. Bald. in *L. etiam C.
de exec. rei judic. & L. 1. C. de confess.* Bartol.
in *L. 2. ff. de recept. arbitr.* Rocc. *respons.* 90. *lib.* 2
num. 1 *&* 2.
3 Quum guarantigia in partium voluntaria con-
fessione facta coram Judice ad contractus, &
Notario poena, juramentoque munita præsertim
consistat, inde sequitur, quod si confessio sit er-
4 ronea, & nulla, instrumentum non dicitur gua-
rantigiatum; etenim propter confessionis errorem
5 guarantigia, tamquam accessorium non subsistit,
& quando obligationis substantia inefficax est,
clausula guarantigiæ ipsi inhærens est quoque
inefficax. *L. fin. ff. de const. pecun.* Bald. in *L.
error ff. de jur. & fact. ignorant. &* in *L. si absentis
C. si certum pet.* Ita ut si per statutum sanaren-
6 tur omnes exceptiones, non censetur remota,
quæ ex defectu guarantigiæ ex erronea confessio-
7 ne proveniente, oritur. Bart. in *L. 2. §. Præter,
ff. qui satisdare cogan.* in *L. Divus ff. de testam. mi-
lit. &c.*
8 Insuper quum guarantigia habeat vim sen-
tentiæ definitivæ, ut superius scripsi, *L. possef-
sio, §. & si possessio, ff. de acquir. possess.* & senten-
tiæ transacta in rem judicatam, ideo paratam
habet executionem; & effectum præcepti Judi-
cis ordinarii in judicio facti sortitur. *L. 1. C. de
exec. rei judic.* Bart. *cons.* 71. *lib.* 1. Roman. *cons.* 76.
9 Viv. *lib.* 1. *comm. opin.* 428. *&c.* Imo tanti robo-
ris est guarantigia, ut hypotheca ex illa resul-
tans habeat vim pignoris judicialis Bart. in *L.
cum unus ff. de bon. author. jud. possid.* Alex. in *L.
10 a Divo Pio §. si super rebus ff. de re judic.* Gales.
de oblig. Cam. part. 1 *qu.* 2. *num.* 26. ideoque di-
cunt practici, Guarantigiare esse perpetua firmi-
tate instrumentum munire, juramento, & poenæ
robore coram Notario, Judice, & testibus
pro ipsius contractus observantia insistere. *Rit.
M.C.V.* 166. *&* 187. Thesaur. *dec.* 26. *nu.* 14.
11 Notandum tamen est, quod & si clausulæ
guarantigiæ omittantur a Notariis, tamquam
solitæ, & assuetæ habentur pro appositis in Re-
gno, Petr. *sup. Rit.* 166. *num.* 11. *&* 71. *lib.* 2
Prat. *lib.* 1. *discept. forens. cap.* 15. *num.* 56.

ADDIT. DE CARO AD CAP. VI.

De sexto Requisito liquidationis.

1. *Titulus hic quas amplectatur exceptiones?*
2. *De quibus hic agatur?*
3. *Instrumentum debet esse visibiliter liquidum.*
4. *Quando est ultrò citroque obligatorium liquidari non potest.*
5. *Instrumentum se ad aliud referens non potest liqui-dari, nisi illo exhibito;*
6. *Nec illud, quod non continet personalem debitoris obligationem.*
7. *Item excedens libram auri, & trino teste non sub-scriptum, & quomodo?*
8. *Item quando promissio debiti est ob turpem causam.*
9. *Item quando est stipulatum in locis extra Regnum, nisi adhibitis consuetis solemnitatibus.*
10. *Quæ sint istæ solemnitates?*
11. *Item, quando obligatio est causa ludi*
12. *Item quando continet promissionem facti alieni, vel alternativam?*
13. *Regula generalis pro liquidatione decernenda.*
14. *Instrumentum cum Ecclesia, Universitate &c. quando liquidetur?*

TItulus, de quo hic agitur non exigit enume-
rationem singularum exceptionum, quæ à
1 Reo citato super tenore instrumenti liquidandi
opponi possunt, de his enim peculiaris suo lo-
co erit sermo; Tantum hic agendum est de il-
lis exceptionibus, quæ altrò per simplicem præ-
sentationem instrumenti sese offerunt Judici, ita
ut liquidum illud minimè existimet, quæ in-
quam ex ventre, & lectura ejusdem instrumen-
ti oriuntur, antequam judicium liquidationis in-
choetur; hoc igitur sensu animadvertendum est,
quod instrumentum, ut via ritus M.C.V. liqui-
dari possit, debet esse liquidum, adeoque alicujus
3 obligationem certam, indubiatamque continere,
ut nulla alia indigeat extrinseca probatione, aut
aliqua exceptione infirmari; ideoque quando est
turbidum; & obumbratum, conditionatum, pa-
4 ctionatum, ultrò citroque obligatorium &c. non
potest liquidari, nisi prius perfecta conditione,
adimpleto pacto, remotis offendiculis. De Rosa
prax. civil. decret. cap. 14. *num.* 17. *&* 18.
5 Liquidari non potest instrumentum se ad ali-
ud referens relato instrumento non exhibito, in
quo substantia consistat. Rit. 167. Fr. *Affl. con-
trov. cap.* 72. *num.* 5. *&* 6. Altimar. *de nullit. con-
tract. sect.* 2 *qu.* 8. *rubr.* 1. *num.* 45. *to.* 3.
Neque liquidatur, quando instrumentum ob-
ligationem personalem debitoris non continet,
6 imo neque ad persecutionem bonorum, quorum
nulla oritur obligatio deficiente personali. Petra
in Ritu 300. *num.* 44. *to.* 4.
Non potest liquidari instrumentum excedens
7 libram auri, ducatos scilicet 72, nisi sit trium
testium scribentium subscriptione munitum, ut
supra notavi. *Consta instrumentorum robur.*, quod
intellige tantum de capitali; quia si cum ter-
tiis, & capitale excedat libram, non requirun-
tur tres testes Reg. Tapp. *dec.* 15. Altimar. *in
observ. ad dec.* 66. Rovit. *num.* 19. *to.* 2.
Non proceditur ad liquidationem, quando
8 promissio debiti est ob turpem causam, pro qua
nulla oritur actio. C. de Luc. *de cred. & debi.
disc.* 123. *num.* 13. Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 2.
claus. 5. *glos.* 7. *&* 8. Giurball. *dec.* 52. [illegible]
Sic quoque non dicitur liquidum instrumentum
quando apparet stipulatum extra Regnum, nisi
adsint solemnitates consuetæ, videlicet si conti-
nent obligationes bonorum in Regno existentium
9 non habet hypothecam, nisi fuerit registratum
in Archivio nostro Neapolitano intra certum
tempus; nempe si fuerit stipulatum Beneventi,
infra mensem; si in dominio Ecclesiastico, [illegible]
10 in Insula Sicula infra bimestre, in reliquis
locis Italiæ intra bimestre, in reliquis locis Ita-
liæ infra Montes, infra annum. *Arrest. Reg. Cam.
Summ.* 340. *sub die* 10. *Aprilis* 1701. Si vero
bonorum in Regno positorum hypothecam non
contineat, solemnitatibus a Riccio num. 18. [illegible]
tatis indiget.
Denegatur etiam liquidatio, quando obligatio
11 pecuniæ est causa ludi. Petr. *in Rit.* [illegible]
num. 100. Card. de Luc. *de credit. & debit. disc.*
123. *num.* 12. Prat. *discept. forens.* [illegible]
Reverter. *dec.* 423. *to.* 2. [illegible]
Item quando continet promissionem facti alie-
12 ni Ric. *dec.* 355. *part.* 3. vel promissionem al-
ternativam, quia electio est debitoris, L. *plerum-
que ff. de jur. dot.* de Marin. *lib.* 2. *resol. cap.* 65.
num. 6. *&* *cap.* 297. Carleval. *de judic. tit.* 3.
disp. 3. *num.* 49.
Demum regula generalis est, quod Judex non
possit liquidationem decernere, quoties contra-
13 ctus in instrumento contentus exceptionem, &
repugnantiam juris, aut facti secum ferat; qua
ratione arcentur a liquidatione contractus feuda-
les

recept. sent. tit. 5. *de effect. sentent.* Const. Regni *Edictorum ordinem &c.* Affl. *Cons.* 1. *notab. &* *dec.* 289. *num.* 6.

Citatio absque dicto peremtorio invalida, &
6 nulla est, nec contumacia incusari, nec liqui-
datio fieri potest, & hæc nullitas etiam a Pro-
curatore allegari potest. Affl. *dec.* 366. *num.* 6.
Caravit. *in Rit.* 166. *num.* 16. Galter. *rubr.* 2 *nu.*
44. *& rubr.* 4. *num.* 22. *prax. liquid. instr.* Joseph
de Rosa *consult.* 3. *num.* 3. 4. 5.

Formula citationis prædictæ cum peremtorio &c.

E. G.

CAROLUS Dei gratia utriusque Siciliæ Rex, & Hyerusalem, Dux Castri, Parmæ, & Placentiæ, Magnus Princeps hereditarius Hetruriæ &c.

*NIcolaus Cajetanus Aquilæ Aragoniæ Princeps to-
tius familiæ Cajetanæ, Dux Laurentianæ,
7 Princeps Pedemontis, ac secundus in Regno Nea-
politana, Aliphanum Comes, Intimus S. M. Con-
siliarius, & in præsenti Regno Magnus Magister
Justitiarius, ac Regens, Judex M. C. V. Algu-
zeriis, & servientibus tam M. C., quam aliarum
quarumvis Curiarum, & locorum insolidum requi-
rendis dicimus, committimus, & Regia, qua in
his fungimur auctoritate mandamus, quatenus rece-
ptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisi-
tionem Venerabilis Conservatorii Puellarum sub ti-
tulo Divinæ Providentiæ Terræ Calvelli, de cujus
interesse agitur, & pro eo ad instantiam magn.
Doctoris D. Aloysii de . . . . ejus Procuratoris cum
speciali mandato, stante etiam Regia dispensatione
obtenta a S.M., sivè ab ejus Regali Camera San-
ctæ Claræ per verbum liceat per Procuratorem
cum speciali mandato, pro ut ex dictis procura-
tione, & Regia dispensatione in actis præsentatis:
Peremptoriè citetur Franciscus Antonius . . . . Ter-
ræ Vigiani, & citatio fiat ei personaliter, quate-
nus decima quarta die juridica post &c. personali-
ter in dicta M. C. compareat responsurus in judi-
cio, & eidem exponenti super tenore publici, &
liquidi instrumenti rogati in dicta Terra Calvelli,
manu magnifici Notarii Bartoli de Ambelino dictæ
Terræ Calvelli sub vigesima secunda mensis Decem-
bris anni 1731. per eundem magnificum Notarium
in publicam formam, & in pergameno reassumpti,
& in dicta M. C. præsentati, & liquidari petiti
per dictam exponentem contra dictum Franciscum
Antonium . . . .; Nempè pro ducatis biscentum
quinquaginta capitalis per dictum Franciscum An-
tonium . . . . manualiter, & de contantis in tot
moneta argentea numerata receptis a dicto Venera-
bili Conservatorio, sivè a Rev. D. Dominico de .
. . tunc temporis ejus Procuratore de propria pecu-
nia dicti Venerabilis Conservatorii: Pro quibus
quidem ducatis biscentum quinquaginta capitalè di-
ctus Franciscus Antonius . . . . vendidit cum pa-
cto de retrovendendo quandocumque annuos ducatos
viginti quinque ad rationem ducatorum decem pro
quolibet centenario in beneficium dicti Venerabilis
Conservatorii, pro ut ex instrumento præsentato; Ve-
rùm etiam pro aliis ducatis centum viginti, tarenis
duobus, & granis tribus pro tertiis & rata illa-
rum, usque ad præsentem diem decursis, ex cau-
sa dictorum annuorum ducatorum viginti quinque,
ut supra venditorum, ex quo ob solutionem dictarum
tertiarum, nedùm per annum, & mensem unum,
sed ultrà sequutam, idcirco servata forma pacti in
dicto instrumento adjecti factus est casus rescissionis
contractus, & liquidationis instrumenti prædicti ad
formam Ritus M.C. pro dicto capitali, & tertiis
prædictis; stantibus etiam requisitoria per dictam
M. C. expedita ad istantiam dicti Venerabilis Con-
servatorii, contra dictum Franciscum Antonium .
. . . sub die nona mensis Januarii proximi præteri-
ti ad solvendum tertias decursas in dicta Terra Cal-
velli loco dicti celebrati contractus, & proximæ so-
lutionis dicto debitori personaliter notificata sub die
vigesima prima ejusdem mensis Januarii, & contu-
maciis contra ipsum incusatis, & decreto a subscri-
pto Domino Judice præsenti die interposita, quo me-
diante fuit ordinatum, quod stante lapsu termini,
ac contumaciis incusatis expediatur, & consignetur
præsens citatio super tenore instrumenti prædicti,
ut ex actis; verum tempore solutionis dicti capita-
lis ducatorum biscentum quinquaginta illi depositentur
in publico Banco, uti pecunia capitalis dicti Vene-
rabilis Conservatorii pro illis applicandis in emptio-
nem; Nec non compareat tanquam principalis, &
legaliter sciens exindè melius facti veritatem secun-
dum formam laudabilis ritus dictæ M.C. Neap. die
18. mensis Februarii 1737.*

D. Franciscus Antonius Perrelli.

Julius Gagliardus A.M. adest sigillum.

Citatio super tenore instrumenti &c.

*Io Giuseppe . . . . serviente della Ducale Corte
di Calvello, essendomi conferito di ordine della me-
8 desima Corte nella Terra di Viggiano oggi, che
sono li 3. Aprile 1737. riferisco con giuramento
avere notificato personalmente Francesco Antonio .
. . . della medesima Terra di Viggiano sopra lo te-
nore delle retroscritte provisioni della Gran Corte del-
la Vicaria, con avere lasciato copia di detta provi-
sione al sudetto Francesco Antonio . . . . presenti per
testimonj Francesco . . . ., il quale vive del suo,
Giuseppe di . . . ., che anche vive del suo, Fran-
cesco Antonio . . . ., che fa l'arte di Ferraro,
tutti detti testimonj della medesima Terra di Cal-
vello, ed in fede &c.*

*Io qui sottoscritto Giuseppe Antonio . . . .
Attuario attuale della Ducale Corte di questa Terra
9 di Calvello, faccio fede anche con giuramento qual-
mente il soprascritto Giuseppe . . di questa medesima
Terra è serviente patentato di questa medesima Du-
cal Corte, colla facoltà di potere citare, & intimare
qualsivoglia scrittura, come dalla patente, la quale
si conserva nell' Archivio di questa medesima Corte,
onde in fede &c. Calvello 5. 1737. Giuseppe An-
tonio de T.*

*Fidem facio ego Not. Bartolus de . . . .
10 Terra Calvelli Provinciæ Basilicatæ suprascriptum
magnificum Josephum Antonium de T. esse talem,
qualem se facit, nempè actualem Actuarium Du-
calis Curiæ hujus Terræ prædictæ, & in fidem
signavi requ. Adest signum.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. IX.

De nono Requisito citationis juxtà *Pragm.* 9. *De Instrum. liquid.*

1. *Citatio per edictum interdum etiam admittitur in materia liquidationis.*
2. *Quando admittatur?*
3. *& 4. Regula cum distinctione.*
5. *Formula relationis citationis factæ in Curia in hac Civitate.*
6. *Formula fidei matriculæ Porterii.*
7. *Formula relationis citationis factæ in partibus super Requisitoria.*
8. *Formula authenticæ Notarii.*

IN hoc capitulo valdè conferunt, quæ in materia citationum supra in *cap.* 2. observavi, ut videbis; pauca hic remanent notanda, exceptis formulis, quas subnectam inferius.

Licet in instrumentorum liquidatione hæ duæ
tantum citationes, *personaliter* scilicet, & *domi*
solitæ habitationis, sivè in Curia designata usu
1 receptæ sint, admittitur tamen quoque citatio
per edictum, quando locus, ubi citatio facienda
est, non est tutus; verùm distinguendum hic est;
2 Aut enim locus notorie tutus non est causa ge-
nerali, puta aeris infecti, pestis, belli, publici

bandi &c. & citatio est nulla ipso jure, etiamsi
3 ab excusatore non probetur, vel allegetur, text.
in clement. pastoralis v. Notariam, de re judic. Afff.
dec. 29. *num.* 3. & *dec.* 289. *num.* 24.; Aut ac-
cessus non est tutus ex causa particulari, nempè
inimicitiarum, hostium incursionis &c. per po-
4 tentiam adversarii, & tunc admittitur citatio
per edictum, etiamsi personalis requireretur. Al-
timar. *de nullit. rubr.* 21. *qu.* 33. *num.* 41. *ad* 52.
Ricc. *qu. var qu.* 7. *in collect. post* 10. *part.* Rocc.
respons. 29. 10. 1.

Formula relationis citationis super tenore in-
strumenti factæ in Curia, in Civitate.

*Die vigesima quinta mensis Septembris 1727. Nea-
poli. Io Antonio Giacomino del quondam Do-
menico Portiero di Vicaria ho citato super tenore In-
strumenti il magnif. Dottor, D. Angelo . . . in
Curia del magn. Notar Gregorio d' Avantino di
Napoli sita in questa Città nello piazza dello Spi-
to Santo nelle case del magn. D. Andrea . . . .
nell' Istromento designata in presenza del magnifi.
Notar Gregorio d' Avantino, a Dottor Francesco
de T., e magnif. Carlo . . . . Giudice a contrat-
ti, Testimonj, che resiedono in detta Curia, e pre-
senti Mastro Giuseppe del T. cartaro, e Mastro
Antonio . . . . Chirurgo, Testimonj, che abitano
nella medesima strada &c.*

*Io Antonio Giacomino del quond. Domenico Por-
tiero di Vicaria ho notificato, ut supra.*

*Si fa fede per me infrascritto Sebastiano Pennel-
la Mastro d' Atti dell' Illustrissimo Signor Reggen-
6 te della G. C. della Vicaria; qualmente avendo ri-
conosciuto il registro, dove si registrano gli Alguzi-
ni di essa G. C. in quello ho ritrovato registrato il
sopradetto, seù soprascritto Antonio Giacomino del
quond. Domenico per Alguzino ordinario di essa G.
C., ed in fede, &c. Neapoli 25. Settembre 1727.
Pennella.*

7 Formula relationis citationis factæ in partibus
super Requisitoria ad solvendum tertias loco con-
tractus, & promissionis solutionis.

*Die vigesima secunda mensis Ianuarii 1732. Cal-
velli &c. Blasius . . . , ordinarius serviens
hujus Curiæ Terræ Calvelli cum juramento retulit
mihi infrascripto Notario ejusdem Curiæ se persona-
liter contulisse in Terram Viggiani, & se die vi-
gesima prima currentis mensis Januarii 1737. no-
tificasse magistrum Antonium . . . . ejusdem Terræ
Viggiani super tenore retroscriptarum literarum pro-
visionalium M.C.V. personaliter relicta ei copia,
præsentibus pro testibus Francisco Antonio . . .
Januario . . . . & aliis &c. modo, & forma sibi
commissis, & in fidem &c.*

Ioseph Antonius de . . . . A. M.

*Fidem facio, atque testor ego Notarius Bartolus
de . . . . a Calvello, suprascriptam relationem fa-
ctam per Blasium . . . . hujus Terræ Calvelli fuis-
se scriptam, & subscriptam manu suprascripti ma-
gnifici Josephi Antonii de . . . . ejusdem Terræ,
eosque esse tales, quales se faciunt, nempe supradi-
ctum Blasium . . . ordinarium servientem, & su-
pradictum magnificum Josephum Antonium de . . . .
actualem Actuarium Curiæ ejusdem Terræ Calvel-
li, & in fidem signavi rogatus &c. adest signum
in forma.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. X.

De decimo Requisito, ut Creditor persona-
liter compareat.

1. *Creditor personaliter debet in Curia comparere.*
2. *Providentia ultimæ Regiæ Pragmaticæ ad occur-
rendum fraudibus.*
3. *Transcribitur capitulum dictæ Reg. Pragmaticæ.*
4. *Moniales quomodò liquident instrumenta?*
5. *Formula Regiæ dispensationis liquidandi per Procu-
ratorem.*
6. *Formula supplicis libelli.*
7. *Formula Regiæ decretationis.*
8. *Formula mandati procurationis cum speciali.*
9. *Creditor infirmus an liquidet?*
10. *Quid obtenta Regia dispensatione?*
11. *Distinctio in hoc casu.*
12. *Quomodò creditor carceratus?*
13. *Mortuo creditore hæres prosequitur.*
14. *Administratores, Æconomi &c. an, & quomodò
liquidare possint?*

Debet creditor personaliter comparere in Curia
cum suo debitore, ne ad imparia judicentur,
1 ut largè scribit *Riccius*; sed quia ex fraude cre-
ditorum invaluit abusus latitandi in secunda Cu-
2 ria, ut fiat contumax debitor, ideò opportunè
occurrit ultima Regia Pragmatica sub *die* 18.
Martii edita 1738. §. *V. num. IX. E. G.*
IX. „ Per riparare al disordine, ed all' abuso in-
„ trodotto da alcuni creditori, i quali artata-
3 „ mente non compariscon personalmente in se-
„ conda Curia, e comparendo in quella il solo
„ debitore s' interpone il decreto licentietur de-
„ bitor, perchè non è comparso il creditore; dal
„ che ne nasce, che ritrovandosi il debitore sul-
„ la buona fede, che volendo il creditore prose-
„ guire la liquidazione, debbasi nuovamente spe-
„ dire la requisitoria super eadem citatione, e
„ quella notificarsi ad esso debitore; All'incon-
„ tro, ripigliandosi il creditore dal Mastrodatti
„ Eddomadario l' Istrumento reassunto fa spedire
„ da altro Mastrodatti la nuova citazione, ed in
„ contumaciam ottiene le lettere esecutoriali;
„ Ordiniamo perciò, che in avvenire non sola-
„ mente detti creditori non possano usare più si-
„ mile inganno sotto pena dell' amissione della
„ quarta parte del credito, ed altre arbitrarie
„ della G. Corte, ma parimente, che ciasche-
„ dun Mastrodatti, a chi sarà presentato l' Istro-
„ mento reassunto debba farvi la presentata, con
„ ispiegarsi in quale Banca si presenti, e quella
„ farla sottoscrivere dal Giudice; E dopo sia
„ tenuto cerziorare a tutti gli altri Mastrodat-
„ ti, affinchè non procedano ad altra citazione
„ sù dell' Istromento a lui presentato, con ispie-
„ gare nella cartella il Notajo, le parti, ed il
„ giorno dell' Istrumento; e contravenendo a ciò
„ alcuno de' Subalterni debba soggiacere alla pe-
„ na della perdita dell' officio; Anzi per una
„ maggior cautela del debitore già licenziato
„ dalla Vicaria, il quale perciò si ritrova nella
„ buona fede; vogliamo, che si debba al mede-
„ simo dar copia autentica del decreto di licen-
„ tietur, affinchè possa servirsene di salvaguar-
„ dia, nel caso che per la liquidazione fatta in
„ altra Banca venisse ad esser molestato, o car-
„ cerato, in virtù dello stesso Istrumento, per
„ cui ha di già ottenuto il decreto di licentiatur.

Quando a Monialibus liquidandum est instru-
mentum præsertim absentibus, ut plurimùm ob-
4 tinetur dispensatio a S. M. per Regiam Came-
ram S. Claræ, per verbum, *liceat per Procura-
torem cum speciali mandato*, prout accidit in li-
quidatione instrumenti pro Venerabili Conserva-
torio Divinæ Providentiæ Terræ Calvelli cum
Francisco Antonio Nicolia; penes Josephum
Bologninum Actorum Magistrum M. C. V., &
in sequentibus formulis videbis.

5 *Formula Regiæ Dispensationis pro liquidatione in-
strumenti per Procuratorem.*

S. R. M.

Signore. Adest signum.

Il Dottor T. de T. Procuratore del Venerabile
Conservatorio delle Vergini sotto il titolo del-
la Divina Providenza della Terra di Calvello in
Provincia di Basilicata supplicando espone a V.
M. co-

M. come intendendo in detto nome liquidar cert'
istromento con Francesco Antonio Nicolia della
Terra di Vigiano *servata forma Ritus M. C. V.*
6 affinche possa il suo Principale ottenere la do-
vuta sodisfazione di quel tanto va creditore per
capitale, e terze, per cui le necessita il bene-
placito di V. M. affine di poter liquidare l'istro-
mento. Ricorre perciò da V. M., e la supplica
compiacersi comandare esser lecito al supplicante
come Procuratore di detto Venerabile Conserva-
torio delle Vergini poter liquidare l'istromento
contro esso magnifico Francesco Antonio ....
nella G. C. della Vicaria, il tutto essendo di
giusto lo riceverà a grazia singolare, *ut Deus*.
7 *Liceat per Procuratorem cum speciali mandato*.
Rocca: Maggioco: Ventura *&c.*

Provisum per Realem Cameram S. Claræ Neap.
26. Januarii 1737.

Spectabilis Præses S. R. C. Attanasius
non interfuit.

Die decima octava mensis Februarii millesimo
septingentesimo trigesimo septimo Neap. presen-
tata per magnif. D. Alexium de T. Procurato-
rem. Mangione A. M.

Formula Procurationis per epistolam cum speciali mandato ad liquidandum instrumentum &c.

DIe nona mensis Januarii millesimo septingen-
tesimo trigesimo septimo Neap. præsentata
per M. D. D. Aloysium de ... Procuratorem.
Mangione, ut supra.

Tenore præsentis Procurationis per Epistolam
omnique meliori via &c. Nos subscriptæ Mo-
niales Venerabilis Conservatorii Divinæ Provi-
dentiæ sub titulo S. Theresiæ Terræ Calvelli
8 non valentes ad infrascripta vacare, & persona-
liter interesse multis ex causis impeditæ, & uti
Moniales &c. confisæ tamen in fide, & integri-
tate *U. J.* D. D. Aloysii de .... licet absen-
tis, uti præsentem constituimus, & facimus no-
strum Procuratorem Generalem, & ad infra-
scripta specialem cum omni, qua convenit ad
infrascripta plenitudine potestatis ad Procurato-
rio nomine, & pro parte nostrarum prædictarum
Constituentium comparendum in Magna Curia
Vicariæ, ibique præsentandum, incusandum, &
liquidandum via Ritus M. C. V. instrumentum
stipulatum manu mei &c. ad beneficium dicti
Conservatorii, & Monialium, contra, & adver-
sus Franciscum Antonium ..... Terræ Vig-
giani, tam pro sorte principali, quam pro ter-
tiis decursis, & decurrendis, ac pro summis per
dictum eorum Procuratorem declarandis, & in-
standum, & expediendum literas Exequutoriales
juxta formam ipsius M. C. V. illumque exequi
faciendum, bona exequuta subhastandum, pretia
recipiendum, & emptores, & depositarios cau-
telandum, vel dictum debitorem carcerandum,
vel excarcerandum, & de exactis quietandum,
liberandum, & absolvendum, etiam per aquilia-
nam stipulationem, & per pactum reale, de al-
terius aliquid non petendi, & apocas de rece-
pto faciendum etiam per manus cujusvis Nota-
rii, & ad consilium sapientis, ac instrumentum
prædictum præcedente solutione summarum præ-
dictarum damnoque, expensis, & interesse, cas-
sandum, & annullandum, cassari, & annullari
faciendum, & omnia alia, in præmissis, & cir-
ca præmissa juridica, necessaria, & opportuna
faciendum, & fieri curandum, si nos metipsæ
præsentes essemus &c. dantes, & concedentes di-
cto nostro constituto Procuratori omnimodam po-
testatem vices, & voces &c.; Promittimus omne
totum, & quicquid per dictum nostrum Procu-
ratorem fuerit gestum, & procuratum habere ra-
tum, firmum &c., & ut huic Procurationi per
epistolam plena adhibeatur fides, illam fieri fe-
cimus manu subscripti Notarii, nostrisq; pro-
priis manibus firmatam. Datum Calvelli die de-
cima secunda Decemb. 2736.

Io Suor T. de T. Priora, costituisco come sopra.
Io Suor T. de T. costituisco, ut supra.
Io Suor T. de T. costituisco, ut supra &c.
T. de T. testimonio.
T. de T. testimonio.

Ita est in fidem ego Notarius Bartolus de T.
a Calvello signavi &c. ubest signum.

Creditore infirmitate effecto, non liquidatur
9 instrumentum, nisi conducto ad Curiam, nec
Judex potest ad ejus domum accedere. *De Franch.*
cum add. dec. 676. Sed si creditor Regiam di-
10 spensationem obtinet, ut instrumentum liquida-
ri possit per *Judicis* accessum ad ejus domum,
distinguendum est, aut dispensatio est expressè
derogatoria Ritui M. C. V., & Reg. Pragmati-
1 cis, & fieri potest, aut per verbum *liceat* tan-
tùm, non expressa enunciata derogatione, & li-
quidatio fieri non potest, vide Rocc. *resp.* 42.
num. 13. *Thor. in supplem. dec. ver. liquidari an possit instrumentum.*

Rigor hic adeò viget, ut si creditor reperia-
12 tur in fortiis Curiæ infirmus, nec etiam vali-
dè Judex accedat ad carceres pro interrogando
creditore, imò hic actus nullus habitus fuit, ut
decisum refert Rovit. *dec.* 26. *num.* 1.

Verùm si post citationem sequutam super tenore
13 instrumenti creditor moriatur, potest ab here-
de procedi ad actum interrogationis absq; ulte-
riori citatione, idem Rovit. *d. dec.* 20. *num.* 4.

Riccius n. 4. ait, posse liquidari instrumen-
tum stipulatum per Administratorem, Economum
prædecessorem cum interventu successoris, &
Notarii, si adsit clausula *magistratico nomine &c.*;
sed *Maradei in prax. præsent. instrument. cap.* 3.
14 *num.* 3. *scrib.* requiri omninò Regiam dispensa-
tionem Ritui M. C. V. cum auctoritate Rocc.
resp. 42. *to.* 2., *& resp.* 90. *to.* 1.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XI.

De personis, a quibus liquidari possunt in-
strumenta, a quibus non.

1. *Instrumentum initum cum Procuratore non potest liquidare Principalis.*
2. *Principalis insimul cum Notario potest.*
3. *Pacto potest aliter conveniri.*
4. *Notarius renitens potest compelli ad liquidandum.*
5. *Filius non potest liquidare contra Patrem.*
6. *Nec Pater, vel Mater contra filium.*
7. *A decocto non liquidatur.*
8. *Nec ab Officiali Curiæ ejusdem.*
9. *Nec ab heredibus extraneis, quando promissum est fuit.*
10. *Nec ab herede usufructuario.*
11. *Nec a Fisco succedente.*

PRæter personas, & casus a Riccio connume-
ratos notabis, instrumentum stipulatum cum
1 Procuratore, aut cum misso, & Internuncio,
non posse liquidari via Ritus M. C. V. per prin-
cipalem creditorem ex defectu juramenti de fa-
cie ad faciem non præstiti, unde praxis est, quod
2 cum creditore etiam Notarius compareat, vel
ipse Procurator, & ad utriusque instantiam ema-
netur citatio. De Marin. *lib.* 1. *resol. cap.* 187.
num. 11. Montan. *controv.* 43. *num.* 15.; Nisi
3 fuerit pacto conventum, quod possit liquidari
cum creditore Principali, Ritu M. C. non ob-
stante, cui partes renunciaverunt, quia dubium
non videtur, cur liquidatio rectè fiat, cum pa-
cisci possit, etiam liquidatio cum Procuratore
declarando, vel cum persona nominanda, ut su-
perius ego, & Riccius notavimus.

Notarius autem si fuerit renitens potest per

Curiam cogi ad accedendum, etiam per capturam personæ ad liquidandum, etiam parte non petente, sed ad Fisci instantiam propter ejus interesse rationi pœnæ, Petr. *in rit.* 166. *num.* 16.

Filius non potest liquidare instrumentum con-
4 tra Patrem, quia causa est criminalis naturæ.
De Frauch. *dec.* 162. Ricc. *in collect. dec.* 152.
Marad. *in prax. præsent. instrum. cap.* 4. *num.* 83.
6 Et à pari, nec à Patre, nec à Matre contra filium fieri potest liquidatio, ne ad imparia judicentur, præsertim in correlativis *L. in suis ff. de liber. & posth.* Petr. in Rit. 302. *num.* 4. *to.* 4. Sanfel. *in addit. ad dec.* 130. *num.* 4.

A decocto, cui datus est Curator non potest
7 instrumentum liquidari, ut notat Marad. *in prax. instrument. cap.* 4 *num.* 157., licet contrarium sentiat Rocc. *resp.* 32. *lib.* 2.

Nec liquidari posse ad instantiam Officialis in
8 Curia, ubi idem præest, nec ad instantiam ejus cessionarii. Gait. *de credit cap.* 3. *tit.* 1. *nu.* 1154. penes Marad. *loc. cit. num.* 276.

Neque liquidatur ad instantiam heredis extra-
9 nei, quando facta est promissio suis heredibus, imò nec illis, quando in instrumento non cautum est pro successoribus. Gallupp. *in prax. par.* 2. *cap.* 22. *num.* 35. Petr. *in* Rit. 702. *n.* 33 *to.* 4.

Sicuti nec liquidatur ad instantiam heredis
10 usofructuarii ejus vita instituti, existente herede proprietario, qui est verus heres. Marad. *prax. instrum. cap.* 4. *num.* 435.

Non liquidatur ad instantiam Fisci succeden-
11 tis per confiscationem, vel devolutionem Marad. *loc. cit. num.* 438.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XII.

De personis, contra quas fieri potest liquidatio.

1. *Contra nominatum in instrumento, etiamsi ritui non se submiserit, liquidatio fit.*
2. *Item contra fidejussorem, simpliciter, vel in solidum obligatum, nec juvatur beneficio.*
3. *Contrà socios universales, & particulares quid?*
4. *Contrà Clientem non fit liquidatio.*
5. *Affertur decisio S. C.*
6. *Advocatus, & Medicus cum cliente, & infirmo possunt pacisci.*
7. *Contrà Clericum, ejusque fidejussorem non liquidatur in M. C. V.*
8. *Item contrà Militem actu servientem.*
9. *Affertur decisio.*
10. *Item contrà Magnates, & titulo decoratos, nisi consulta S. M.*
11. *Item contra minorem, etiam factis solutionibus à Tutoribus.*

1 DUmmodo debitor sit nominatus in instrumento licet expressè se ritui M. C. V. non submiserit, quia tacitè subintelligitur, potest contra eum fieri liquidatio. De Frauch. *dec.* 366.

Contra fidejussorem sivè simpliciter, sivè in solidum obligatum rectè fiet liquidatio, nec ei-
2 dem competit beneficium discussionis principalis in hoc judicio criminali, sed tantùm in civilibus. Affl. *in Const. Regni si civiliter agens num.* 9. & *dec.* 139. *num.* 4. Viv. *comm. opin.* 308. *lib.* 2. Grav. *par.* 3. *declar.* 27. *num.* 109. Caravit. *in* Rit. 166. *num.* 3.

Adversùs socios universales, & particulares
3 omnium bonorum non fit liquidatio, quia competente eis beneficio, deducto ne egeant, in carceres injici non possunt. *L. verum v. fraternitas, ff. pro socio.* Thesaur. *dec.* 119. *num.* 2. Coler. *de proces. execut. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 128. penes Marad. *in prax. instrument. cap.* 4. *num.* 121.

Contra Clientem pro palmario promisso non potest instrumentum ad instantiam Advocati liquidari via Ritus M. C. V., exemplo filii, & Patris, cujus loco habetur Advocatus, etiam attento beneficio, quod ultrà quam facere possit, non teneatur, & licet in casu relato à Petr. *in* Rit. 302. *num.* 14. *ad* 23. *to.* 4. fuit dictum in M. C. V., quod *pœna ponatur in libro inferni*, at-
5 tamen facta relatione in S. R. C. per Dominum Judicem Muscettola fuit ordinatum, quod *causa remaneat in S. C.*, & in ordinariam ex executiva transmutata fuit. Carloval. *de judic. tit.* 2. *disp.* 8. *num.* 37. *to.* 2. Altimar. *de nullit. contract. sect.* 3. *qu.* 14. *rubr.* 1. *num.* 18. *ad* 30.: Verùm
6 quicquid alii dicant, potest Advocatus, & Medicus, lite, & infirmitate pendente cum cliente, & infirmo contrahere, mala fide, metu, nimia læsione absentibus. Altimar. *loc. cit.* Afflict. *dec.* 1. 2. 3. *num.* 3. Urcel. *de transact. qu.* 30.

Contra Clericum non potest fieri liquidatio in M. C. V., imo neque contra ejus fidejussorem,
7 nisi validè obligatus fuerit, vel fidejusserit per viam expromissionis juxta *Rit. M. C. V.* Rovit. *dec.* 19 *num.* 5. Caravit. in Rit. 200. *num.* 3. Gallup. *in prax. S. C. par.* 2. *cap.* 22. *num.* 37. Thor. *in compend. dec. par.* 2. *v. instrumentum an possit liquidari &c.*

Contra Militem actu non servientem liquida-
8 tur in M. C. V. instrumentum, & licèt contrarium scripserint Galeot. *controv.* 34. *num.* 16. Novar. *sup. Pragm.* 11. *de Milit. num.* 5. *in qu. forens.* 79. *par.* 1, attamen contrarium pluries fuis-
9 se decisum ab olim Regio Collaterali Consilio testatur Scial. *de for. compet. cap.* 19 *num.* 24. Thor. *in supplem. dec. v. Remissio.* Maradei *prax. liquid. instrum. cap.* 4. *num.* 223. *& seq.*

Magnates, vel titulo aliquo Ducatus, Prin-
10 cipatus &c. decorati non possunt inconsulta S. M. citari super tenore instrumenti, quia contrà istos, tamquam Regios Officiales, & Judices è manu Regia constitutos non potest criminaliter procedi inconsulta S. M., quam criminalitatem sapit causa liquidationis instrumentorum. Prat. *in resp. crim.* 31. *& pract. observ. lib.* 1. *cap.* 81. Frecc. *de subfeud. lib.* 2. *qui dicatur Marchio. n.* 9. De Frauch. *dec.* 275. *num.* 3. *& dec.* 211 *nu.* 7. Merlin. *controv. forens. cap.* 69. *num.* 4. *cent.* 1. Marad. *in adnot. ad Pragm.* 2. *de offic. ad Reg. Majest. coll. spectant.*

Sub *num.* 6. adde, contra minorem non posse
11 liquidari, etiam si per Tutorem factæ sint solutiones Rovit. *sup. Pragm.* 68. *num.* 36. *de offic. Proc. Cæs.* Hodiern. *lib.* 1. *controv. forens. cap.* 39. *num.* 13. Novar. *dec.* 117. Galeot. *lib.* 1. *controv.* 62. *num.* 42. Merend. *controv. jur. lib.* 23. *cap.* 46., *&c.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XIII.

De modis, quibus impediri possit liquidatio Instrumenti.

1. *Realis solutio impedit liquidationem.*
2. *Admittitur etiam facta creditori creditoris, & satisfactionis præsumptæ.*
3. *Quid respectu censuum?*
4. *Quid productis testibus promptuarii?*
5. *Quot testes requirantur?*
6. *Quid debitore existente in carceribus?*
7. *Quare tot testes requirantur?*
8. *Probata solutione punitur creditor.*
9. *Quæ pœna pro perjurio?*
10. *Ut puniatur creditor debet esse principalis, & quomodo?*
11. *Cedens jura, pignora &c. non dicitur satisfacere.*

PRimus hic modus, seu prima exceptio realis solutionis adeò potens est ad impediendam
1 viam executivam instrumenti, ut admittatur, etiamsi facta sit creditori creditoris. De Marin. *resol.* 192. *lib.* 1. Marad. *prax. instrum. cap* 4. *n.* 4. & admittatur quoque satisfactionis præsumptæ;

Georg.

2 Georg. *alleg.* 36. Et licet respectu censuum di-
screpet Rovit. *in Pragm.* 1. *de censibus num.* 32.
& Petr. de Gregor. *de censib. qu.* 9. *num.* 8., at-
tamen respectu censuum præteritorum rectè im-
3 pedit, quoties debitor exceperit tribus annis re-
tro solvisse censum. Coler. *de process. execut. cap.* 1.
par. 4. *num.* 129. 130. 193. *&c.* Anton. Merend.
controv. lib. 21. *cap.* 16. *& lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 8.
& lib. 24. *cap.* 28. *num.* 34. *&* 39.

Testes ad probandum promptuariè solutionem
admittuntur ad Judicia instructionem, & Ritus
rigorem moderandum circa carcerationem, & de-
4 bitor veniens cum testibus promptuariis adeò
evitabit carceres, ut creditor non sit audiendus,
& ordinariè sit procedendum. Robert. *consid.* 4.
num. 54. *&* 55. Marad. *prax. instrum. cap.* 4.
num. 7. Verùm hi testes ad solutionem proban-
dam ad minos debent esse numero quinque, &
5 rogati, deponentes, se numerationi interfuisse,
sed ad probandam scripturam de satisfactione duo
sufficiunt. Frecc. in *princip. par.* 16. *qu.* 1. Ro-
bert. *loc. cit.*, imò post lecturam instrumenti pro-
ductis testibus, quando probatio non est apertis-
6 sima, & debitor fuerit in carceribus, liberatur
sub fidejussoribus de se præsentando personaliter
ad omnem ordinem. Galter. *prax. instrum.* 2. *par.*
3. *part. rubr. verùm debitor de persona &c. num.* 55.

Requiruntur quinque testes, quia hi æquiva-
7 lent publico instrumento. Cyn. *in L. optimam
C. de contrah. & committ. stip.*, verùm est adver-
tendum, quod regulariter etiam tres testes suf-
ficiunt, & quinque requiruntur tantùm, quando
eorum probatio publicæ scripturæ æquanda sit,
ut inferiùs dicam &c.; Et probata in promptu
solutione per testes opportunos creditor puniri
8 debet propter calumniam, & perjurium, pœna
scilicet pecuniaria carolenorum quindecim pro
qualibet uncia, & ad expensas litis &c. *Rit.*
166. *&* 175.; Pro perjurio verò punitur pœ-
9 na extraordinaria, quæ in nobilibus est relega-
tionis, & ignobilibus triremium per triennium,
dommodò tamen actores sint principales, & li-
quidè constet de satisfactione, *ex Pragm.* 4. *Du-
cis Offunæ*. Caravit. *d. rit.* 175. *num.* 4. *& seq.*
De Franch. *dec.* 162. *num.* 7. notandum verò,
quod probata satisfactione per testes tantùm, non
datur locus pœnæ corporali.

Dixi, *dummodò actores sint principales*, quia in
his non præsumitur ignorantia, quæ in here-
10 de, cessionario &c. præsumitur; sicut eadem
ratione non punitur actor si constiterit solutio-
nem factam fuisse defuncto. Robert. *consid.* 4.
n. 53. Galter. *prax. instrum.* 2. *par.* 3. *par. num.* 59.

Cedens actiones, jura, præstans pignora &c.
11 satisfacere non dicitur. *Glos.* in *L. legati v. le-
gata ff. de liber. legat. Alex.* in *L.* 1. *nu.* 4. *ff.
qui satisd. cog.* Galter. *loc. cit. nu.* 60.

Causa Januarii Bartoli Baronis Castripoti, cujus
meminit *Riccius nu.* 4., latè per tractatur a Me-
rad. *in prax. instrum. cap.* 2. *nu.* 64., ubi etiam
formulas habes.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XIV.
De secundo modo impediendi liquidationem
per Carcerem.

1. *Debitor quando carceratur?*
2. *Per oblationem bonorum non evitat carcerem.*
3. *Carcer debitoris debet esse distinctus.*
4. *Debitor, qui bonis cessit, evitat, carcerem.*
5. *Et hoc etiamsi juramento renunciaverit bonorum ces-
sioni.*
6. *Carceratus non in loco judicii an evitet liquida-
tionem?*
7. *Formula decreti.*
8. *Terminus competens concedi debet allegata carce-
ratione.*

DEbitor, qui in Curia vocatus super tenore
instrumenti responsurus promptuarie non sol-
1 vit debitum, de quo convictus est, tunc ei fit
præceptum a Judice, quod *solvet debitum, & pœ-
nam, & non discedat a Palatio M. C. V.*, & sic
regulariter carceratur. *Rit.* 174. Frecc. *p.* 7. *qu.*
2. *nu.* 9. Robert. *consid.* 4. *nu.* 47. *&* 48.

Imò etiam si offerat omnia sua mobilia, &
2 stabilia creditori, ut ex eorum venditione sibi
satisfaciat, non admittitur, nec evitat carceratio-
nem. Caravit. *in Rit.* 166. *nu.* 54.

Carcer tamen debitoris non debet esse commu-
3 nis cum illo delinquentium, flagitiosorumque
hominum, sed separatus, & in M. C. V. civi-
lis carcer vocatur. Gravin. *par.* 4. *declar.* 11.

Sed si debitor cesserit bonis, atque in prom-
4 ptu salvamguardiam, & decretum produxerit,
evitabit carceres. *Pragm.* 3. *de cess. bonorum.* Ro-
bert. *cons.* 4. *nu.* 68. Caravit. *in Rit.* 179. Et
hoc sibi vindicat locum, etiamsi debitor eum
5 juramento cessionis bonorum beneficio renuncia-
verit in instrumento, quia necessitas, & inopia
vincit legem. *Cap. querelam, & cap. brevi de
jurejur.* Caravit. *d. rit.* 179. *nu.* 4. Guid. Pap. *de.*
211. *nu.* 1. Scaglion. in *d. Pragm.* 3. *nu.* 38. *de
cess. bonorum.*

Si quis reperietur non in loco judicii, sed
6 alibi carceratus, quia habetur tamquam legiti-
me absens, evitat liquidationem instrumenti pen-
dente competenti dilatione; Itaque quando com-
paret amicus, excusator allegans carcerationem,
& non producens documenta legitima carceratio-
nem probantia, providetur, E. G.

*Quod T. de T. remaneat condemnatus; verùm
7 si produxerit documenta carcerationis infra termi-
num ......, procedatur cum Procuratore, & de-
leatur contumacia.*

Terminus hic est concedendus, quia per alle-
8 gationem carcerationis implicitè videtur allega-
ta absentia, & competens dilatio concedenda est.
Caravit. in *Rit.* 166. *nu.* 15., ut refert decisum
Sanfel. *dec.* 306. *lib.* 2. *nu.* 2., quæ synodalis
est in hac materia.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XV.
De tertio modo impediendi liquidationem
per probationem in continenti.

1 *Probatio solutionis in continenti per testes admit-
titur.*
2 *Quid, quando conventum sit, ut solutio non possit
per testes probari?*
3 *An teneat pactum, ut non probetur, nec per testes,
nec per publicam scripturam, sed tantùm per so-
lutionem in pecunia?*
4 *Formula decreti.*
5 *Exhibitis variis solutionum apocis absque causa evi-
tat debitor liquidationem.*
6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an, & quomodò
evitet?*
7 *Nova conventio an impediat?*
8 *Transcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragmati-
cæ pro nova conventione.*
9 *Exceptio pluralitatis personarum eiusdem nominis,
& cognominis an impediat?*
10 *Formula decreti.*

PRobatio solutionis in continenti per testes ad-
mittitur quidem, sed non minores, quam tres;
1 nisi tamen in instrumento conventum sit, ut so-
lutio per testes minime possit probari, sed per
instrumentum tantùm, aut aliam publicam scri-
2 ptura, quia hoc casu non tres, sed quinque te-
stes omni exceptione majores requiruntur, quia
hujus tantùm numeri sub instrumentorum ap-
pellatione testes veniunt, ut suprà in *observat.
ad Cap. XIII.* notavi &c. *L. in exercendis. C. de
fid. instrum.* Hodiern. *in addit. ad Surd. dec.* 277.
nu. 6.

nu. 6. *& seq.* Et licet contrarium sentiunt Ur-
sill. *ad Afflict. dec.* 395. Sanfel. *dec.* 185. Ma-
rotta *discept. forens. dec.* 185. *nu.* 63. tamen no-
vissimæ adsunt decisiones juxtà illam Hodiern.
ut testatur Cafar. *peregr. qu. cap.* 47. *num.* 6.
& seq.

Si verò pactum esset in instrumento, ut ne-
que per testes, neque per publicas scripturas pro-
bari possit solutio, sed tantùm per solutionem
3 de carolenis argentis notandam in margine ip-
sius instrumenti, nullum est dubium quin pa-
ctum teneat, & servari debeat. Thor. *in sup-
plem. dec.* 11. *liquidatio instrumenti ad instantiam
heredum &c. v. pactum adjectum in contractu &c.*

Formula decreti admittendi testes in continenti
productos, cum deposito, & petitione de-
positionis principalis super positionibus
hæc est E. G.

D*Ie &c. T. de T. condamnetur, verum pœna
non ponatur in libro inferni, donec visis scriptu-
ris aliter per M.C.V. fuerit provisum, testes prom-
4 ptuarii notentur, & recipiantur coram, nihilominus
creditur deponat super capitibus positionum &c.*

Præsenti notitia indignum non est, debitorem
in promptu exhibentem varias solutionum apo-
cas, in quibus dubitetur, in quam causam fa-
ctæ sint, vel debiti controversi, vel in aliam,
5 vitare liquidationis angustias, & debitori in-
cumbere probationem causæ, in quam factæ, &
receptæ sint solutiones. Faber *in C. lib.* 8. *tit.*
30. *defin.* 22. *de solut. & liberat.* Anton. Merend.
contr. lib. 24 *cap.* 26. *nu.* 3. *lib.* 9. *cap.* 3. *nu.*
2. *& lib.* 18. *cap.* 28. *nu.* 3. penes Marad. *prax.
instrum. cap* 4. *nu.* 10.

Exceptio non numeratæ pecuniæ proposita in-
fra biennium a die initi contractus liquidatio-
6 nem impedit. Carsvit. *in Rit.* 166.; quia an-
te biennium onus probandi numerationem ad cre-
ditorem pertinet, elapso vero biennio ad debi-
torem, & non impedit. Sanfel. *dec.* 156. *lib.* 1.
Cafar. in *specul. peregr. qu.* 40. *nu.* 12. Petr. *in rit.*
175. *nu.* 9. *lib.* 1.

Nova conventio adhùc impedit liquidationem,
7 quando est proposita juxta *Pragm.* 47. §. 2. *&*
3. *de offic justit.*, *Pragm. anni* 1728. & juxta
novissimam Pragmaticam *diei* 18. *Martii* 1738.
§. 1. *num.* 15., quæ modo transcribitur &c. vi-
de *Marad. in prax. liquid. instr. cap.* 4. *nu.* 19.

Capitulum prædictæ novæ Pragmaticæ hoc est
8 E. G. §. I. *nu.* XV. *Per quanto poi tocca le con-
venzioni, e soddisfazioni, confermando quelche in-
torno a questa materia si trova disposto nella Pram-
matica del* 1728., *per maggior chiarezza, e spiega
della medesima ordiniamo, che non si possa allegare
qualsisia convenzione, o sodisfazione per qualsisia
causa, senza presentarsi dal debitore, o una scrittu-
ra pubblica, o una partita di Banco, o altro scrit-
tura privata del creditore, autenticato da pubblico
Notajo, nelle quali si esprima, e si contenga chiara-
mente la convenzione passata col debitore; ed alle-
gandosi senza dette circostanze, debba il debitore pri-
ma pagare ciocchè deve, e seguito che sarà il paga-
mento, si possa poi dare il termine a provare la det-
ta eccezzione; nel quale caso il creditore nell' atto
di ricevere il danaro, debba dar pleggioria, o altra
idonea cautela ad arbitrio del Giudice, di restituire
l' esatto, visto l' esito del termine.*

Exceptio pluralitatis personarum ejusdem no-
minis, & cognominis impedit liquidationem,
9 imo etiam executionem, dummodò in promptu
producatur fides, sivè alia scriptura reperiri ali-
um ejus nominis, & cognominis, & praxis exi-
git sequens decretum. E. G.

*Capiatur summaria informatio super identitate
10 personæ, & interim supersedeatur in exequendo,*

ut testatur Gallup. *in prax. S. C. cap.* 21. *nu.*
38. Novar. *in forens. qu.* 152. *nu.* 4. *&* 5. *par.*
1. Anna *singul.* 609.

Cæteras exceptiones, quæ in continenti; & in
promptu a debitore probatæ liquidationem im-
pediunt, ex superioribus observationibus meis,
& ex toto *Cap. IV. Maradei in prax. instrum.*
fusissimè poteris colligere.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVI.

De quarto, quinto, & sexto modo impediendi li-
quidationem per appellationem, vel compa-
ritionem de sero, vel declarationem
instrumenti rescissi.

1 *Præsentata appellatione ab uno ex correis prodest
ceteris.*
2 *Formula supplicationis pro appellatione.*
3 *Formula decretationis.*
4 *Eodem die, vel sequenti tenetur debitor adimple-
re.*
5 *Non factis adimplementis quid decernitur?*
6 *Formula cautionis penes actu.*
7 *Transcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragma-
ticæ.*
8 *Relationes M. C. in S. C. non possunt retardari.*
9 *Transcribitur capitulum ultimæ Regiæ Pragma-
ticæ.*
10 *Camparitio de sero cur inventa, & quid in ea fa-
ciendum?*
11 *Formula dictæ comparitionis.*
12. *Præsentata a quo facienda?*
13. *Adducitur capitulum ultimæ Regiæ Pragmaticæ.*
14 *Non insistente creditore, curia sequenti licentiatur
debitor, & quæ cautela usu recepta est.*
15 *Adversùs requisitoriam non admittitur comparitio.*
16 *Formula d. requisitoriæ.*
17 *Formula decreti quando debitor bonum jus fovet
circa ordinem.*
18 *Formula decreti, quando ejus exceptiones justitiam
respiciunt.*

NOtatu dignum hic est, quod præsentata ap-
pellatione indebitæ citationis super tenore
1 instrumenti ab uno tantùm ex correis debitori-
bus, prodest omnibus aliis citatis, & in appel-
latione nominati. Thor. *vot.* 84. Galtes. *prax.
liquid. instrum. in* 2. *par.* 3. *& ult. per nu.* 6. *&*
7. penes Marad. *prax instrum. cap.* 2. *nu.* 43.

Formula supplicationis cum decretatione
juxta doctrinam Ricci sub num. 1.

S. R. M.

Adest signum.

SUpplex humiliter exponit M. V. U. J. D. Ja-
nuarius de T. dicens fuisse nulliter, & mi-
nùs juste eum rev. citatum super tenore asserti
instrumenti præsentati in vestra M. C. V. ad in-
stantiam Lucratiæ de T. pro causa, & quanti-
tatibus in citatione contentis, quis de asserta ci-
2 tatione, & actibus sequentibus, ac de asserto
instrumento nulla haberi potest ratio, obstanti-
bus quamplurimis exceptionibus, & nullitatibus,
tàm in ordine, quam in justitia; Proindè gra-
vatus omni qua decet reverentia, a dicta inde-
bita citatione, recurrit ad M. V. eique suppli-
cat dignetur mandare eidem vestræ M. C. V.,
quod de dicta indebita citatione, & supplicatis
omnibus verbum faciat in vestro S. R. C. citra
præjudicium omnium aliorum jurium supplican-
ti competentium &c. salvis &c. omni modo me-
liori &c.

3 *Comparente citata personaliter, ac præstita cau-
tione de parendo mandatis S. C. M. C. Vicariæ
de supplicatis verbum faciat in S. C,*

Argento R. &. P.

Provisum Neap. die 25. *Octobris* 1727. *Custo-
lus. Die vigesima quinta mensis Octobris* 1727.
præsentata per Magn. U. J. D. Januarium de T.

pin-

principalem. Bologninus A. M.

Has formulas penes Joseph Bologninum A. M. M. C. V. in processu liquid. instrum. ad instantiam Lucretiæ de Leo reperies.

Pro dictæ Regiæ decretationis adimplemento
4 tenetur debitor eodem die, vel sequenti immodiate juridica præstare cautionem prædictam, alias in contumaciam contra ipsum literæ exequutoriales consignentur absque ulla dilatione, & mora. *Pragm.* 8. §. 7. *& Pragm.* 10. *tit. de liquid. instrum.*

Elapso dicto termino diei sequentis, remanet condemnatus cum decreto, *ex quo non curavit adimplere, contra ipsum exequatur, & ponatur*
5 *in libro inferni &c*; tantumque antiquitus sacum ferebat rigorem praxis hæc, ut per hoc clauderetur, & perficeretur liqoidationis actus, Gizzarell. *dec.* 69., sed hodie si per Reum non stetit, quin adimplementa sequerentur, sed per Actuarium, aliosve &c. etiam conceditur alia supplicatio præviis attestationibus, quod per eum non steterit, & fuerit oblata cautio. Petr. *in rit.* 296. *nu.* 26. *ad* 300. *to* 4.

Formula enunciatæ cautionis E. G.

Die 25. Octobris 1727. Neap constitutus penes acta M. C. V. Magnificus U. J. D. Januarius..... Civitatis.... commorans a multis annis Neapoli in domibus quondam Petri..... in platea Nidi &c., qui sponte &c. in causa, quam habet cum Lucretia de Leo Vidua quond. Petri Pauli de T. super liquidatio-
6 ne conteota, pro exequutiooe Regiæ decretationis Illustris Ducis Spectabilis Regentis, & Præsidis S. R. C. promisit, & se obligavit parere mandatis dictis S. R. C., & in omnibus servata forma dictæ Regiæ decretationis, & pro eo fidejussit magnificus Anellus..... de Neapoli commorans in platea, ubi dicitur *alla Duchesca*, qui cum eo se in solidum obligaos, & fidejubens eo modo, & forma prædicta: Et proinde obligaverunt se ipsos, suosque heredes, successores, & bona omnia mobilia, stabilia, præsentia, & futura sub pœna, & ad pœnam dupli &c. medictate &c. eum potestate capiendi &c. constitutione precarii &c. sic renunciaverunt, & juraverunt &c.

Prædictæ cautionis adimplementum fuit ab ultima Regia Pragmatica ordinatum. E. G.

§. V. num. VIII. *Riguardo parimente la Pram-*
7 *matica* 8. *sotto il titolo detto di sopra, e propriamente ciò, che vien disposto nel cap.* 7., *ordiniamo, che 'l debitore debba infallibilmente adempire alla pleggiaria de parendo Mandatis S. R. C.; quando ora da questo si presentasse la supplica colla decretazione*: Magna Curia verdum faciat, *per tutta la mattina del giorno seguente fino all' ultima ora del Tribunale; e non adempiendosi, si mandi in esecuzione il decreto, non ostante il gravame, per lo di cui effetto stiano avvertiti i Subalterni di ricevere detta pleggiaria con antedata sotto pena di privazione di officio, e quattro anni di Galea.*

Hujusmodi autem relationes in S. C. retardari non possunt, quia agitur de judicio amplis-
8 simis munito privilegiis, quod omnibus præfertur ex antiquarum, & recentiorum Pragmaticarum sanctione, & signanter ex eadem Reg. Pragm. sub die 18. mensis Martii 1738. E. G.

§. V. num. VII. *Ed affinche non si ritardino tali cause tanto privilegiate, le quali si debbano pre-*
9 *ferire a quan'ssiano altre cause, ancorche fossero di sospensione, vogliamo perciò, che infallibilmente debba osservarsi la Prammatica* 3. *sotto l' istesso titolo, colla quale si determina, che le relazioni in Consiglio si debbano fare tra lo spazio di quindici giorni.*

Num. 3. agit Rocchus de quinto modo impe-
10 diendi liquidationem, per comparitionem scilicet de sero, quæ fit post rectam Curiam ante Galli cantum ad purgandam contumaciam contractam in eadem Curia, & fuit inventa ad evitandam carcerationem. *Thor. vo.* 84. *nu.* 351. In hac citatione fieri debet protestatio contra nullitatem citationis, alias per comparitionem convalidatur citatio nulla. *L. sed si ff de feriis. Pragm.* 2. *de ord. judic.*, ideo protestatio fieri solet. *Marad. prax. instrum. cap.* 2. *nu.* 9.

Formula dictæ comparitionis de sero.

IN M. C. V. de sero, & post rectam Curiam comparet U. J. D. Januarius..... dicens, qua-
11 liter ad ejus aures pervenit, comparentem ipsum fuisse citatum super tenore cujusdam suppositi instrumenti ad instantiam Lucretiæ..... pro summa ducatorum....., circiter, qood indebite prætendit, ideo comparendo de sero, se excusans in forma, protestatur de nullitate dictæ citationis, & instat audiri in juribus suis omni modo meliori &c.

Die undecima mensis Octobris millesimo septingensimo vigesimo septimo, præsentata per comparentem principalem de sero post rectam Curiam pro observantia Regiæ Pragmaticæ.

Barnabas.

Præsentata facienda est non per Actuarium,
12 sed per Judicem, qui cognoscere debet personam debitoris, sin secus debet approbari ab alia persona supposita, adest pœna viginti pro centenario, & exigitur ab approbante, ut ea Regia Pragmatica novissima anni 1638. E. G.

§. V. num. V. *Se mai dal Giudice di Vica-*
13 *ria non si conosce la persona del Debitore, che personalmente dee presentar l' istanza, si debba quella approvare da altra persona cognita a detto Giudice; affinchè poi nel caso si ritrovasse, che la persona approvata non sia quella del Debitore, si possa esiggere tanto dall' approvante, quanto dalla persona supposta la pena del venti per cento.*

Ob non insistentiam creditoris contra debitorem de sero comparentem, curia sequenti licen-
14 tiatur debitor, si creditor non comparet; ideo cautela inventa est, ut creditor emanari faciat requisitoriam, ut debitor licentiatus prima die juridica cum continoatione aliorum sequentium nulla contumacia, vel triduo expectato compareat pro liqoidatione facienda ad formam *Ritus M.C.V.*, & debitor in Civitate, & in districtu morans potest intra mensem vocari, extrà Civitatem intra duos menses. Petr. *in Rit.* 206. *nu.* 5. Et notificata dicta requisitoria, remanet valida prima citatio; validæ contumaciæ, & novanoo indiget contumaciarum incusatione. Thor. *in supplem. dec. v. liquidatio instrumenti*. Imo adversùs hanc requisitoriam non admittitur com-
15 paritio de sero, neque supplicatio de verbo faciendo in S. C. pro gravamine, quod adversùs requisitoriam non fuerit admissa comparitio de sero. De Franch. *dec.* 685. Petr. in *Rit.* 204. *num.* 2.

Formula enunciatæ Requisitoriæ.

De Mandato M. C. V. &c.

ALguzeriis, & servientibus M. C. V. sive &c. ad omnem instantiam, & requisitionem T. de T. sive &c. citetur T. de T., quatenus prima die juridica, & deinceps cum continuatione sequentium compareat in Curia nullo triduo ex-
16 pectato, neque contumaciis incusatis responsurus super tenore instrumenti liquidandi ad instantiam supradicti T. de T. pro summa ducatorum..... capitalis, & ducatorum..... pro tertiis in citatione contenta, pro causa, ut ex actis, alias, &c.

Si debitor de sero comparens cum scripturis, et do-

& documentis ordinem litis, aut causæ justi-
17. tiam tangentibus, reperiatur bonum fovere jus circa ordinem, discussis scripturis in Aula decerni solet: *Quod debiar rectius citetur &c.* Vel, *expectetur exitus litis in S. C. vertentis &c.* Vel *quod partes adeant S. C.*, vel aliud Tribunal &c. Merlin. *controvers. forens. cap.* 64. *num.* 1.

Si vero exceptiones causæ justitiam respiciant, decernitur; *Quod agatur ordinariè &c.* scilicet cum *termino ordinario*: Hoc decretum tanti roboris est, ut si pars ad aliam viam executivam
18 convolat, puta vigore pacti, & via præceptiva, non audiatur, nec admittatur judicii variatio, quia pro executione enunciati decreti dicitur, *quod intra quatuor dies audiantur partes super omnibus hinc inde prætensis &c.*, ut refert decisum Thor. *in supplem. dec. v. pactum executivum*. Robert. *de liquid. instrum. considerat.* 4. *num.* 54.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVII.

De septimo modo impediendi liquidationem instrumenti, nempè per Procuratorem.

1. *Reus quando auditur per Procuratorem?*
2. *Formula decreti pro citatione expedienda*,
3. *Procurator an admittatur usque ad citationem?*
4. *Procurator, an Advocatus sit audiendus?*
5. *Scripturæ ponuntur extra processum*,
6. *Reus infirmus, vel absens auditur per Procuratorem*.
7. *Quomodò admittatur procurationis mandatum, & fides infirmitatis?*

IN observationibus ad capita superiora plurima de procuratore pro Reo admittendo dixi, ut sese obtulit occasio; Sed notandum superest,
1 quod Reus auditur per Procuratorem post Requisitoriam; & ante citationem super tenore instrumenti, scilicet usquequò non fuerit editum decretum *quod expediatur citatio super tenore instrumenti*, cujus decreti formula hæc est. E. G.

Die 18. *mensis Februarii* 1728. *Neap. per subscriptum Dominum Judicem M. C. V. Visa retro-*
2 *scripta requisitoria personaliter notificata retroscripto Francisco Amonio ..... sub die* 21. *mensis Januarii proximi præteriti currentis anni, ac contumaciis incusatis; fuit provisum, & decretum, quod stante lapsu termini, ac stantibus dictis contumaciis incusatis, expediatur citatio super tenore instrumenti in actis præsentati, & consignetur, hoc suum &c.*

Perrelli.

Nangione Actorum Mag.

Maradei de præsent. instrum. cap. IV. nu. 266. licet scribat; admitti Procuratorem usque ad citationem, & hujus praxis plurima adesse exempla testetur, cum doctrina Bald. *in L. reos col.* 7. C. *de accusat.* Bernard. Paral. *in comment. sup. Rit. M. C. V.* 264. *de præsent. instrum.*, attamen quia agitur de judicio omnimodè criminali, dicit, animum suum huic doctrinæ minime quiescere; quia in criminalibus causis, juxtà quas liquidatio regitur, nunquam fuit admissus procurator ad impediendam citationem & innocentiam demonstrandam, sed tantum auditus fuit advocatus cum scripturis recepti ad
4 Judicis instructionem, cum decreto, *quod ponantur extra processum*, prævio etiam rescripto olim Regii Collateralis Consilii, nunc Regalis Cameræ S. Claræ, cum author. Consil. Campan. *resol.* 22. & Consil. de Rosa *in resol.* 32. *n.* 5. 6.
5 & 7. *par.* 2. Et hoc modo ait idem Maradeum. 370. procedendum esse in hoc casu, ne inducatur nullitas actorum ratione statuti, quod denegat debitori audientiam decernendo, quod *non audiatur, nisi in vinculis, vel facto deposito &c.*

6 Auditur quandoq; reus per Procuratorem, quando est absens, & infirmus, qui Procurator potest quascumque scripturas præsentare, & exceptiones liquidationem impedientes opponere: verum exhibere debet procurationis documentum & infirmitatis, non per epistolam, aut per simplicem fidem, sed per publicum instrumentum
7 coram Gubernatore locali, ubi degit infirmus, in cujus manibus præstandum est juramentum ad normam præscriptam a *Reg. Pragm.* 3. §. 8. *de instrument. liquidan.* quæ omninò servatur in hac materia rejectis aliis decisionibus, & opinionibus in contrarium. Merlin. *controver. cent.* 1. *cap.* 73. juxta formulas, & alia notata in observat. ad Cap. XXIII.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XVIII.

De octavo modo impediendi liquidationem instrumenti per remedium præventionis.

1. *Præventionis definitio in materia liquidationis instrumentorum*.
2. *Præventione pendente non fit liquidatio*.
3. *Pro cautela debitor obtinet salvamguardiam*.
4. *Formula decreti pro dicta salvaguardia*.
5. *Prævenire non potest excommunicatus*.
6. *Debitor quam fidejussionem præstabat antiquitus?*
7. *Et quam hodie?*
8. *Fidejussio præstatur, creditore non petente*.
9. *Dives tenetur fidejubere*.
10. *Juratoria cautio non admittitur*.
11. *Præventio tutum reddit creditorem, & fidejussorem*.
12. *Præventio liquidationem impedit*.
13. *Citationem non impedit*.
14. *Debitor debet personaliter comparere ad opponendam præventionem*.
15. *Comparet de sera ad opponendas exceptiones*.
16. *Sed si non constet de justitia præventionis, proceditur ad actum interrogationis, & quomodo?*
17. *Ad impediendam interrogationem, præventionem instituunt in S. C. cauti Advocati*.
18. *Sed ad vitandam excessivam summam, quam pro cautione exigunt Actorum Magistri quid fieri potest?*

PRæventio non generaliter sumpta, sed in nostra materia Ritus M. C. V. definitur, quod
1 *est Remedium, quo debitor contra creditorem occurritur ante diem ad impediendam liquidationem instrumenti ex capite satisfactionis vel nullitatis*.

Pendente hac præventione, non potest debitor
2 conveniri pro liquidatione. Rit. 268. Caravit. d. rit. 2. notab. Frecc. par. 8. qu. 3. Grav. *par.* 4.
3 *declar.* 19. Imò ut tutus incedat debitor obtinet salvamguardiam prævio decreto hujusmodi. E. G.

Die ...... Neap. &c.

PEr subscriptum Dominum Judicem M. C. V. visis actis, retroscripta comparitione, provisum, & decretum est, quod præsens comparitio
4 intimetur parti ad finem providendi; & interim præstita cautione per comparentem de solvendo debitum, & pœnam, mandetur omnibus actorum Magistris etiam contumaciarum, Actuariis, & Scribis M.C.V., quod non procedant ad liquidationem, nec ad citationem super tenore enunciati instrumenti, neque vigore pacti executivi contra eundem comparentem, dummodo non cesserit dies solutionis, qua cautione præstita comparens ipse non molestetur; hoc suum, & expediatur salvaguardia in forma &c.

Excommunicatus non potest prævenire, quia
5 præveniens dicitur actor, & ab agendo repellitur excommunicatus. Grav. *par.* 4. *declar.* 19. *num.* 212. Galtor. *de liquid. instrum. rubr. Advertat ad personam suam limit.* 2.

Antiquitus debitor tenebatur fidejussionem præ-

præstare non solum pro debito, & pœna sed
6 etiam de se præsentando tempore publicationis
faciendæ in causa præventionis *Rit. M.C.V.* 186.
& Pragm. 1 *tit. de prævent. moderan.*; sed hodie
7 tantum debiti, & pœnæ cautionem præstare de-
bet. Muscatell. *in prax. fidejussor. mod* 4. *num.* 1.
ad 6.

Hanc satisdationem (excepto clerico, qui tan-
tum pro debito fidejubet, ut scribit *Riccius*)
8 præstare debet debitor etiam parte, sive credi-
toro non petente, quia cum sit de forma præ-
ventionis, præteriri non potest. Caravit. *Rit.*
139. *nu.* 1. Rober. *consil.* 4. *nu.* 59. Frecc. *par.*
9. *qu.* 3. *n.* 75. Muscatell. *in prax. par.* 4. *glos.*
expensis nu. 37. Et adeo est necessaria, ut fide-
jussorem dare cogatur debitor, etiam ditissimus,
& idoneus. Carav. *loc. cit.* Grav. *par.* 4. *declar.*
9 19.; Imò si degat in loco, ubi non inveniat
fidejussores, non admittatur ad juratoriam cau-
tionem. Frecc. *par.* 9. *qu.* 6.

10 Hæc præventio legitime facta tutum reddit
nedum debitorem, sed fidejussorem ipsum inso-
lidum cum principali debitore obligatum, qui
11 si pendente causa præventionis factæ per di-
ctum principalem debitorem, adveniente die,
citetur ad creditoris instantiam super tenore in-
strumenti, possit liquidationem impedire excep-
tione præventionis factæ per suum principalem;
12 verum personaliter debet exceptionem hanc fide-
jussor opponere, & præventio debet esse inten-
tata pro causa rescissoria obligationis utriusque;
& ita decisum per S. C. refert Muscatell. *in*
fidejuss. par. 2 *qu.* 8. *nu.* 26. Galter. *in prax. li-*
quid. instrum. par. 3. *par.* 2. *rub. fuerit ab eo præ-*
ventus n. 20.

Ex eo, quia præventio liquidationem impedit
13 non citationem super tenore instrumenti, debi-
tor citatus debet personaliter comparere, & pre-
ventionem opponere, alias posset fieri contumax
condemnari, & executione compelli, Muscatell.
loc. cit. Caravit. *rit.* 189. *n.* 3. & hoc etiamsi
in eodem Tribunali facta esset præventio, quia
quilibet citatus debet comparere, & suas alle-
gare exceptiones; Caravit. *d. rit.* 168. *n.* 1.

Quare debitor citatus super tenore instrumen-
ti cogitur comparere de sero, & se excusare
præventionem opponendo, & postea in secunda
14 Curia exceptiones probare cum scripturis præ-
ventionem continentibus, Anichin. *de prævent.*
cap. 1. *dub.* 2. *nu.* 205 *& dub.* 3. *n.* 114. *qu.* 2.

15 Verum si ex scripturis exhibitis non constet de
justitia præventionis, proceditur ad actum in-
terrogationis, præventionis exitu non expectato
16 quando in promptu constat, præventionem esse
levem, & calumniosam. Anichin. *de prævent.*
qu. 1. *cap.* 2. *nu.* 85. Muscatell. *in prax. S. C.*
par. 3. *glos. dilatorias num.* 8.; Ideo cauti Procu-
ratores; & Advocati solent præventionem in-
stituere in S. C. Anichin. *in loc. cit.* Cafar. *pe-*
17 *regr. qu.* 45. *nu.* 14. Sed quia immensa est
summa, quam Actorum Magistri S.C. pro cau-
tione debiti, & pœnæ exigunt ad hanc vitan-
dam, possunt præventionis judicium in M.C.V.
18 instituere, quod immediate transferunt in S. C.
occasione concursus creditorum, antiquæ litis
pendentiæ, a qua nova manavit obligatio, ut
servatum vidit Maradei *prax. instrum. cap.* 2.
num. 88. *& seq.*

Hæc pro præsenti materia notavi, cetera cui-
cumque præventioni communia, in IV. *Spec.*
tit. 3. *cap.* 2., quum *de præventionis judicio* erit
sermo, fusius videbis.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XIX.

Super Pragmaticia de instrumentorum
liquidatione Pragm. 1. *tit.* 72.

1. *Remissio ad Curias Baronales non conceditur in causis liquidationis; nisi Baro habeat speciale privilegium.*
2. *Liquidatio facienda est in Curia Rei.*
3. *Decreti formula, quando denegatur remissio.*
4. *Hoc decretum interponitur antè omnem actum.*
5. *Remissionis articulus discutitur in eodem Tribunali, ubi excitatus est.*
6. *Decretum*, causa remaneat &c. *an sit necessarium?*
7. *Hæc procedunt in privilegio Baronis cumulativè concesso.*
8. *Non procedunt in privativè concesso.*

EX vi hujus *Pragm.* 1., & ex generali Con-
suetudine hujus Regni causa liquidationis in-
1 strumentorum non remittitur ad Curias Barona-
les. Caravit. *Rit.* 166. *nu.* 25. Scaglion. *in*
Rit. 54.; nisi Baro speciale habeat privilegium
cognoscendi de liquidatione, & ita decisum fuis-
se testatur Rovit. *in d. Pragm.* 1. *nu.* 2.: Hæc
2 tamen liquidatio facienda est in propria Curia
Rei conventi, alias est nulla, Thor. *vot dec.* 84.
nu. 135. *& in* 2. *par. compend. v. liquidatio in-*
strumenti facta per creditorem, & alias penes
Philipp. Marad. *in singul. super Pragm.* 199.

Itaque quando introducta est aliqua causa li-
quidationis instrumenti in M.C.V., & petitur
remissio ad Curiam localem, vel a Barone, vel
a Reo convento, non defertur petitioni, sed
per M. C. V. decretum interponitur, *quod proce-*
3 *datur in M.C. V. petita remissione non obstante &c.*
Hoc decretum interponendum est ante omnem
actum, quia Judex non potest jus dicere, nisi
4 prius firmetur ejus jurisdictio, & *Judex fiat* il-
lius causæ, ut passim dicitur.

Articulus remissionis causarum spectat ad idem
Tribunal, in quo excitatus est, in quo causæ
5 remissio petita est. *L. si quis ex aliena ff. de ju-*
dic. Rovit. *dec.* 74. *nu.* 4. *ibique Add. Altimar.*
cum Sanfel. *in prax. judic. sect.* 28. *nu.* 4. *& seq.*

Nonnulli autem tenent, hoc decreto opus non
6 esse, quia petens remissionem non auditur, aut
sit Vassallus, aut sit ipse Baro, *per Pragm.*
unic. de instrum. liquid. non remitt. relata per
Caravit. *in Ritu* 266. *num.* 73.; Sed hanc Prag-
maticam invenire, neque observare potui, ne-
quidem in antiquis, quare accurato lectori re-
linquo ulteriorem diligentiam: Verum utcum-
que res se habeat hoc tenent Authores, & ma-
jor erit cautela decretum interponere, quod
procedatur in M. C. *V.* petita remissione non
obstante &c.

Hæc autem procedunt, quoties Baro pro se
7 habet privilegium *cumulative* cum ceteris ju-
ribus sibi competentibus, sed quando privile-
gium Baronis est *privative* nulli dubium est,
quin competat eidem remissio, & ita fuisse de-
8 cisum a S. R. C. pro Marchione Burgensæ uti-
li Domino Status Diani, testatur Scipio Ro-
vitus *super d. Pragm.*, quod etiam observatur in
Principe Bisiniani, qui habet privilegium in spe-
cie, & privative pro instrumentorum liquidatione.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XX.

Super *Pragm.* 2. de instrument. liquidat.

1. *Dilationes quinquennales lite pendente non impediunt liquidationem.*
2. *Moratoria justitiæ quæ dicatur?*
3. *Major pars creditorum est quantitatis non numeri personarum.*
4. 5. & 6. *Cui, & quando prosit moratoria?*
7. *Salvæguardiæ lite pendente hodie non conceduntur.*
8. *Moratoria gratiæ quæ sit? & an prosit?*

9. *Fidejussio a debitore præstanda est, etiam si sit remissa.*
10. *Moratoria non juvatur debitor ex causa delicti.*
11. *Nec pro debiis contracto post moratoriam.*
12. *Hæ moratoriæ hodiè sunt difficiles.*

HÆc Regia Pragmatica est prohibens, & irritans; Prohibet enim, ne pendente lite inter creditores, & debitores super dilatione quin-
2 quennali, majori, vel minori interponatur decretum securitatis, vel salvsguardia in debitorum beneficium; Et irritat omnia hujusmodi decreta, & securitates etiam antecedenter factas, ita ut sit Lex illarum, quæ oculos ante, & retro habet, ut vulgo ajunt.

Ad declarationem hujus Pragmaticæ in memoriam revocandum est, duplicem admitti moratoriam; una, quæ fundatur in justitia, proprie est, quando major pars creditorum petit a
2 Judice, ut decernat, quod minor pars concurrat cum eis ad concedendam dilationem quinquennalem, majorem, vel minorem debitori. *L. & suum §. hodie. L. rescriptum ff. de pactis L. fin. C. qui bonis cedere poss.*; Major autem pars dicitur respectu quantitatis, non numeri perso-
3 narum creditorum, *d. L. majorem ff. de pact.*; in hoc casu creditorem citans si esset de minori parte, & moratoria transacta sit in rem judicatam, vitabit debitor liquidationem, nec tenetur cavere de solvendo lapso tempore in mo-
4 ratoria contento, *d. L. & suum §. hodie, ubi* Alex. & alii *ff. de pact.* Robert. *consid.* 4. *nu.* 67. Affl. *dec.* 288. ubi Ursill. *num.* 2.

Hæc tamen moratoria non prodest debitori
5 Neapolitanorum ex causa pensionum domorum censuum, rerumq; comestibilium. Gramm. *cons. civil.* 8. 11. & 13. De Franch. *dec.* 179. *nu.* 9. Ann. *singul.* 101. Ursill. *ad Affl. d. dec.* 288.
6 *nu.* 1. & 9. Nec prodest debitori minorum, & ex causa depositi. Ursill. *loc. cit.* De Franch. *decis.* 151.

Hinc licet antiquitus pendente lite inter creditores, an esset danda dilatio quinquennalis
7 debitori, solerent judices concedere salvaguardias, ne idem debitor molestaretur de persona, hodie tamen hujusmodi abusus sublatus est ex vi supradictæ *Pragm. 2. de instrum. liquid.* concordantis *Pragm. 4. cap. 6. Ducis Ossunæ*.

Altera vero *Moratoria* ea est, quæ in sola gratia fundatur a Principe concedenda *L. quoties C. de prec. Imperat. offer.* Rit. M. C. V. 287.,
8 & hoc casu si concessa est debitori ad certum tempus, præstita per ipsum cautione de solvendo elapso tempore, evitat carceres, modo a creditoribus hæc cautio petatur, sed non secus, d. Rit. M. C. V. 287. *ubi* Caravit. n. 5. *cum L. universa C. de prec. Imper. offer.*

Hæc fidejussio præstari debet a debitore,
9 etiamsi a Principe fuerit ei remissa. Caravit. d. Rit. *num.* 5. Viv. *comm. opin.* 176. *num.* 2. *lib.* 1.; etiamsi moratoriæ beneficio renunciatum esset in specie, ejusque impetrationi, dummodo tamen in petitione moratoriæ fuerit de omnibus facta mentio. Caravit. *d. rit.* 286. *nu.* 11.

Sed moratoriæ gratia non juvatur debitor ex causa delicti, etiamsi concessa sit ob paupertatem verbis generalibus; nec in debito ex cau-
10 sa dotis, fidejussionis, nec heredes ex debito defuncti moratoria muniti, quo casu proceditur ordinarie contra heredem; nec demum pro debito contracto post obtentam moratoriam.
11 Caravit. *loc. cit. num.* 12. 15. De Franch. *dec.* 179. 358. & 460. *L. quisquis C. ad L. Jul. Majest. L. bona fides ff. depositi. L. exceptiones ff. de exception. L. quia personale, ubi* Bartol. *ff. solut. matrim.* Ursill. *ad Affl. dec.* 45. & 66. *num.* 16. *ad* 19. Muscatell. *in prax. fidejuss. par.* 2. *qu.* 9. *num.* 9. Guid. Pap. *dec.* 108.; Verum hæ moratoriæ gratiæ hodie difficilis sunt concessionis, imo ex lege speciali cautum est, ne amplius concedantur, & concessæ revocentur, ut sta-
12 tuit Dux Ossunæ inter gratias concessas in anno 1585. impressas inter Privilegia, & Capitula Neapolitana. Rovit. *super Pragm. de cess. bonor.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXI.

Super *Pragm.* 3. & 5. de instrum. liquidat.

1. *Porrecta supplicatione de V. F. in S. C. a debitore, infra quindecim dies fieri debet verbum.*
2. *Præter antiquas Regias Pragmaticas adest quoque novissima.*
3. *Transcribitur capitulum dictæ ultimæ Regiæ Pragmaticæ.*

PRæter Regias Pragmaticas a Riccio connumeratas, decernentes, quod porrecta suppli-
1 catione S. R. C. per debitorem, debeat relatio fieri infra quindecim dies, alias M. C. V. continuat in procedendo, tamquam non fuerit præ-
2 sentata ulla inhibitio, adest quoque ultima Regia Pragmatica die 18. *Martii* 1738. idem confirmans, prout superius notavi, cujus capitulum sequens est. E. G.

§. V. Per la Vicaria Civile.

3 N. VII. ED *affinche non si ritardino tali cause tanto privilegiate, le quali si debbano preferire a qualsisia altre cause, ancorche fossero di sospezione; vogliamo perciò, che infallibilmente debba osservarsi la Prammatica 3. sotto l'istesso titolo, colla quale si determina, che le relazioni in Consiglio si debbano fare tra lo spazio di quindeci giorni.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXII.

Super Pragm. 4. & 6. de instrument. liquid.

1. *Scripturæ tam per Reum, quam per Actorem præsentandæ sunt Curia pro Tribunali sedente.*
2. *Actor, & Reus non debent ad imparia judicari.*
3. & 4 *An requiratur Partis præsentia in presentatione?*
5. *In secunda Curia pro T. S. præsentantur scripturæ à Reo.*
6. *Formula præsentationis.*

SEcundum caput Pragm. 4. in §. *mandamus* luculenter exaratum est in meis *observat. ad* 2. *cap. hujus tit.*; De primo igitur tantum erit sermo.

Non solum scripturæ per Reum personaliter
1 Curia pro Tribunali sedente præsentandæ sunt, sed etiam per Actorem, puta scripturæ, vel alia instrumenta ad reddendum liquidum instrumentum, quod per se esset illiquidum, & hoc, ne ad imparia actor, & reus judicentur, & ita de-
2 cisum per S. C. testatur Episc. Ricc. *collect. dec.* 152. Galter. *in prax. instrum.* 2. 3. *par. nu.* 14. & *seq* Thor. *compend. dec. tom.* 1. *v. scripturæ* Petr. *sup. Rit.* 197. *num.* 14.

Scripturæ prædictæ, & si dubitari possit,
3 quod debeant produci Parte præsente, vel citata. *Cap. eorum* 4. *qu.* 9. *L. finales C. de fid. instrum.*, *ubi* Bald. *in* 4. *notab. L. properandum, §. sin autem reus, C. de judic.*, *ubi* Angel. & Alex. *cons.* 64. *num.* 8. *lib.* 3.: attamen nulli dubium est, eas produci posse, quoad simplicem productionem Parte non citata, non vero quoad præjudicium probationis, & ut absenti non citato
4 præjudicium fiat. *Bald. in L. si quando num.* 13. *C. de testib.* Gabriel. *comm. conclus. tit. de citat. concl.* 1. *num.* 112. Rovit. *sup. Pragm.* 26. *nu.* 2. *de offic.* S.R.C.

Ideo postquam Reus in prima Curia de sero comparuit ad se excusandum, & de nullita-

te

5 te dicendum, in secunda Curia præsentat scripturas Curia pro Tribunali sedente, & a Magistro Actorum fiunt præsentatæ in scripturis tenoris sequentis. E. G.

Die vigesima quinta mensis Septembris millesi-
6 *mo septingentesimo trigesimo nono G. pro T. S. præsentata per T. de T. Principalem &c.*

Bologuus Act. Mag.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXIII.

Super *Prag.* 7. de instrum. liquid.

1. *Procuratoris, & infirmitatis instrumentum non mittitur per epistolam, sed per actum publicum coram Gubernatore.*
2. *Formula instrumenti dictæ procurationis.*
3. *Fides Universitatis pro legalitate Gubernatoris, & testium.*
4. *Formula instrumenti infirmitatis,*
5. *Fides Officialium Universitatis pro legalitate dicti instrumenti.*
6. *Non debet stipulari per Notarium Vassallum.*
7. *Formula decreti interponendi exhibitis instrumentis procurationis, & infirmitatis.*

JUxtà hanc Regiam Pragmaticam documentum infirmitatis, & procurationis non admittitur per epistolam, aut per simplicem fidem, etiamsi
2 in carta pergamena, sed per publicum instrumentum conficiendum coram Gubernatore loci, ubi jacet infirmus, in cujus manibus præstare debet juramentum, ut superius *in cap. xvii.* notavi, secundùm sequentes formulas.

Formula instrumenti procurationis prædictæ.

E. G.

In Dei nomine. Amen.

Regnante CAROLO Borbonio Dei gratia utriusq; Siciliæ Rege, Hyerusalem &c. Infante Hispaniarum, Parmæ, Placentiæ, & Castri Duce, Magno Hetruriæ, hereditario Principe &c.

ANno a salutis humanæ reparatione 1739. die verò 13. mensis Maii, Indictionis secundæ in Terra T. Nos Melchi r *Bocento* de
2 Terra prædicta Provinciæ Principatus Citerioris, Regius ad contractus Judex: Carolus de T. Terræ T. ejùsdem Provinciæ Regia, & Apostolica authoritate per Regnum publicus Notarius, & Testes ad infrascripta specialiter vocati, atque rogati præsenti publico actu declaramus, notum facimus, atque testamur, quod eadem prædicta die in nostra præsentia, & coram magnifico Francisco de T. Gubernatore dictæ *Terræ* T. D. D. Romualdus T., qui non valens ad infrascripta vacare, & personaliter interesse ob ejus notorias indispositiones, quibus jacens reperitur in cubili, confisus fidei, & legalitati magnifici U. J. D. D. Michaelis Adami Terræ *Fasani* Neapoli degentis, quem licet absentem, tanquam præsentem &c. sponte &c. non vi, dolo, sed omni meliori via &c. constituit, creavit, ordinavit, & fecit suum verum, charum, & indubitatum Procuratorem ad procuratorio nomine, & parte dicti D. Romualdi constituentis, comparendum in quocumque Tribunali, loco, & foro, & signanter in M.C.V. & in ea pro T. S. præsentandum fidem suæ infirmitatis, qua reperitur gravatus, necnon ad faciendum omnes, & singulos actus necessarios, & opportunos pro allegando impedimento infirmitatis prædictæ; & pro ipsum Dominum constituentem excusando, et excusatum haberi petendo, necnon cum speciali mandato ad comparendum stante impedimento prædicto adversus liquidationem instrumenti, liquidari petiti ad instantiam D. D. Antonii de T. pro summa, & causa in citatione contenta, & contra dictam liquidationem opponendum, & allegandum omnes, & quascumque exceptiones dicto Domino constituenti quomodocumque, & qualitercumque competentes, & competituras, & si necesse fuerit appellandum, & appellationem prosequendum, & de nullitate dicendum, & in quolibet Tribunali præstandum fidejussiones in quolibet casu necessario per viam expromissionis, obligandumque pro effectu prædicto ipsum Dominum constituentem, & generaliter in prædictis omnibus; & circa prædicta faciendum omne totum, & quicquid ipsemet Dominus constituens facere posset, si præsens adesset, cum potestate substituendi unum, vel plures Procuratores, & ad sui libitum revocandi &c. sub obligatione omnium suorum bonorum &c. promittens &c. habere ratum &c. quidquid dans & concedens &c. & proinde tactis scripturis sp nte &c. juravit &c. requirentes nos, &c., unde ad futuram rei memoriam, certitudinem, & cautelam factum est præsens publicum instrumentum in publicam formam redactum, scriptum, subscriptum manu mei prædicti Notarii &c., & infrascriptorum Judicis, & Testium subscriptionibus vallatum; necnon dicti magnifici Gubernatoris subscriptione munitum, & in fidem &c. Quod scripsi ego Carolus de T. publicus, ut supra Notarius, & in præmissis omnibus rogatus, & requisitus signavi: Ego Melchior de T. Terræ T. Judex Regius ad contractus Interfui, & me subscripsi propria manu: U. J. *D.* Franciscus de T. Gubernator Terræ T: Io Bartolomeo di T. fui Testimonio: Io Tomma o di T. fui Testimonio a quanto di sopra. Io Nicola T. fui Testimonio a quanto di sopra. *Doctor* Carolus de T. *Testis*, præsentibus Judice T. de Terra T. Bartolomeo di D. Tommaso di T. *Nicola* de T. & *U.* J. D. Bartolomeo di T.

Testamur Nos infrascripti de Regimine Uni-
3 versitatis Terræ T. supradictum Carolum de T. Terræ T. esse Regium, & publicum Notarium, legalem, & fidelem, & pro tali omnibus suis scripturis adhibetur plena fides, & pro tali ab omnibus habetur, & reputatur; & etiam U. J. *D.* Franciscum de T. esse actualem Gubernatorem supradictæ *Terræ* T., & subscripti Testes in præsenti Pergameno subscripserunt eorum manibus in nostri, qui supra præsentia, & fidem præsentem fieri jussimus manu nostri Ordinarii Cancellarii, subscriptamque, & signatam signo Crucis nostris propriis manibus respectivè, ac munitam cum solito sigillo Universitatis dictæ Terræ T.

Saverio di T. Sindico.
Pasquale T. Eletto.
Marco T. Eletto.
Notarius Cæsar T. Cancellarius.
Adest sigillum Universitatis.

Formula vero instrumenti infirmitatis sequens est. E. G.

In Dei nomine. Amen.

Regnante CAROLO Borbonio Dei gratia, utriusq; Siciliæ Rege, Hyerusalem &c. Infante Hispaniarum, Parmæ, Placentiæ, & Castri Duce, Magno Hetruriæ hereditario Principe &c.

ANno a salutis humanæ reparatione 1739. Die vero 15. mensis Maii, Indictionis secundæ
4 in Terra T. Nos Melchior *T.* de Terra prædicta Provinciæ Principatus Citerioris Regius ad contractus Judex: Carolus de *T.* Terræ T. eiusdem Provinciæ, Regia, Apostolica authoritate per Regnum publicus Notarius, & Testes ad infrascripta specialiter vocati atque ro-

gati præsenti publico actu declaramus, notum facimus, atque testamur, quod prædicta die constitutus coram Nobis Doctor Physicus Angelus de Carolis dictæ Terræ T. & coram magnifico U. J. D. Francisco de T. Gubernatore Terræ prædictæ T., qui sponte &c. asserit &c. medio ejus juramento libere coram Nobis &c. in omnibus dicti magnifici Gubernatoris prælito visitasse D. Romualdum T. in lecto jacentem, laborantem effluxione in renibus, & pedibus cum Magno dolore complicato cum febre Syntomatica, & propterea nullo modo iter facere, cum mitteret se ad evidens vitæ discrimen; prout coram nobis sic juraverunt tactis scripturis in manibus dicti magn. Gubernatoris; sed & de prædictis declaratione, & fide rogaverunt &c. ut publicum conficere deberemus instrumentum &c. nos autem &c. unde ad futuram rei memoriam, certitudinem, & cautelam, ac plenam fidem factam de præmissis omnibus hoc præsens publicum instrumentum in publicam formam redactum manu mei prædicti Notarii, & infrascriptorum Judicis, & Testium subscriptionibus roboratum, necnon dicti magnifici Gubernatoris subscriptione munitum, & in fidem &c. meo solito signo signavi rogatus, & requisitus &c.

Ego Melchior T. Terræ T. Judex Regius ad contractus interfui, & me subscripsi propria manu U. J. D. Franciscus de T. Gubernator Terræ: Io Rafaele Scotti fui Testimonio, e fui presente: Io Federico Scarpa fui Testimonio, e fui presente: Io Marcello Casale fui Testimonio, e fui presente; Io Pietro di Giorgio testimonio: Præsentibus Judice Francisco T. Terræ T. magnifico Raphaele Scotti, Federico Scarpa, Pietro di Giorgio.

Notum facimus atque testamur Nos infrascripti Officiales de Regimine Universitatis Terræ T. supradictum D. Carolum de T. Terræ T. esse Regium, & publicum Notarium, legalem, et fidelem, et in omnibus suis scripturis adhibetur plena fides, et pro tali ab omnibus existimatur,
5 et reputatur; ac etiam supradictum magnificum U. J. D. Franciscum de T., esse actualem Gubernatorem supradictæ Terræ T. et supradicti Testes subscripti in præsenti Pergameno; subscriptorum eorum manibus in nostri, qui supra, præsentia; et in fidem præsentem fieri jussimus manu nostri Ordinarii Cancellarii, subscriptamque, et signatam signo Crucis nostris propriis manibus respective, et munitam cum solito sigillo Universitatis dictæ Terræ T. die 13. mensis Maii 1739. Saverio di T. Sindico. Pasquale T. Eletto. Marco T. Eletto. Girolamo T. Eletto. Notarius Cæsar T. Cancellarius. Adest sigillum Universitatis.

Hoc instrumentum infirmitatis non debet per
6 Notarium Vassallum stipulari, ut fusè in observat. ad *Cap. XIII.* hujus tit. notavi. His scripturis exhibitis in secunda Curia pro T. S. interponitur sequens decretum servata forma Regiæ Pragmaticæ, v3.

Die ..... mensis ..... 1739. Neap. In M. C. V. pro T. S. magnificus U. J. D. Michael
7 *Adami Procurator cum speciali mandato D. Romualdi .... instiit in dicta M. C. pro Tribunali sedente cum scripturis, & per Dominum Judicem Hebdomadarium N. N. fuit ordinatum in dicta M.C., quod stante fide infirmitatis cum procuratione servata forma Regiæ Pragmaticæ dictus D. Romualdus ...... condamnetur, & pœna non ponatur, donec visis scripturis extra Bancam fuerit aliter provisum. T. de T. Actorum Magister.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXIV.

Super Pragm. 8. 9. & 10. de instrum. liquidat.

1. *Causas liquidationis Judex immediatè debet proponere.*
2. *Antiquæ, & novissima Pragmatica hoc statuunt.*
3. *Transcribitur capitulum dictæ ultimæ Pragmaticæ.*

EX dispositione Pragmaticæ octavæ *cap. 7. de instrum. liquid.* judex debet immediate die
1 sequenti causas proponere, quoties a debitore in secunda Curia nullitates cum scripturis præsentantur; quæ dispositio etiam ab ultima Re-
2 gia Pragmatica *diei* 18. *Martii* 1738. fuit confirmata, prout in ejus capit. sequenti legitur. E. G.

§. V. Per la Vicaria Civile.

Num. VI. IN *oltre per osservanza della Prammatica* 8. *al cap.* 7. *sotto l'istesso titolo* de Instrumentorum liquidatione, *ordiniamo es-*
3 *pressamente, che i Giudici di Vicaria debbano proporre le cause nella mattina seguente, qualora dal debitore* in secunda Curia *si propongono le Nullità con iscritture; dichiarando, che sia capo di Sindicato per detti Giudici, ogni qualvolta da' medesimi si mancasse a ciò, che in una tal Prammatica si dispone, sempre che però questo non adivenisse per lo primo impedimento.*

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXV.

De Judice competenti liquidationis instrumentorum.

1. *M. C. V. habet præeminentiam liquidandi instrumenta contra quoscumque.*
2. *Etiam contra Milites.*
3. *Cautius est obtinere facultatem a S. M., & quomodo?*
4. *Sed non liquidat contrà Actorum Magistros S. R. C., nisi foro sit renunciatum.*
5. *In Curia bajulari non liquidantur instrumenta.*
5. *& 6. Formulæ liquidationis factæ in Curiis Baronalibus, & primò citationis super tenore cum relatione.*
7. *& 8. Legalitas Alguzerii.*
9. *& 10. Formula incusationis contumaciarum.*
11. *Formula patentalium Alguzerii.*
12. *Fides Officialium Universitatis pro Alguzerio.*
13. *Formula fidei decreti præambuli pro Actoris personæ legitimatione.*
14. *Formula literarum executorialium.*
15. *Formula sequestri.*
16. *Formula provisionum inhibitorialium M.C.V.*
17. *& 18. Formula notificationis.*
19. *Formula provisionum M. C. V. ad instantiam coadjutoris Fiscalis Curiæ.*
20. *Formula decreti.*
21. *Formula observatoriæ.*
22. *Formula relationis.*
23. *& 24. Formula aliarum provisionum inhibitorialium.*
25. *Formula replicationis Curiæ in calce earundem.*
26. *Formula recursus, & dispensationis pœnæ omissi medii in appellatione.*
27. *Formula decreti.*
28. *Formula replicationis Curiæ in calce provisionum.*
29. *& 30. Formula recursus, & Regiæ decretationis, ne molestetur debitor durantibus feriis.*
31. *Formula nullitatum præsentatarum in M. C. V. per debitorem.*
32. *33. 34. & 35. Formula instantiæ, decreti, & provisionum M. C. V. post factum depositum a debitore.*
36. *Formula relationis Alguzerii.*

M. C. V. præeminentiam habet liquidandi instrumenta contrà quascumque personas quo-
1 vis titulo, & honore decoratas, etiam de sanguine regio descendentes, contra omnes exemptos,

ptos, etiam Regios Consiliarios. Rovit. *in Pragm. 2. num. 7. de offic. S. R. C.* De Ponte *tract. de potest. Proreg. tit. de assensib. reg. §. 7. & cons. 48. num. 5. vol. 2.* Mastrill. *dec. 261. & 290.* Rovit. *cons. 90. vol. 2. & in Prag. 1. de tit. abusu.* Tapp. *in decis. S. C. 43.*

Est Judex competens liquidationis M. C. V.
2 etiam contra milites; Sciuloya *de foro compet. cap. 19. num. 24.*, & bis fuisse decisum ab olim
Regio Collaterali Consilio refert Marad. *in prax. instrum. cap. 4. num. 323. & seq.*; Verùm ad
3 majorem cautelam optimum erit obtinere prævio supplici libello a Regali Camera S. Claræ
decretationem *quod M. C. V. super supplicatis procedat, & justitiam faciat &c.*

In M. C. V. non potest fieri liquidatio contra Actorum Magistros S. R. C., ut bene Ricc.
4 *num. 9.*; sed excipe, quando foro Spectabilis Præsidis S. R. C. renunciatum esset, quia hoc casu
benè potest ad liquidationem procedere eadem M. C. V., prout refert decisum Thor. *in compend. dec. par. 3. sect. 2. v. liquidari non possit instrumentum*, ubi fuit remissa causa liquidationis, quæ
potius criminalem, quam civilem sapit naturam. In Curia bajulari non potest fieri liquidatio, sed
5 tantum in Curia Baronali, ut benè Ricc. advertit; idcoque a proposito non aberrare duxi, imò
perutile tyronibus agere, si formulas liquidationis instrumenti in Curiis Baronalibus subnectam,
ea præsertim de causa, quia Riccius eas minimè tradidit, aut prætermisit. Et sunt videlicet.

Formula citationis factæ super tenore publici instrumenti in Curia Civitatis Casertæ ad instantiam D. Francisci Anelli de Errico in anno 1730. contra magnificum D. Franciscum Casolli, ut ex processu transmisso ad M. C. V. penes Josephum Bologninum Actorum Magistrum M. C. V.

CAROLUS &c.

ALguzeriis, & servientibus hujus Curiæ Plani Civitatis Casertæ, sivè aliis in solidum &c. committimus, & mandamus, ut ad omnem instantiam, & requisitionem D. Francisci Anelli de Errico Casalis Casullæ hujus Civitatis, olim Viri quond. D. Magdalenæ Bassano, & Patris, ac legitimi Administratoris clerici D. Ignatii, Josephi, Nicolai, & aliorum de Errico, ac Tutoris, & Curatoris filiorum minorum, prout ex decreto præambuli lato per hanc Curiam sub die 1. mensis Februarii currentis anni, prout ex actis &c. sive &c. peremptoriè citetur magnificus D. Sebastianus Casella hujus Civitatis Casertæ ad pœnam unc. auri 25. Fisco Curiæ &c. quatenus prima die post &c. personaliter compareat coram nobis in hac Curia eidem exponenti responsurus super tenore publici instrumenti liquidi coram nobis præsentati, & liquidari petiti pro ducatis nonincentum sortis Capitalis, & ducatis sexaginta pro tertiis decursis, & non solutis pro uno annata, & mensibus quatuor ad rationem ducatorum quinque pro quolibet centenario, in unum quadraginta quinque, quolibet anno, servata forma laudabilis ritus M. C. V., & pacti in dicto instrumento adjecti, alias &c. quoniam &c. Datum Casertæ die octavo mensis Februarii 1730.

Giaquinta Consultor. *Casoli Gubernator.*

F. Ventura Actuarius.

A dì 8. del mese di Febraro mille settecento trenta. In Caserta, Io Antonio di . . . . serviente della Corte della Città del suo piano, dico oggi predetto giorno avere intimata la retroscritta citazione
6 *sopra il tenore d' istromento, e quanto in esso si contiene al magnifico Sebastiano Casella di persona, presenti per testimonj Francesco di . . . . del Casale di Casella, Francesco . . . . . del Casale del Mensano del moda, e conforme si contiene in detta citazione, ed in fede &c.* Io Antonio . . . . serviente manu propria refero, ut supra.

Fò fede io sottoscritto Attuario di questa Corte,
7 *qualmente lo sopradetto Antonio di . . . . . è uno de' servienti di questa Corte, come appare dalla sua patente speditali sotto li trè di Novembre 1729.*

Francesco Antonio Ventura Attuario &c.

Fò fede io Notar Antonio di Filippo della Città di Caserta, la soprascritta relazione essere stata sotto-
8 *scritta di propria mano del sudetto magnifico Francesc' Antonio Ventura, ed essere tale, quale si è asserito, ed in fede richiesto ho signato.*

Adest sigillum.

Die decima mensis Februarii, millesimo septingentesimo trigesimo Casertæ &c. Actoris no-
9 mine, ut ex Actis Curiæ &c. accusat primam contumaciam in forma contra retroscriptum magnificum Sebastianum Casella citatum, relatum, & non comparentem in forma apud acta &c.

Ventura Actuar.

Die decima tertia mensis Februarii millesimo septingentesimo trigesimo, Casertæ &c. non secta Curia ob impedimentum magnificorum Officialium, & in fidem &c.

Franciscus Antonius Ventura Actuarius &c.

Die decima quarta ejusdem mensis, & anni non fuit secta Curia ob diem Martis propter stilum ejusdem Curiæ, & in fidem &c.

Franciscus Antonius Ventura Actuarius &c.

Die decima quinta mensis Februarii millesimo septingentesimo trigesimo, Casertæ &c. Curia pro Tribunali sedente instantibus magnificis Creditoribus, præsentibus, & petentibus &c. apud acta &c. accusata fuit, prout accusatur ultima
10 contumacia in forma contra magnificum Sebastianum Casella debitorem citatum, relatum, et non comparentem in forma, contra quem debitorem ipsi creditores cum juramento liquidavarunt instrumentum prædictum, tam pro capitale ducatorum noningentum, quam pro ducatis sexaginta tertiarum decursarum, & petierunt expediri, & consignari literas executoriales realiter, & personaliter, ut juris, & in fidem &c.

Franciscus Antonius Ventura Actuarius &c.

Et vocato dicto magnifico Sebastiano Casella in Banco juris &c. Ipsa Curia, pro Curia, & Tribunali sedente per Horatium Bajocco ordinarium servientem hujus Curiæ, alta, & intelligibili voce more præconis (*ut moris est*) qui non comparuit, nec aliquis pro eo; Ideo fuit contumax reputatus, prout reputatur, & condemnatus ad pœnam a jure statutum, & in ejus contumaciam fuit dictum, atque provisum, quod contra dictum debitorem expediantur, & consignentur literæ executoriales, realiter, & personaliter, & pœna ponatur in libro &c. pro qua similiter exequatur realiter, & personaliter, & ita &c.

Giaquinte Consultor. *Casoli Gubernator.*

Franciscus Antonius Ventura Act.

Lecta &c. lata &c. *Ventura Act.*

In processu enunciatæ liquidationis adest copia patentalium literarum Alguzerii, & fidea Universitatis, ut inferius vides, quæ quidem licèt meo judicio necessariæ non fuerunt, stante fide Actuarii plenè probante, attamen quia cautela major nunquam est spernenda ad lectoris curiosi voluptatem, hic illas subjungere existimavi.

Formula patentalium literarum Algazerii.

E. G.

Michel' Angelo Gaetano Duca di Sermoneta, Principe di Caserta etc.

Nicolò . . . . Governadore di Caserta, n del suo Piano etc.

DOvendo Antonio Loberto accudire ad alcuni
affari di questa Corte, e pratticare alcune di-
ligenze per servizio del magnifico Coadjutore,
perciò si ordinn a' nostri sudditi, che non lo mo-
lestino nè di giorno, nè di notte, nè per l'aspor-
11 tazione sarà d'armi non proibite dalle Regin
Prammatiche, dandoli anche facoltà di poter
notificare tutte, e qualsivogliano scritture, pre-
gando gli Officiali de' Luoghi, ove capiterà, a
non darli impedimento, offerendoci Noi all' in-
contro a cose simili, e maggiori, e la presente
vaglia a nostro arbitrio. Caserta 3 Novembre
1725.

Extracta est præsens copia, licet aliena manu per me subscriptum Actuarium a suo proprio originali, cum quo facta collatione concordat, meliori semper salva, et in fidem etc. Casertæ die 3. mensis Februarii 1730.

Ventura Actuarius.

Formula fidei magnificorum de Regimine Universitatis pro legalitate servientis Curiæ.

FAcciamo fede Noi sottoscritti Eletti al Gover-
no di questa Città di Casarta, qualmente An-
tonio Loberto è ono de' servienti della Corte del
Piano di questa Città, ed attualmente serve, ed
assiste a detta Corte, e alle sue relazioni vi si dà
12 piena credenza, e ne tiene patento in sua per-
sona spedita da essa Corte sotto li trè Novem-
bre 1729., alla quale etc. In fede etc. Caserta
primo Febraro 1730.

Giacomo Pastore Eletto.
Filippo Casicchi Eletto.
Scipione . . . . Eletto.
Gennaro Leonetta Eletto.

Ita est, Notarius Antonius de Filippo Cancellarios -- Adest sigillum Universitatis.

Formula fidei decreti præambuli pro personæ Actoris legitimatione. E. G.

FIdem facio Ego infrascriptus Actuarius Prin-
cipalis Curiæ Civitatis Casertæ, qualiter me-
diante decreto Præambuli lato sub die prima
mensis Februarii millesimi septingentesimi tri-
gesimi, Clericus Ignatius, Joseph, et Nicolaus
de Errico fuerunt declarati heredes Universales,
13 et particolares ab intestato quond magn. D.
Magdalenæ Bassano eorum matris *cum beneficio
8 Joannam editæ, sic etiam Clericos comprehendere, ut contra eos in foro Ecclesiastico tam ad instantiam Clericorum, quam laicorum agi possit via executiva hujus Ritus remedio.

Hæc adeo vera sunt, ut in aliquibus Curiis
9 Ecclesiasticis statutum sit, ritum nostrum servari, pront videre est in Ritu Curiæ Archiepiscopalis Salernit. *Rit. idem ipsa Curia servat. tit. de liquidat. instrum.* Imo hæc observantia viget in
10 aliis Ecclesiasticis Curiis hujus Regni jam versa in consuetudinem, quæ legem imitatur. *DD. in l. de quibus ff. de legib. Addit. ad Robert. consil.* 3. *nu.* 9. *de liquid. instrum.*; Verum utens
11 Clericus ritu prædicto, cum omnibus adminiculis, requisitis, & circumstantiis solitis uti debet, Bald. *in l. de quibus qu.* 6. *ff. de leg. & in l. contra §. fin. ff. de pacto*, Foller. *ad Magant. par.* 6. *act.* 8. *nu.* 15.

Plura de hac materia reperies in meis observ.
12 ad *prax. Ricc. de foro compet* mox in lucem proditura, &c.

ADDIT. DE CARO AD CAP. XXVII.

De formulis citationum, & decretorum, & methodo servanda in actis circa liquidationem.

1. *Methodus, & praxis liquidationis passim peracta est.*
2. *Formula comparitionis excusationis ad impediendas contumacias.*
3. *Locus explicandus est.*
4. *Formula decreti.*
5. *Condemnatio non fit.*
6. *Quid, quando locus est incertus?*
7. *Excusator quilibet admittitur.*
8. *Non quando absentia est malitiosa.*
9. *& 10. Formula supplicat. libelli pro tollenda inibitione S. C.*
11. *Formula decretationis.*

MEthodus, quæ servanda est in instrumentorum liquidatione in superioribus meis ob-
1 servationibus, & ab eodem *Riccio* luculenter, & perabundè enarrata est; & quia affluenter etiam formulas idem *Riccius* exposuit, ideo parum, aut nihil fermè remanet in hoc Capite observandum, exceptis paucis formulis, quæ sequentur, Exempli Gratia.

Formula compatitionis excusatoris, Amici, Consanguinei &c. allegantis absentiam ad impediendas contumacias.

N*Ella G. C. della Vicaria, e presso gl' atti comparisce T. de T. Amico, Consanguineo, a Pro*cu-

curatore di T. de T. e dice , come è pervenuto a
2 *sua notizia, che dalla stessa G. C. ad istanza di*
T. de T. sia stato citato super tenore asserti in-
strumenti *detto T. de T., il quale perche prima*
di esser citato partì dal luogo T., o Terra, e si con-
ferì a tal luogo, ove al presente si ritrova (si cer-
3 tus est ibidem esse, si vero incertus, non appo-
nat verba, *ove al presente si ritrova*); *Perciò ri-*
corre in essa G. C., ed escusandolo formiter, *fa*
istanza non procedersi all' incusa delle contumacie, o
altro atto, ma prefigersi, e concedersele competente
termine, affine di cerziorarlo, e denunciarli tutte
le cose predette, e abilitarlo a comparire, così dice
e fa istanza, protestandosi di tutte le spese, danni
ed interessi, a nullità &c. salvis &c. omni modo
meliori &c.

Ita disponit Rit. M. C. V. 266. , *& super*
hac comparitione Judex interponit decretum, E. G.

Die &c....... Neap.

P*Er subscriptum Dominum Judicem M. C.V. vi-*
sa retroscripta comparitione, provisum, & decretum
est, quod impartiatur, prout impartitur eidem T.
4 *de T. terminus dierum ..... ad denunciandum di-*
cto T. de T., ut compareat in præsenti causa, &
interim citatio non expiret hoc suum &c.

Condemnatio non fit, sicut in aliis causis cri-
minalibus, quando Rei citantur ad informan-
5 dum, Caravit. *d. rit.* 266. *nu.* 2. *&* 166. *nu.*
15. Quando locus est incertus, & nescitur, ubi
6 citatus reperiatur, impartitur brevior terminus
judicis arbitrio, Caravit. *in d. rit.* 266. *nu.* 3.

Excusator prædictus admittitur sive masculus,
sive fœmina sit, etiam sine mandato, & absque
7 satisdatione de rato, & de præsentando citatum
expleta causa absentiæ Caravit.

Sed non admittitur excusatio, quando absen-
tia malitiosa esset, quando citatus esset perso-
naliter, vel quando excusatus reperiretur contu-
max pro aliquo crimine, vel bannitus in eodem
8 Tribunali; nam nulla dilatio in his casibus con-
cedenda est, pro contumacia nemo loquatur.
Rit. 220. *Caravit. d. rit.* 266. *num.* 7. *Robert.*
consider. 4. *nu.* 13. *&* 14.

Formula supplicis libelli porrecti Reali Cameræ S. Claræ, ejusque decretationis pro tollenda inhibitione Sacri Regii Consilii in causa liquidationis. E. G.

S. R. M.

Adest signum.

Signore.

L*Ucrezia de..... povera Vedova supplicando espo-*
ne a V. M., come possedendo la supplicante una
9 *casetta sita in questa Città, fu* blandis verbis
indotta a far comparire, che quella vendesse al Si-
gnor...... per docati cinquecento venti con farsene
istromento di vendita (come seguì) a' 16. Otto-
bre 1734. per mano di Notar Diego.... di Na-
poli, e la Supplicante confessè aver ricevuto docati
10 *300. per tanto a conto del che detto..... a 30.*
Maggio 1725. insimul *con detta.... sua moglie*
ferno vendita d' annui docati.... a beneficio di
Francesco.... per capitale de' docati .... che da
quella riceverno, e ferno comparire pagabili alla Sup-
plicante per residuo del prezzo di detta casetta; qua-
li ducati ducento parimente se li prese detto.... il
quale non avendo pagato l' annualità detto .....que-
sto comparve in M. C. V. *a fè sequestrare li pig-*
gioni di detta casetta col supposto che fosse di detto
....; che però comparve la Supplicante & in promp-
ptu *fè vedere detto compra fittizia*, & ad pom-
pam, *e che per tal cagione a detto.... non com-*
peteva ragione sopra detta casetta, e quando detto..
... comparve avanti il Signor Giudice D. .....
espose querela criminale contro detto ....., e la Sup-
plicante per aversi presi ducati 20. all' ora che det-
ta casetta non erasi veramente venduta. E all' in-
contro la Supplicante voce querelò detto..... per
aver fatta comparire detta sua casa, e il detto pa-
gamento, prezzo ricevuto da detto.... (nel qua-
le stato di cose avanti detto Sign. Giudice. ...) &
in scriptis *detto... . dichiarò, che detta vendita,*
e pagamento di prezzo, come anco un' altro albara-
no, seù donazione fattali dalla supplicante non esser
vera, ma che rei veritate *detta Lucrezia in più*
volte, e piccolissime partite avea ricevuto novant'
uno docati 1. 10., ed all' incontro pretendeva al-
cune fatiche fatte per la supplicante per detta causa)
si convenne che detto..... colla supplicante fra un
anno pagassero detti docati 200. a detto....: ed
all' incontro detto..... fra lo stesso anno si obbligò
pagare alla supplicante docati novanta trè con l' in-
teresse al sei per cento, atteso il complimento fino a
docati duecento detto ..... volle ritenerselo per tan-
ti che diceva somministrati alla supplicante, e fati-
che predette per la vendita con farsi di ciò due bi-
glietti firmati coram Judice...., & successivè *si*
stipularono due istromenti per Notar ...., di Napo-
li; Ed essendo elasso detto anno, la supplicante è sta-
ta costretta in virtù di lettere esecutoriali speditesele
contro per detto .... con le quali eseguì detta caset-
ta, per vendere la medema casetta per pagare a detto.
.....d. docati 200. con l' interesse decorso, pena del
Regio Fisco, *ed altre occorse, ed all' incontro vo-*
lendo la supplicante astringere detto .... al paga-
mento di docati novanta tre coll' interesse decorso,
e convenuto, e perciò far liquidare detto istromento,
con aver fatta la citatione super tenore instrumen-
ti *detto .....* (subreptitiè cum reverentia) *è com-*
parso in S. C., ed esponendo cose non vere (repe-
tita reverentia) *ha fatto commettere la causa al Re-*
gio Sig. Consigliero D..... dal quale è stata inibi-
ta detta G. C. E perche il credito sudetto dipende
da una azione criminale supita con detta convenzio-
ne dalla supplicante adempita. E di più si tratta d'
istromento publico via Ritus M. C. V., *ricorre a*
piedi di V. M. e la supplica restar servita ordina-
re, che stante si tratta di liquidazione d' istromento
già cominciato Via Ritus M. C. V., *non ostante*
detta inibizione del S. C. la medesima G. C. con-
tinui a procedere, il che riceverà a gratia ut Deus.
11 *Si agitur de liquidatione via* Ritus *M.C.V.*,
eadem M. C. *V. in causa prædicta procedat, &*
justitiam faciat.

De Ippolito: Rocca: Maggioco: Ventura: Danza
Provisum per S. M. Neap. 17. Septembris 1738.
Athanasius.

NOVA APPENDIX ADJUNCTA.

De aliis modis impediendi liquidationem instru-
menti, & aliis circa eamdem adnotationibus.

1. *Impeditur liquidatio per protestationem in loco destinatæ solutionis, & quomodo?*
2. *Formula instantiæ debitoris.*
3. *Formula decreti.*
4. *Formula actus perquisitionis, & relationis.*
5. *Formula alterius instantiæ pro cautela debitoris.*
6. *Formula decreti.*
7. *Formula instantiæ, quando non stipulatur instrumentum.*
8. *Formula decreti.*
9. *Formula instrumenti protestativi.*
10. *Cauti creditores quid faciunt pro evitando hoc impedimento?*
11. *Formula decreti.*
12. *Formula requisitoriæ.*
13. *Formula relationis.*
14. *Formula legalitatis.*
15. *Per mortem Procuratoris impeditur liquidatio, & quomodo.*

16.Item

16. *Item quando fit dolosè.*
17. *Huic fraudi hodie provisum est per ultimam Regiam Pragmaticam.*
18. *Cautela dictæ Regiæ Pragmaticæ.*
19. *Nulla quoque est citatio facta ultra summam verè debitam.*
20. *In hoc casu nulla quoque est pœna.*
21. *Nec moderatur ad veram summam.*
22. *Sententia ultrà summam est nulla, & quomodo.*
23. *Nova adnotatio circa citationem super tenore instrumenti.*
24. *U. J. D. D. Jo: Marinus Pepe laudatur.*
25. *Nova methodus citandi super tenore, quando Alguzerius non est scribens.*
26. *Causa liquidationis instrumenti spectat ad Baronem criminalem.*
27. *In causa liquidationis non datur reclamatio in S. C., & quomodo.*
28. *In Indulto generali remissa censetur quoque pœna liquidationis applicanda Fisco.*

IMpeditur liquidatio instrumenti per protestationem factam tempore statuto in loco destinatæ
1 solutionis, ita ut si debitor statuto die accesserit ad locum destinatæ solutionis, & coram publicis personis, vel penes acta Curiæ; vel coram Notario, Judice, & testibus, se protestatus fuerit, se esse paratum ad satisfactionem suo creditori, vel alteri pro ipso, si ibidem adesset, non potest vexari cum liquidatione, etiam non facto deposito, quæ protestatio, sive oblatio solutionis sola sufficit ad vitandam liquidationem, & pœnam. De Franch. *dec.* 227. *num.* 4. Bernard. Pand. *in comment. super Rit. M. C. V.* 164. *de præsent. instrum.* Frecc. *par.* 2. *declar.* 24. *nu.* 98. & 99. Maradei *in prax. præsent. instrum. cap.* 4. *num.* 365.

Hujusmodi autem protestatio debet fieri post perquisitionem creditoris factam ordine Curiæ per proclama per totum locum destinatæ solutionis prævia instantia debitoris Curiæ præsentata hoc modo E. G.

Formula instantiæ debitoris.

NElla Baronal Corte della Terra di S. Severino comparisce T. de T. della Terra T. e dice come in vigor di publico istromento stipu-
2 lato a di 17. del mese di Novembre dell' anno 1737. deve al T. de T. ducati trecento in questa predetta Terra di S. Severino; per fare quel pagamento, maturato già in questo predetto giorno si è conferito personalmente in questa istessa Terra *saccula paratus*; e perchè non sa, se T. de T. suo creditore si ritrovi in detta Terra, mentre avendo fatto molte diligenze non ha fin'ora potuto aver notizia; Ricorre perciò in essa Baronal Corte, e acciocchè non sia stimato mancante, e moroso nel dare la dovuta soddisfazione, fa istanza ricercarsi detto T. de T. creditore per proclama voce præconis, e con tutte le dovute solennità della legge per i luoghi soliti, e consueti, o per tutta detta Terra, contra il quale non ritrovandosi, si protesta aspressamente, che non è mancato dal comparente di pagare la detta somma di docati trecento in beneficio di T. de T. in questo giorno maturato, e in questa Terra destinata al pagamento, così dice, e fa istanza, protestandosi di tutte le spese, danni, ed interessi &c. *salvis &c. omni modo meliori &c.*

A Curia providetur E. G.

Die ... mensis Novembris 1737. S. Severini &c.

P*Er Baronalem Curiam Terræ Sancti Severini, ejusque Dominum Gubernatorem, visa retroscripta comparitione provisum, & decretum est, quod*
3 *T. de T. requiratur, & vocetur per unum ex servientibus nostræ Curiæ per loca solita, & consueta hujus Terræ alta, & intelligibili voce more præconis, ut accedat ad nostram Curiam ad finem in eadem retroscripta instantia enunciatum, alias providebitur super petitis, ut juris, hoc suum &c.*

T. de T. Gubernator.

T. de T. Actusrius.

Facta prædicta perquisitione, & relatione Alguzerii in calce decreti hoc modo E. G.

A dì ... di Novembre del corrente anno 1737. nella Terra di S. Severino &c. T. de T ordinario baglivo, e serviente di questa Corte ha riferito
4 *a me infrascritta T. de T. Attuario della medesima di essersi conferito con T. de T. e T. de T. della stessa Terra di S. Severino per tutti i luoghi publici, soliti, e consueti di detta Terra, ed aver alta, ed intelligibili voce more præconis chiamato T. de T., acciò si fosse subito portato nella Corte avanti il Signor Governadore a ricevere il denaro dovutoli da T. de T. suo debitore in virtù di publico istromento, avendoceli offerti prontuariamente oggi predetto giorno destinato per il pagamento, e non aver risposto nè detto T. de T. Creditore, nè nissuno altro per lui, dicendosi da tutti non ritrovarsi il medesimo in detta Terra &c. e ciò in presenza de' sudetti T. de T., e T. de T. testimonj, come sopra ed in fede.*

Io *T. de T. Attuario di questa Corte &c.*

Debitor his peractis instat pro sua cautela cum sequenti comparitione præsentata die sequenti. E. G.

Nella Baronal Corte della Terra di S. Severino nuovamente comparisce T. de T., e dice come dovendo a T. de T. per publico istromento ducati 300. convenuti a pagarsi in questa
5 Terra oggi a dì ... del corrente mese, ed anno, si è conferito il Comparente nella medesima, affine di far seguire detta sodisfazione con ogni pontualità; ed avendo fatto ricercare detto suo Creditore per tutti i luoghi soliti di detta Terra con ordine di questa Corte, il medesimo non è comparso in tutto il giorno stabilito; anzi nemmeno si trova in questa Terra, come diffusamente appare dalla relazione del Baglivo; ed incombendo al Comparente far apparire la sua puntualità, e che per lui non si è mancato; Ricorre in essa Baronal Corte, e fa istanza ordinarsi, che sia lecito al Comparente stipulare di tutto ciò publico istromento per mano di Regio Notajo con l' inserta forma di questi atti, e protestarsi, *quod per ipsum non stetit pro sua cautela*, affinchè non possa esser convenuto per lo giuramento, a cui non è controvenuto, così dice, e fa istanza &c. protestandosi di tutte le spese, danni, e interessi &c. salvis &c.

Die .... Novembris 1737. S. Severini.

PEr Baronalem Curiam Terræ Sancti Severini, ejusque Dominum Gubernatorem, visa instan-
6 tia *fol.* .... decreto facto per hanc eamdem Curiam *fol.* .... relatione Alguzerii *fol.* ...., retroscripta comparitione, ac actis omnibus, provisum, & decretum est, quod liceat, & licitum sit comparenti T. de T. stipulare publicum iostrumentum protestativum de contentis in enunciatis actis per Notarium nostræ Curiæ, vel per alium Regium Notarium ad ejus libitum cum inserta forma eorumdem actorum, & præsentis decreti, pro cujus effectu consignetur copia authentica, hoc suum &c.

T. de T. Gubernator.

T. de T. Act. Magister.

Pro hac protestatione debitoris sufficiunt etiam acta Curiæ absque instrumento; verum in hoc casu, instantia concluditur. E. G.

Ricorre perciò in essa Corte, e protestandosi espressamente che per lui non è mancato di fare detto pagamento, ma dal Creditore T. de T., il

il quale non ha curato trovarsi nel luogo, e gior-
7 no stabilito per lo pagamento, fa istanza protestativa, conservarsi negli atti, e darsene copia autentica al comparente per sua futura cautela &c. così dice &c. protestandosi delle spese &c. salvis &c. omni modo &c.

Et decretum fit v3. . . . *Die . . . Novembris* 1737. *Sancti Severini . . . Per Baronalem Curiam &c. visis &c.* (ut supra &c.) *provisum, &*
8 *decretum est, quod præsens comparitio recipiatur, & conservetur in actis pro futura cautela comparentis, hoc suum &c. & detur copia authentica.*

T. de T. Gubernator.
T. de T. Actorum Mag.

Formula instrumenti protestativi hæc est.

Die &c.

NElla nostra presenza personalmente costituito il Signor T. de T. della Terra T., con animo protestativo ut infra &c. dice, e spontaneamente asserisce nella nostra presenza, come avendo stipolato stromento col Signor T. di T. sotto il dì . . . del mese . . . . del corrente anno 1737. per cagione di mutuo di duc. 300. presi
9 dal detto Signor T. di T. si obligò di pagarceli, e restituirli a dì . . . . del mese di Novembre del corrente anno 1737. ed in questa Terra specialmente destinata per la soddisfazione predetta; ed essendo il detto Signor T. di T. venuto puntualmente in questa Terra di S. Severino, affine di pagare il detto denaro con ogni puntualità nel detto giorno stabilito, non ha trovato il suo Creditore, non ostantino molte diligenze fatte; per il che per maggior cautela ebbe ricorso nella Corte di questa Terra, ed avanti il Signor Governadore per far leggitimamente ricercare detto suo Creditore, ed essendosi in effetti ordinato di chiamarsi *voce præconis*, secondo il solito per tutt'i luoghi soliti, e consueti di questa Terra, nè essendo comparso, o ritrovato, ottenne dalla medesima Corte, che fosse lecito al Costituente di stipularne publico istromento protestativo coll' inserta forma degl' atti formati nella medesima Baronal Corte, come più diffusamente appare da medesimi, che s' inferiscono qui appresso (*inserantur acta Curiæ supra enunciata*). Ed apparendo da medesimi chiaramente, e leggittimamente, che il detto Signor T. di T. costituente non ha mancato di adempire alla sua obligazione di far seguire il sudetto pagamento nel luogo, e giorno destinato in beneficio del detto T. di T. suo Creditore, essendosi per questo fine portato in questa Terra in questo giorno; ed incumbendo al medesimo Costituente di fare appatire la sua puntualità, o le sue proteste in *scriptis*, acciò non vi fosse dubbio alcuno in avvenire, quindi è che oggi predetto giorno non per forza, o dolo alcuno, ma spontaneamente, e per ogni miglior via per sua futura cautela, e de' suoi eredi, e successori si protesta, che egli non ha mancato, nè *per eum stetit* di far seguire detto pagamento nel luogo, e giorno destinato, come di sopra; e così dice, e si protesta non una, due, e tre volte, ma tante, quante saranno necessarie, non solo in questo, ma in ogn' altro miglior modo, che può protestarsi, e dalle leggi gli viene permesso, essendo così la sua ferma, e deliberata volontà.

Quibus omnibus sic peractis, præfatus T. de T. requisivit nos &c., ut de prædictis publicum conficere deberemus actum, nos enim &c. unde &c.

Quare cauti Creditores tempore solutionis promissæ in loco destinato deputare solent aliquem exactorem, sivè procuratorem ad exigendum ibi-
10 dem commorantem, & deindè obtinere, & notificare literas provisionales Judicis superioris, quòd debitor solvat tempore statuto personæ destinatæ in loco statutæ solutionis cum protestatione, quod alias liceat contra ipsum uti morosum, & a juramento deficientem agere liquidationis judicio, qua notificatione sequuta, poterit fieri liquidatio instrumenti coram quocumque Judice competente liquidationis, etiamsi non sit ille loci destinatæ solutionis; Et in locum dictæ protestationis hodie emanatur requisitoria continens, *ut infra tot dies T. de T. debitor solvat quantitates debitas in loco contractus, & promissæ*
11 *solutionis, alias termino elapso expediatur citatio super tenore instrumenti &c.* juxta formulas, quas subnectam. *Francisc. Anton. de Judic. Robert. de liquidat. instru ent. consil. 2. nu. 8. & 9.*

Formula requisitoriæ ad solvendum in loco destinatæ solutionis. E. G.

C A R O L U S &c.

Nicolaus Gajetanus Aquilæ Aragoniæ, Princeps totius familiæ Gaetanæ, Dux Laurentianæ, Princeps Pedemontis, ac secundus in Regno Neapolitano Aliphanum Comes, Intimus S. M. Consiliarius, & in præsenti Regno Magnus Magister Justitiarius, ac Regens, & Judices M. C. V. &c.

QUibusvis Algnzeriis, & servientibus tam dictæ M. C. quam aliarum quarumvis Curiarum, locorum in solidum requirendis, dicimus, committimus, & Regia, qua in his fungimur authoritate mandamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & requisitio-
12 nem Ven. Conservatorii Divinæ Providentiæ Terræ Calvelli peremptoriè mandetis Francisco Antonio Nicolia Terræ Vigiani ad pœnam unc. aur. viginti quinque, Fisco Regio &c. quatenus infra dies quindecim post præsentium notificationem dare, & solvere debeat dicto Venerabili Conservatorio Divinæ Providentiæ dictæ Terræ Calvelli, sive eius legitimo Procuratori in dicta Terræ Calvelli loco infrascripti contractus, & promissæ solutionis ducatos centum decem, & septem, tarenos quatuor, & granos tres per ipsum debitos, & maturatos, usque ad totam diem ultimam mensis Decembris elapsi anni 1736. pro tertiis decursis, causa annuorum ducatorum vigintiquinque quandocumque venditorum ad beneficium dicti Venerabilis Conservatorii pro capitale ducatorum biscentum quinquaginta per dictum Franciscum Antonium Nicolia manualiter, & de contantis in tot moneta argentea numerata receptorum a dicto Venerabili Conservatorio, sive a dicto D. Dominico de Trana ejus Procuratore de pecunia propria dicti Venerabilis Conservatorii vigore instrumenti rogati in dict. Terra Calvelli sub die vigesima 2. mensis Decembris anni 1731. manu Notarii Bartoli de Ambolino dictæ Terræ Calvelli, per eundem magnificum Notarium Bartolum in publicam formam, & in pergameno redacti, & in dicta M. C. præsentati ad finem liquidandi, alias terminato prædicto elapso, vigore pacti in dicto istrumento adjecti de liquidando in omni Curia, loco, & foro in ejus contumaciam procedatur ad expeditionem citationis super tenore instrumenti prædicti, & successive ad illius liquidationem juxta formam ritus M. C., nedum pro dictis tertiis, ut supra maturatis, ac aliis in futurum maturandis, usque ad diem dictæ expediendæ citationis, verum etiam pro dicto Capitale ducatorum biscentum, & quinquaginta. Datum Neapoli die nona mensis Januarii 1737.

D. Cladius Villani.
Joachim Mangione Act. M.

Re-

Requiſitoria ad ſolvendum tertias loco contractus, & promiſſæ ſolutionis.
Die vigeſima ſecunda menſis Januarii 1737.
Calvelli.

Blaſius .... ordinarius ſerviens Curiæ hujus Terræ Calvelli, cum juramento retulit mihi infraſcripto Actuario ejuſdem Curiæ ſe perſonaliter contuliſſe in Terra Vigiani, & ſe die vi-
13 geſima prima currentis menſis Januarii milleſimi ſeptingenteſimi trigeſimi ſeptimi, notificaſſe Magiſtrum Franciſcum Antonium ..... ejuſdem Terræ Vigiani ſuper tenore retroſcriptarum literarum proviſionalium M. C. V. perſonaliter, relicta ei copia præſentibus pro teſtibus Franciſco Antonio ... Januario .... & aliis &c. modo, & forma, ſibi commiſſis, & in fidem &c.

Joſeph Antonius de . . . Act.

Fidem facio, atque teſtor ego Notarius Bartolus de . . . . . a Calvello, ſupraſcriptum relationem factam per Blaſium . . . . hujus Terræ Calvelli, fuiſſe ſcriptam, & ſubſcriptam pro-
14 pria manu ſubſcripti Magnifici Joſephi de ..... ejuſdem Terræ, eoſque eſſe tales quales ſe faciunt, nempe ſupradictum Blaſium . . . ordinarium ſervientem, & ſupraſcriptum Magnif. Joſephum Antonium de .... Actualem Actuarium Curiæ ejuſdem Terræ Calvelli, & in fidem ſignavi.

Per mortem Procuratoris impeditur quoque liquidatio inſtrumenti; etenim expedita citatione ſuper tenore inſtrumenti ſi admiſſus fuerit procu-
15 rator ad opponendas exceptiones, & conſequenter liquidationem impediverit; ſi pendente diſcuſſione exceptionum moriatur, non poterit procedi ad ulteriora in cauſa, niſi iterum reus citetur, ut refert deciſum ab olim Regio Collaterali Conſilio Thor. *in compend. deciſ. part.* 3. *v. citatio facta ſuper tenore &c. penes Maradei de præſent. inſtrument. cap.* 14. *num.* 391.

Impeditur quoque liquidatio, imo irritatur, quando doloſè facta eſt, fraudolenter, & malis artibus, & penes Conſil. Prat. *in reſp. fiſcal.* 14.
16 *&* 15. creditor, qui doloſè liquidavit, fuit condemnatus in Inſulam per ſeptennium; puta quando creditor citat debitorem in una Banca, & ad vitandas oppoſitiones Rei, diſcuſſo inſtrumento è proceſſu in alia Banca eum citat, & contumaciam liquidat. Thot. *in compend. dec. par.* 3. *ſect.* 2. *v. liquidatio inſtrumenti*. Et in caſu ſimili teſtatur Marad. *in prax. inſtrum. cap.* 14. *nu.* 143., ſe obtinuiſſe, ut ob fraudolentam, & attentatam doloſè liquidationem procederetur ad carcerationem creditoris, ejusque Procuratoris.

Huic fraudi hodie ex opportuna providentia noſtri Regis Invictiſſimi locus non eſt; etenim
17 a *Regia Pragm.* 18. *Martii* 1738. *in* §. v. *per la Vicaria civile nu.* 1x. ſuperius tranſcripto, ſtatutum eſt, ne inſtrumentum ſemel in una Banca præſentatum poſſit amplius creditori conſignari ſub poena amiſſionis quartæ portionis crediti, & aliis ad M. C. V. arbitrium, quod Actorum Magiſter debeat ſcribere exhibitionis actum, ſeu præſentatam, cum explicatione Bancæ, & Judicis ſubſcriptione; quod certiores reddat omnes alios Actorum Magiſtros, cum explicatione Notarii, partium, & dicti inſtrumenti, ne ad aliam citationem procedant, ſub pœna amiſſionis officii; Imo debitori licentiato datur copia authentica decreti: *quod licentietur*,
18 quod eidem ſit quædam ſalvaguardia ad vitandas moleſtias.

Redditur quoque nulla citatio, & liquidatio, quæ ultra ſummam verè debitam facta eſt, quod apparere poterit ex partitis Banci, vel aliis ſo-
19 lutionibus, & corruit etiam decretum, *quod pœna ponatur &c.* Capyc. latr. *dec.* 152. *lib.* 2. Gizzarell. *dec.* 20. Reg. Merlin. *controv. forenſ.*
20 *cap.* 27. *nu.* 47. Petr. *ſup. Rit.* 166. *nu.* 211. *penes* Marad. *in ſingul. annot.* 200. *nu.* 20. P. de Afflict. *in append ad controv.* 13. *nu.* 46. *& ſeq.* Hodiern. ad Surd. *dec.* 65. *nu.* 13. *ad* 25. Altimar. *de nullit. rubr.* 5. *qu.* 7. *nu.* 25.

Imo in totum corruit liquidatio, quæ ultra ſummam verè debitam facta eſt, nec viget re-
21 gula, *quod utile per inutile non vitiatur*, quia ſumus in individuis, ubi totum non ſubſiſtit ob ejus individuitatem. Petr. *ad Capyc. dec.* 51. Marſil. *lib.* 2. *controv.* 22. Marotta *forenſ. cap.* 27. *nu* 47.; ideoque nulla eſt ſententia, qua quis condemnatur ad majorem ſummam, quam verè debetur, niſi ſententia diverſas ſummas,
22. & diverſa capita contineret. Gratian. *forenſ. diſcept. cap.* 15. *nu.* 24. Puteus *dec.* 323. *nu.* 3. Capyc. latr. *lib.* 1. *dec.* 83. *num.* 10. Sanfel. *lib* 1. *dec.* 304.

Eſt notandum inter hæc miſcellanea, quod citatio ſuper tenore inſtrumenti non poteſt fieri ab Alguzerio ſcribere neſciente, & licet Ricc. *in cap.* 9. *nu.* 3. *de inſtrument. liquidat.* ſcripſerit
23. *quod ſi in illa Curia, vel Oppido non erit Alguzerius, qui ſciat ſaltim ſubſcribere ſuum nomen, & cognomen, ibi ſolet Actuarius Curiæ citare ſuper tenore inſtrumenti*; attamen hæc praxis non da plano admittitur, imò in contrarium circumferuntur exempla. In anno 1717. in Civitate Molæ Bari, ubi Gubernatoris, & Judicis munere
24 fungebatur U. J. D. D. Jo: Marinus Pepe civitatis Nuceriæ Paganorum, qui in pluribus Regni partibus conſpicuis condecoratus muneribus; uſque ad annum 1729.; nunc his Supremis Tribunalibus ſtrenuè incumbit, cum procedi deberet ad liquidationem inſtrumenti contra Vitum Rotondi ad inſtantiam modeſti Maurelli, & non adeſſet Alguzerius ſcribens, juxta ſupraſcriptum *Riccii* monitum, Actuarius Curiæ coram teſtibus citationis actum fecit, & retulit; ſed expeditis, ſervatis de jure ſervandis, literis executorialibus, adverſus ipſas in Audientia ſecundarum cauſarum nullitates propoſitæ fuerunt, inter quas hæc tantum obſtetit, quod huiuſmodi citatio omnino ab Alguzerio ſcribente perficienda erat, non autem ab Actuario Curiæ, cui permittitur citatio aliorum actorum tantum, ut in terminis, *Auctores a Ricc.* allegati loquuntur.

His ſtantibus in aliis liquidationibus inſtrumentorum U. J. D. Pepe alium modum invenit
25 citandi, quo Regiis Pragmaticis virtualiter ſaltem ſatisfieret, ubi Alguzerius ſcribens non adeſſet, ut ſcilicet hæc citatio fieret ab Actorum Ordinario Magiſtro cum Gubernatoris interventu, & aſſiſtentia Jurati, & Teſtium fide dignorum, & vocando oretenus debitores in Curia, vel previo acceſſu dictæ Curiæ cum teſtibus ad domum ſolitæ habitationis debitorum, eos citando perſonaliter, vel domi; & hic actus ſcriberetur ab Actuario exprimendo interventum, & acceſſum Curiæ, ſubſcriptus ad majorem cautelam etiam a dictis Teſtibus; & cum ſic peractis citationibus, & liquidationibus tranſmiſſis actis ad Regias Audientias Provinciales, M. C. V., & S.R.C. in caſu gravaminis, non obſtantibus nullitatibus propoſitis adverſus hanc novam methodum, ſemper tamen validæ, & firmæ approbatæ fuerunt hujuſmodi liquidationes factæ.

Quæri hic haud inutiliter poſſet, ad quem Baronem, & Judicem cauſa liquidationis ſpectet, ad civilem, aut criminalem? ſed nulli dubium

26 est spectare ad criminalem. Galter *part. 3. prax.*
crim. rer. audiantur excusationes num. 3. de Marin.
lib. 2. *cap.* 53. *num.* 14., quia est causa crimina-
lis, adeo ut quando decretum S. R. C. est uni-
forme illi M. C. V. non datur reclamatio in cau-
sis liquidationis, & executioni demandatur decre-
tum omni reclamatione remota, sicut in omnibus
aliis causis criminalibus, quod non servatur in ci-
27 vilibus. De Franch. *dec.* 510. *num.* 17. Thor.
par. 3. *compend. dec. v. Reclamatio*, Novar. t. *fo-*
rens. cap. 15. Adeo ut in generali indulto, & ab-
28 solutione censetur remissa etiam pœna applican-
da Fisco, quæ ex instrumentorum liquidatione
resultat. Moles *decis.* 6. *qu.* 7. de Marin. *ad*
Revert. dec. 5 *&* 9. *num.* 2. *glo's. in l aut damna ff. de pœn* Cetera ad hunc articulum perti-
nentia in mea addit. ad prax. de foro compet. Ricc.
invenies.

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM.

De praxi procedendi per querelam de perjurio contra debitorem juratum, promissionem non servantem.

PAucia hic te compescam, beneguissime Lector; etenim cum in nimis arida materia versemur, ut potè materiam agentes jam desuetam, & omnino perditam, nihil notatu dignum, aut inveniri, aut existimari debet; sed ne injuriam nostro inferamus instituto, nil videlicet intactum, nil saltem degustatum prætermittendi, aliquas adnecte re observationes menti inhæret; ideo Riccium sequens, in duobus capitibus scribam; Primo scilicet.

I. CAP. De Pluribus, in quibus convenit Querela Perjurii cum liquidatione instrumenti via Ritus M. C. V.

II. CAP Secundò, De Differentiis inter querelam de Perjurio, et Judicium liquidationis.

ADDIT. DE CARO AD CAP. I.

De Pluribus, in quibus convenit querela Perjurii cum liquidatione instrumenti via Ritus M. C. V.

1. *In hoc judicio, ut in illo liquidationis notificationes fieri possunt personaliter, & domi.*
2. *Prima contumacia accusabatur per Creditorem, & non per procuratorem.*
3. *Quid si Creditor vellet elapso triduo accusare ultimam contumaciam?*
4. *Quando citatio dicitur circumducta?*
5. *Hodiè quid servetur circa contumacias?*

COnvenit quoque hoc judicium cum illo li-
quidationis circa notificationem, quæ in utro-
1 que & domi, & personaliter fieri potest. *Nunt.*
Tartagl, in prax. civil. cap. 1. *nu.* 51. *cum addit.*
Grimaldi, & Francisci Risbaldi loc. cit., quia no-
tificatione sequuta per Creditorem, & non per
2 procuratorem accusabatur prima contumacia in ul-
timo die termini dati ad comparendum, &
elapso triduo prima Curia sedente pro Tri-
bunali accusabatur ultima contumacia simplici-
ter per Creditorem personaliter Comparentem:
3 Sed si Creditor nollet in dicta prima Curia ela-
pso triduo accusare contumaci in ultimam, &
debitor citatus esset in civitate Neapolitana, pos-
set quandocumque voluerit creditor Curia seden-
te intra mensem dictam ultimam contumaciam
accusare, si debitor citatus esset extra civitatem,
& suburbia, intra duos menses. *Rit. M. C. V.*
4 166. *&* *Tartagl. loc. cit.* quo termino elapso ci-
tatio dicitur circumducta, & denuò debet rela-
xari: Sed debitore comparente in ultimo perem-
ptorio, proceditur ad litis contestationem, per
juramenti delationem, ut in *seq. cap.* dicam.

Hæc erat antiqua methodus accusandi contu-
macias, quæ hodie non omnino eadem est, nam
in S. R. C. ob ejus æquitatem in ultimo die ter-
5 mini non incusatur prima contumacia, sed in-
tegro elapso ultimo die dato ad comparendum,
quod in aliis quoque Curiis passim servari cæ-
pit, etiam pro executione ordinum realium om-
nibus Regiis Audientiis directorum, ut alibi
fusissimo tradam calamo.

ADDIT. DE CARO AD CAP. II.

De Differentiis inter querelam de Perjurio, & Judicium liquidationis instrumenti via Ritus M. C. V.

1. *Juramentum quomodo deferebatur debitori.*
2. *Praxis procedendi, quando reus confitebatur debitum.*
3. *Praxis quando negabat.*
4. *Si negabat, carcerari non poterat.*
5. *U. J. D. D. Dominicus Broja laudatur.*
6. *Praxis procedendi ad publicationem, & citationem, etiam contra fidejussorem.*
7. *Nisi compareat, reputatur contumax.*
8. *Si compareat, quid fit?*
9. *Quid si compareat post peremptorium, intra mensem?*

JUramentum a Riccio *sub num.* 2. enunciatum
in hoc judicio defertur debitori creditore præ-
1 sente de facie ad faciem coram Judice, qui de-
bitorem interrogat: *An instrumentum sit verum,*
& an teneatur ad summam in instrumento conten-
tam?

Si confiteatur, instrumentum esse verum, &
teneri ad summam contentam in eodem, pra-
xis est, fieri præceptum, *quod stante juramento*
2 *præstito, & confessione facta coram judice, &c.,*
instrumentum in actis deductum esse verum, cum
omnibus in eodem contentis &c. solvat debitum, &
pœnam, & non discedat a Palatio, donec aliter
fuerit provisum &c.

Si vero debitor neget, datur terminus in cau-
sa ad probandum incumbentia, præstita prius
3 cautione per ipsum debitorem de stando juri,
& de se præsentando tempore publicationis, re-
fectis expensis, ac soluta pœna Fisco ad ratio-
nem grani unius pro quolibet ducato, quibus
adimpletis, proceditur ad ulteriora.

Neque potest carcerari Reus, si neget, quia
licet perjurium inter criminalia judicia connu-
4 meretur; si tamen neget in judicio, etiamsi de
perjurio specifice inquisitus interrogetur, non
potest dici perjurus, & pœna nequit affici, pro-
ut fundat U. J. D. D. Dominicus Broja
Patritius Nuceriæ Paganorum, juris utrius-
que peritissimus, cujus res scriptæ satis amplam
famæ tribuunt materiam, in ejus addit. *ad Prax.*
5 *crimin. U. J. D. Francisci Broja* ejus Patrui *cu.*
v. ad nu. 93. *de Perjurio.*

Tempore publicationis fit citatio ad se præ-
sentandum tam contra debitorem, quam contra
ejus fidejussorem, quo non comparente, accusa-
6 tur pœna fidejussionis, reputatur contumax, &
7 elapso mense exequitur contra ipsum realiter,
& personaliter pro capitali, expensis, & pœna,
ut supra &c.

Si vero compareat, tenetur præstare fidejus-
sionem, de stando juri, & solvendo judicatum,
8 quam nisi præstiterit, detrudetur in carceribus,
ipsoque carcerato, proceditur ad ulteriora in
causa, & hoc quando debitor comparet in ulti-
mo peremptorio juxta praxim a d. *Tartagl.* scri-
ptam *loc. cit. cap.* 1. *nu.* 51.

Si vero compareat post peremptorium, sed in-
tra mensem prædictum, admittitur purgata con-
9 tumacia, soluta pœna Fisco, parti expensis, ac
præstita cautione, ut supra &c. Et hæc pro pra-
xi de Perjurio.

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM.

De Associatione familiæ Curiæ.

1. *Hic titulus desuevit, ut antecedens.*
2. *Sed optimè Riccius de eo scripsit, & ratio?*
3. *Historiæ utiles sunt, etiam juri.*
4. *Tituli divisio.*

HIc tertius titulus antecedentis sortem nanci-
scitur, uterque enim ab aula recessit, &
desuevit, ut idem *Ricc. sub num. 7. cap. unic.*
1 *sequens.* testatur, sed jure merito illius praxim
in memoriam revocavit, ne antiqui authores ob-
2 scuritatem tyronibus offerant; ne illius historia
saltem lateret, cujus utilissima est exercitatio,
& disciplina ad res civiles; juxta *Polib. lib. 1.*
3 imo *utiles ad publicas deliberationes rerum gestarum
historiæ sunt. Aristot. lib. 3. Rhet. cap. 5.*; Pro-
dest ad veterem Tribunalium stylum, veterem
4 formam capessendam, ad eorundem vicissitudi-
nes, & rerum omnium humanarum connume-
randas.

Hic titulus unico capite complectitur, v3.

ADDIT. DE CARO AD CAP. UNICUM.

1. *An quis electa via ordinaria possit variare, & asso-
ciationem petere?*
2. *Doctores pro affirmativa adducuntur.*
3. *Doctores pro negativa referuntur.*
4. *Conciliatio, & conclusio.*
5. *Quando instrumento cautum est, ut etiam non li-
quidato negotio possit creditor bona debitoris ca-
pere, potest hoc pacto uti etiam contra singularem
successorem.*

QUæstio hic excitari posset; Si quis habens in-
strumentum cum constituto, & potestate ca-
piendi bona debitoris propria auctoritate, eli-
1 gat viam ordinariam, an possit postmodum va-
riare, & associationem petere, & propria au-
thoritate bona debitoris capere?

*Gloss. in L. Proindè §. notandum, ff. ad Leg.
Aquil. Romani. cons. 95. nu. 28.* in civilibus af-
2 firmant; *Alexand. tamen in cons. 130. 131. 132.
4. vol. & dec. in cons. 146. & 460.* nulla men-
3 tione facta dictæ *gloss.* contrarium sustinent. *Dec.
in d. cons. 146.* conciliat, sibi præjudicare cre-
ditorem, quando lis fuisset contestata, etiam
non obstante protestatione; & licet *Marant. in
suo Spec. in 4. disp.* respondens *ad d. gloss.* con-
4 tradicat, quod procedat, quando actor habens
confessionem Rei, voluit in causa dari terminum,
& fieri processum, secundum quem ordinarie
ferri debet sententia; attamen idem *Marant. in
eo spec. par. 6. n. 31.* contrarium dicit, & ma-
ximè, qui hodie in omnibus fere instrumen-
tis adest clausula, quod una via electa, alte-
ra non tollatur. *Cotta in versic. pacta executi-
va &c.*

Quando in instrumento dictum est, quod etiam
non liquidato negotio possit creditor bona debi-
5 toris capere, virtute constituti, & precarii po-
test hoc pactum exercere, etiam contra singu-
larem successorem, & contradictore existente,
*idem Cotta loc. cit. Socc. in cons. 82. sup. quæst.
per tot. 3. vol. Goza. in cons. 42. Nicol. in tract.
de pign in 4. par. in princ. Tiraquell. in tract.
de const. poss. in 1. par. n. 42. Afflict. in const. Re-
gni pacis cultum &c.*

ADDIT. DE CARO AD PRÆLUDIUM

De via executiva vigore Reg. Prag. de censibus.

1. *Liquidationis judicium ut plurimùm vitatur ab Ad-
vocatis.*
2. *Via executiva civilis duplex est.*
3. *Census unde introductus.*
4. *Ejus definitio.*
5. *Tituli divisio.*

1 SOlent plerunque Advocati liquidationis ju-
dicium effugere, ob ejus præsertim rigorem,
solemnitatum observantiam, in Reo non minus,
quam in Actore requisitarum; ita ut etiam Actor
suis occurat periculis, quando non rectè insti-
tuitur judicium, né ad imparia cum Reo judice-
tur; tum etiam quia majori Advocatos afficit
fastidio, & labore, ideo via executiva civilis
frequentior est criminali, & usitatior. Hæc via
civilis executiva duplex est, una virtute *Reg.
Pragm. de censib.*, altera vigore pacti in instru-
2 mento appositi, sed utraque per præcepta exple-
tur, ut inferius videbitur.

Census dicitur a censendo, Romanorum tem-
pore erat tributum solvendum a civibus juxta
3 valorem bonorum, ortum habuit a Servio Tul-
lio Romanorum Rege, qui primus indixit pa-
trimonii æstimationem. *Tit. Liv. lib. 1. &c.*
Definitur. *Jus percipiendi pensionem ex re utili,
4 seu frugifera.* Licitus est, si nullam tegat frau-
dem, ut patet ex Bulla Summorum Pontificum
*Nicolai V. Pii V. Gregorii XIII. &c. De Fran.
ch. dec. 253. nu. 1.*

Sed ne a nostro instituto in prolixa materie
5 aberremus, dividemus hunc quartum titulum
juxta Riccii morem in duo capita, v3.

I. Cap. De via executiva contra Principalem,
vel contra heredem.

II. Cap. De via executiva contra tertium pos-
sessorem.

ADDIT. DE CARO AD CAP. I.

De via executiva contra Principalem, vel
heredem.

1. *In judiciis executivis ante omnia adimplenda est
exceptio legitimationis.*
2. *In ordinariis ante sententiam.*
3. *Census duo genera.*
4. *Reservativus quid sit?*
5. *Consignativus quid?*
6. *Quocumque titulo constituitur.*
7. *Formula constitutionis census prædicti:*
8. *In constitutione census sufficit creditum reale.*
9. *Etiam fides Banci, & quomodo?*
10. *Actio census quæ de jure communi.*
11. *Quænam de jure Regni?*
12. *Quid servetur in Civitate, & quid in aliis Cu-
riis Regni?*
13. *Quæ remedia produci possint per Reum in hoc ju-
dicio?*
14. *Ultimæ Regiæ Pragmaticæ Capitulum transcri-
bitur?*
15. *Tertiæ tertiarum an peti possint?*
16. *Transcribitur regale rescriptum in materia census
vitalitii.*

IN Judiciis executivis ante omnia adimplenda est
exceptio legitimationis personæ, seu antè omnia
legitimanda est persona, etiamsi veniat nomine
1 proprio, hereditario &c.; sic docet &c. *Rosa
in prax. civ. decret. cap. 1. num. 91.* Et executio
non potest fieri, nisi prius constet aliquem esse
heredem, cessionarium &c., sicut in judicio or-
dinario non potest interponi sententia, quæ reum
2 condamnet, nisi legitimata persona *Bart. cons.
15. vol. 1. Alciat. in l. stipulationem §. ex his num.
11. de verb. obligat.* Hyppol. *de Marsil. singul. 26. &c.*

Censuales contractus licet permulti sint, ad
duo tamen præcipuè genera restringuntur, re-
3 servativum scilicet, & consignativum. Reser-
vativus census est, quo quis transfert rem suam
in alium quoad dominium directum, & utile,
4 reservata sibi annua pensione super eadem re.
*Cenc. de censib. qu. 1. art. 1. num. 6. Menoch. lib. 10.
cons. 93. num. 12. de Marin. cap. 232. resol. tom. 1.*

Consignativus census est, quo quis retenta re
sua, ejusque usu, dat alteri jus exigendi in illa
5 re certam pensionem menstruam, vel annuam.
Leotard. cons. 162. Avendan. cons. 32. de Ponte dec.

30. *num.* 2. *Petr. Rit.* 20. *&c.*; In qua specie nec utile, nec directum dominium transfertur, etiam si Notarius in instrumento dicat, *cum rata dominii &c.*; nam talis clausula de stylo Notariorum non potest mutare substantiam contractus. *De Marin. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 1. *de Franch. decis.* 159. *num.* 3.

Hic census constitui potest quocumque titulo, & in hujus census emptione necessario requiritur pecunia numerata, quæ non requirebatur an-
6 te Bullam Pii V., & hic proprie est census, de quo loquitur nostra *Reg. Pragm.* 1. *de censib.*, in qua inserta est Bulla Nicolai V. Summ. Pontif., *Gratian. cap.* 786. *num.* 14. *Cenc. de cens. part.* 2. *cap.* 1. *art.* 6. *num* 13.

Pro majori expositarum rerum enucleatione subnectitur formula, qua constituitur census prædictus, de quo loquitur eadem relata *Reg. Pragm. de censib. E. G.*

Die XI. mensis Maii sextæ indictionis 1713.
7 in hac Civitate Castriveteris Regente &c. Constituti in nostri præsentia Catharina Cundo Vidua qu. Joannis G sparis Lucano jure romano vivens, ut dicit, Clericus Joseph, & Vincentius Lucano mater, & filii in solidum, qui Clericus Joseph consentiens prius in nos &c. agentes, & intervenientes ad infrascripta omnia pro se ipsis, & quolibet ipsorum, eorumque heredibus, & successoribus, &c. ex una parte.

Et magnificus Prosperus Asciuta de eadem Civitate Castri veteris agens similiter interveniens ad infrascripta omnia pro se, suisq; heredibus, & successoribus, ex altera &c. Præfati vero Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius mater & filii insolidum sponte asseruerunt coram nostram nobis, & dicto magnifico Prospero præsente &c. Ipsos Catharinam, Clericum Joseph, & Vincentium habere, tenere, & possidere juste &c. tanquam veros Dominos, & Patronos infrascripta bona v3. quandam domum palatiatam sitam, & positam in hac Civitate Castriveteris in Parochia S. Blasii juxta domum Antonii Livella, domum Joseph Cuniglio, & viam publicam, francam dictam domum ab omni onere &c., & quendam locum cum oleia, moris nigris, & aliis arboribus fructiferis, situm & positum in Territorio hujus Civitatis in loco, ubi dicitur a 20. mano juxta bona Abbatiæ Mileti, & Marchionalis Curiæ hujus Civitatis, francum dictum locum ab omni onere &c.

Et facta assertione prædicta præfati Catherina, Clericus Joseph, & Vincentius pro nonnullis eorum necessitatibus, & utilitatibus, & ut emant quendam locum olearum a Joanne Bonazza, ut dicunt, sicut ad conventionem devenerunt cum dicto magnifico Prospero præsente &c., & præsertim quia sic eis placuit, & placet, sponte coram nobis non vi dolo &c. sed omni meliori via &c. ex nunc libere cum infrascripta tamen conditione redimendi quandocumque, & non aliter vendiderunt, & alienaverunt, ac per fustem, seu quasi jure proprio, & in perpetuum assignaverunt dicto magnifico Prospero præsenti &c. annuos carolenos triginta duos ad rationem ducatorum octo per centum servata forma Bullæ &c. Regiæ Pragmaticæ &c. de, & super primis fructibus, pigionibus, & introitibus suprascriptorum loci, & domus ut supra, nec non super omnibus, & quibuscumque aliis bonis, censibus, introitibus, & juribus præsentibus, & futuris dictorum Catharinæ, Clerici Joseph, & Vincentii cum potestate variandi &c. Ita quod specialitas generalitati non deroget &c. nec e contra, francos tamen, liberos, & exemptos dictos annuos carolenos triginta duos ab omni onere &c.

Et hoc pro convento, & finito pretio ducatorum quadraginta, quos quidem ducatos quadraginta præfati Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius mater, & filii insolidum sponte coram nobis personaliter receperunt, & habuerunt a dicto magnifico Prospero præsente &c. consistentes in tot monetis argenti usualis in hoc Regno Neapolis numeratis per manus infrascripti Regii Judicis, renunciantes &c. exceptioni &c.

De quo quidem pretio præfati Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius sponte coram nobis vocaverunt se ipsos bene contentos a dicto magnifico Prospero præsente &c., & ubi dicti annui caroleni triginta duo ut supra venditi cum juribus, &c. plus forte valerent dicto pretio, illud plus, &c. præfati Catharina, Clericus, Joseph, & Vincentius propter nonnulla grata ipsis per dictum magnificum Prosperum præstita &c. sponte coram nobis eidem magnifico Prospero præsenti, &c. donaverunt &c., & quod dicta donatio &c. renunciantes &c.

Ita quod ex nunc in antea, & in perpetuum dicti annui caroleni triginta duo, ut supra venditi cum juribus &c. transeant, & sint in pleno jure, dominio, possessione, & perceptione &c. dicti magnifici Prosperi &c. ad habendum &c. tenendum &c. petendum, percipiendum &c. vendendum &c. cedentes &c. omne jus ipsis competens &c. contra, & adversus personas quascumque ratione, & causa supradictorum annuorum carolenorum triginta duorum, ac in, & super eisdem annuis carolenis triginta duobus, ut supra venditis cum eorum juribus &c. quocumque modo &c. ponentes &c., & constituentes &c. quoniam nullum jus &c., & constituerunt se dictos annuos carolenos triginta duos, ut supra venditos per simplex constitutum &c. teneri volentes lege, jure, & usu &c.

Et promiserunt, & convenerunt præfati Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius sollemni stipulatione &c. dicto magn. Prospero præsenti &c. venditionem, alienationem, cessionem, & renunciationem prædictas &c, ac omnia prædicta &c. semper &c. habere &c. ratas &c., se rata &c., & contra non facere ratione aliqua &c. Nec non dictos annuos carolenos triginta duos, dictosque domum, & locum ratione ipsorum cum juribus &c., & possessionem, & perceptionem ipsorum in judicio, & extra ex nunc semper & in perpetuum eidem magnifico Prospero &c. defendere, & antestare &c., ac de evictione teneri tam de jure, quam de facto, & pro quacumque causa, & violentia etiam vi forte inferenda generaliter, & specialiter ab omnibus hominibus &c., omnemque litem in se ipsos assumere, integreque reficere omnia, & singula damna &c.

Insuper præfati Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius ad majorem cautelam, & securitatem dicti magnifici Prosperi &c. promittunt de propria pecunia, & aliis censibus, introitibus, & juribus ipsorum dare, & solvere &c. in hac Civitate Castri dicto magnifico Prospero &c. prædictos annuos carolenos triginta duos quolibet anno in quolibet mense Maii sexto idus Majas, hoc est alli diece del mese di Maggio, & incipere, & facere primam solutionem sexto idus Maii primi venturi intrantis 1714. pro rata temporis, & deinde in antea continuare integram solutionem in pace &c., ac non obstante quacumque exceptione, etiam liquida præventione &c. absque diminutione &c.

Tali quidem pacto, quod tam in casu, quo forte per dictas Cathssiuam, Clericum Joseph, & Vincentium constaretur, seu deficeretur dicto ma-

gni-

gnifico Prospero &c. solutio supradictorum annuorum carolenorum triginta duorum per annum, & mensem unum continuos, quam in casu nullitatis, invaliditatis, seu rescissionis præsentia contractus venditionis, vel non veræ assertionis factæ, aut in casu quo ex dictis domo, & loco, super quibus facta est præsens venditio anno quolibet non pervenirent, & perciperentur dicti annui caroleni triginta duo &c., ac deductis omnibus deducendis, vel in casu inobservantiæ cujuslibet contentorum in præsenti contractu, tali casu, & quolibet ipsorum teneantur, & debeant dicti Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius &c. restituere, & solvere in hac Civitate Castriveteria dicto magnifico Prospero &c. supradictoa ducatos quadraginta capitalis cum omnibus annatis decursis, & decurrendis illorum usque in diem restitutionis capitalis prædicti cum omnibus damnis, expensis, & interesse propterea forte patiendis, & faciendis in judicio, & extra, & quod non possint purgare moram, &si venirent sacculo parato, cui &c.

Cum pacto, quod præsens instrumentum pro consecutione, & exactione supradictorum annuorum carolenorum trigiata duorum in qualibet annata ipsorum, seu pretii prædicti capitalis in casibus prædictis possit per dictum magn. Prosperum &c. criminaliter liquidari, ac pro liquido produci contra prædictos Catharinam, Clericum Joseph, & Vincentium, matrem, & filios insolidum in omni Curia, loco, & foro secundum formam ritus M. C. V., more pensionum domorum Civitatis Neapolis, & obligationum liquidarum dictæ Magnæ Curiæ &c. renunciantes cum iuramento tactis scripturis, & pectore respectivè præfati Catharina, Clericus Joseph, & Vincentius anthent: præsenti Cod. de duobus, vel pluribus reia insolidum obligatia &c., & præsertim dicta Catharina renunciavit Senat. Con. Vell., omniq; alio legum auxilio in favore mulierum &c.

Sub infrascripta tamen conditione, sub qua intelligatur præsens facta venditio, & non aliter, quod dictus magnificus Prosperus, suique heredes &c. teneantur retrovendere dictos annuos carolenos triginta duos quandocumque, nulla data temporia præscriptione pro eodem pretio ducatorum quadraginta per ipsos Catharinam, Clericum Joseph, & Vincentium in una vice solvendo cum omnibus annatis decursis, & decurrendis illorum usque in diem restitutionis capitalis prædicti, & de retroventitione prædicta cautelare dictos Catharinam, Clericum Joseph, & Vincentium per publicum instrumentum, promissione evictionis, & defensionis dictorom introituum retrovendendorum ab habentibua ab eo causa tantum, & non aliter &c.

Pro quibus omnibus, & singulis sic firmiter observandia pro ratis, & firmis habendis, & inviolabiliter adimplendis &c. præfatæ Partes ipsæ, & quælibet ipsarum, earumque heredes, & successores &c., & bona earum omnia præsentia, & futura &c. una pars alteri, & altera alteri respectivè, ut supra præsentibus &c. sub pœna, & ad plenam dupli medietate &c. cum potestate capiendi, &c. constitutione precarii &c., & renunciaverunt, ut juraverunt tactia scripturis, & dictus Clericus Joseph juravit tacto pectore more Clericorum, unde &c. *Præsentibus opportunis*.

Ab actis protocolli mei subscripti Notarii præsens extracta est copia, quibus collatione mediante concordat, melioti collatione semper salva, & ad fidem præsentem copiam mea propria manu scripsi, subscripsi, & meo solito, quo utor signo signavi rogatua, & requisitus &c.

Idem qui supra. Ita est ego Thomas Maurello de Civitate prædicta Castriveteris Regia authoritate Notarius mauq, signoque propriis &c.

In constitutione census admittitur quoque creditum, sed debet esse reale, noc sufficit fides de
pratio, Partis confessio, aut juramentum renun-
8 ciationis exceptioni non numeratæ pecuniæ, Ca-
pyc. latr. *lib.* 1. *consult.* 70. *num.* 34. Petra Rit.
237. *num.* 27. Staib. *lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 6. Et
sufficit fides Banci, quæ vim habet realis solu-
tionis, si tamen effectivè pecuniam in vendito-
rem incidat: alias esset venditio absquè pretio,
9 quæ non subsistit. De Marin. *tom.* 3. *allegat.* 84.
num. 22. Capyc. latr. *tom.* 2. *consult.* 150. *nu.* 7.
Cenc. *de censib. par.* 2. *cap.* 1. *qu.* 1. *art.* 7. *nu.* 13.

Actio, quæ competit pro censu de jure com-
10 muni est hypothecaria. Anth. *hoc si debitor C.*
de pignori hypoth. Gam. *dec.* 145. Covar. 3. *var.*
cap. 2. *num.* 6. De jure Regni *ex Pragm.* 1. *de*
censib., ubi Rovit. *num.* 20. competit executio
realis, & personalis, quæ Regia Pragmatica li-
cet quasi desuevit quoad executionem personalem
in Tribunalibus nostræ Civitatis, in Curiis ta-
11 men Regni est in viridi observantie, ita ut rea-
liter, & personaliter exequatur debitor censualis
præstationis. In Civitate utimur tantùm via
præceptiva, sicut in via executiva civili vigore
pacti inferius dicemus: illud autem hic præte-
12 reundum non est, in judiciis executivis hodie
non amplius tria præcepta, sed duo tantum or-
dinari debere, & contra secundum non posse pro-
duci remedium instantiæ *contrarii imperii*, quo-
13 tiea adversus primum minime productum est,
ex dispositione novissimæ Regiæ Pragmat. diei
18. Martii 1738. §. 1. *num.* 11. tenória sequentis.

XI. Che ne' giudizj esecutivi non si possano
ordinare più che due Precetti, ed indi si venga
14 alla spedizione, e consegna delle Lettere ese-
cutoriali; E l'istanza di contrario imperio non
essendosi prodotta avverso il primo precetto, non
si possa più produrre dopo che sia fatto il secon-
do precetto, colla clausola *præcisè*, *&* *peremptoriè* restando però fermi i gravami, che si possono
produrre nel Sacro Consiglio.

Posset hic quæri, an repeti possint tertiæ ter-
tiarum non solutarum a Debitore? Sed ne extra
15 rem laboremua, remitto lectorem ad scripta
per Præsid. de Franch. in singul. decis. 254. Fab.
Ann. *cons.* 30. *&* 48. Ruin. *cons* 54. *vol.* 2. La-
nar. *cons.* 79. Castill. *dec.* 22., *&* 29. Rovit.
dec. 9. *&c.*

16 Addi potest ordo S. M. sub die 10. Novem-
bria 1743. directus omnibus Tribunalibus in materia contractus vitalitii videlicet.

Al Presidente del S. C.

COn motivo de la causa, que pende en este Tribunal del S. C. entre D. Juan Battista Follerio, y el Duque de Limatola D. Juan Mastellone, paraque se declare nulla la vendita hecha pro el dicho D. Juan Battista al referido Duque de 140. ducados vitalicios pro capital de mil ducados, respecto que viene a computarse a razon del 14. por ciento, y por las diferentes Decisiones, como ha considerado dicho S. C., que en varios tiempos se han hecho por el dicho Tribunal en semejantes causas, como tambian por lo que permite la Pragmatica 2. *de censibus* sobre este adsumpto; Suplicò el mismo Tribunal a S. M. con Representacion de 15. de Enero proximo pasado se dignasse prescriver una norma, y establecimiento fixo, y general, con el qual pudiesse dicho Tribunal regularizasi en la expresada causa entre los dichos D. Juan

Bat-

Battista, y el Duque de Limatola; como en las demas, que an adelaute se ofrecieren sobre el mismo; adsumpto; Y aviendo hecho presente al Rey Nuestro Señor todo lo que este Tribunal ha expuesto en la expressada Representacion; Me manda S. M. decir a V. S. disponga, que el S. C. por los dichos contratos vitalicios, sin atender la disposicion de la citada Pragmatica 2. *de censibus*: pueda, y deva hazer uso de a quel justo, y prudente arbitrio, que puede mover la mente, y razon de un recto Juez en el decifrarmento de tal materia, con la consideracion de todas las circumstantias; que pueden reguardarse, tieniendose mira a la qualidad de la cosa vendida, al peligro, a la tardanza, y a la solicitud de la exaction, a la complexion, edad, y salud del vendedor, a la consuetud presente del lugar, en donde el contrato se ha stipulado, a la condicion de los contrahientes, al veridico motivo, y necessidad, que los ha motivo a contraher, como a la qualidad de cuerpos obligados; però que cada vez, que occurra decidir tales causas, se haga, antes de publicar decretos, Relacion a S. M. Dios guarde V. S. muchos annos como desseo. Palacio 20. Noviembre de 1744.

D. BERNARDO TANUCCI.

Señor Presidente del S. C.

Die 13. mensis Novembris 1744.

Exequatur Ordo S. M., deque eo Magnificus Secretarius S. C. certiores faciat omnes Regios Consiliorios; & conservetur in Libris notamentorum dicti S. R. C.

De Ippolito Praes.

Fuerunt tradita exemplaria praesentis Regalis Diplomatis singulis Regiis Consiliariis ejusdem S. R. C. Et ad fidem &c. Neapoli die 18. Mensis Novembris 1744.

Franciscus Porcelli S. R. C. a Secretis.

ADDIT. DE CARO AD CAP. II.

De Via executiva contra Tertuum Possessorem.

1. *Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
2. *Verba Pram. 1. de censib. transcribuntur.*
3. *Pactum executivum exercetur contra heredes.*
4. *De jure Regni executio est realis, & personalis.*
5. *In Tribunalibus nostris est difficilis executio personalis.*
6. *Allegatio pro Reg. Monasterio S. Clarae transcribitur.*
7. *Exponitur petitio.*
8. *Confessio contrahentium probat rem esse emphyteuticam.*
9. & 10. *Decisiones afferuntur.*
11. *Relatum est in referente.*
12. *Emphyteusis constituitur super solo, & super rebus fructiferis.*
13. *Ecclesia emphyteusim devolutam intra annum tenetur vendere.*
14. *Prelatus non praejudicat juribus Ecclesiae.*
15. *Ignorantio facti excludit praejudicium.*
16. *Laudemii onus quilibet subire tenetur.*
17. *Quindenniorum origo.*
18. *Allegatio contraria.*
19. *Factum causae narratur.*
20. & 22. *Assertiva simplex quando prodest?*
21. *In emphyteusi requiritur scriptura.*
23. *Dominium directum non probatur absque scriptura.*
24. & 25. *Contractus natura non ex verbis, sed ex clausulis dignoscitur.*
26. *In dubio non praesumitur emphyteusis.*
27. *In dubio contra Ecclesiam praesumitur contractus census reservativi.*
28. *Praecipue ubi practicatur census reservativus?*
29. *Contrariae opinioni respondetur.*
30. *Solutio non facta cui prosit, & quomodo?*
31. *Quando non declaratur in solutionibus emphyteusis, praesumitur census redimibilis.*
32. *Causa decisa fuit favore Regalis Monasterii S. Clarae.*

Nescio, quare distinctionibus hic uti debeamus quando Reg. *Pragm. de censib.* indistincte loquitur, posse contra Tertium Detentorem realiter, & personaliter exequi, ejus verba luce solari clariora sunt v3.

Plane circa executiones vigore contractuum hujusmodi censuolium faciendas, & exceptiones adversus eas quomodolibet opponendas certum, & determinatum ordinem dare volentes, hac edictali Lege perpetuo valitura sancimus, hujusmodi censuales contractus, seu instrumenta tanquam res judicatas, nulla provocatione suspensas promptam, & paratam executionem habere: Et non solum contra personas, res; & bona illorum, qui originaliter censualia hujusmodi vendiderint, nec non eorum fidejussorum, heredum, seu universalium successorum, sed etiam absque alia bonorum principalis debitoris discussione, contra personas, & bona quorumcumque singularium detentorum, rerum, jurium, vel bonorum, super quibus censualia ipsa fuerint specialiter ordinata, quandiu apud eos illorum detentio fuerit. Quae quidem exequutio nullo falsitatis, nullitatis, aut alterius cujusvis exceptionis objectu impediri valeat quomodolibet, vel differri, praeterquam realis solutionis, si de illa ante captionem personae debitoris, vel ejus bonorum, judicialem distinctionem legitime constituerit, autenticis documentis, vel aliis scripturis, plenam fidem facientibus, sed in causa executionis hujusmodi, in qua supra diximus, constare habeat, tractare volumus, & super causa invicem promissionis judicialis, contra quam instabitur, non audiatur, appellans, supplicans, vel recurrens, cognitione tamen ipsius allegatae solutionis, si ea non obstante ad ulteriora executionis processum fuerit, & aliarum quarumvis exceptionum, seu jurium utrique parti in alia judicii instantia reservata. Pensiones quidem hujusmodi censualium, neque apud debitores, neque penes Curiam ad cujusvis instantiam emparari, vel sequestrari possint, nisi qui sequestrum, vel emparam instituerit, de debito prius docuerit autentico documento.

Jus, & pactum executivum vim habet con-
3 tra principalem, & contra heredem, quia actiones, et obligationes omnes transeunt in heredes & contra heredes, praecipue in annuis introitibus. *Mauson. de caut. execut. ampliat.* 14 *n.* 20. 21. & 32. *Cenc. de censib. part.* 2. *cap* 2. *art.* 7. *nu.* 2. *vol. amplias. &c. Sesse dec. Aragon.* 88. *num.* 34. & 35.

De jure igitur Regni, prout in exposito capitulo *Regiae Pragm.* 1. *de censib.*, competit exe-
4 cutio realis, & personalis, etiam contra tertium possessorem, principali non discusso, donec resistuatur res specialiter obligata. Petr. de Gregorio *de cens. qu.* 6. *num.* 9.; quia jus annui census dicitur jus scriptum in re, atque adeo nascitur personalis actio in rem scripta Cenc. *post tract. de censib. dec.* 90. Mantica *dec.* 7. *nu.* 2. Gratian. *conf.* 930. *num.* 38. Glossan. *tract. de bon. ad grad. pon. cap.* 2. *num.* 75.

Primus casus Riccii, quo tertius possessor via executiva compelli possit, quando ipse emit cum onere solvendi censum, ad quod in specie se obligavit, locum habet, quia ex novo contractu nascitur nova obligatio, & fit quaedam novatio actionis, oriens ex pacto, & ex jurejurando personaliter praestito ab eodem tertio possessore, atque habetur tamquam principalis obligatus; & in

in hoc casu ego pluries obtinui viam executivam a M. C. V., & a S. R. C.; ceterum in aliis casibus est adeo difficilis, ut exempla
5 venire minime potui, & dicendum est, hanc Regiam Pragmaticam desuetudine affectam, demortuarum Legum fortunam sortitam fuisse in nostris Tribunalibus hujus Civitatis, non vero Regni, ubi consuetudo attendenda est.

Pro prædictorum confirmatione tyronibus prodesse existimo, dum in materia census allegationes quasdam adducam cum decisionis notitia dato termino, in quibus plurima digna scitu pro ejus materiei dilucidatione reperiuntur; eoque magis, quia lectissimorum ingeniorum nostræ Civitatis partus sunt, prout uberius in ipsis videre fas erit.

NEAPOLITANA EMPHYTEUSIS
P R O.
9 Regali Monasterio Sanctæ Claræ.
C O N T R A
Ven. Collegium S. Francisci Xavarii *PP.* Jesuitarum.
Coram Reverendiss. Domino Azzolino Cervinio Auditore in Reverendiss. Tribunali Nuntiaturæ Neapolitanæ
Penes Clericum Joseph Marescotti Notarium.
J. M. J.

REgale Monasterium Sanctæ Claræ hujus Civitatis Neapolis petit quamdam domum prope Regium Palatium, possessam a Venerabili Collegio *PP.* Jesuitarum nuncupato Sancti Francisci Xaverii, in sui beneficium causa directi dominii devolutam declarari, *Et successive* quatenus devolutio non esset practicabilis, condemnandos esse dictos RR. PP. ad solutionem laudemii ob alienationem dictæ domus, & quindenniorum tam pro præterito, quam in futurum, cum ea sit in manus Ecclesiasticas, quas aliqui mortuas, aliqui semper vivas appellant, ut ex petitione *fol.* 1.

Juri quidem consona petitio Regalis Monasterii procul dubio dignoscitur, ejusque directum dominium super domo non est ambigendum, si-
7 quidem domus prædicta in anno 1635. ab Eleonora Bentivoglio, quæ primo eam vendiderat cum pacto de retrovendendo Reverendo D. Francisco de Narni, & postea exercendo pactum prædictum luendi publico, & solemni instrumento denuo illa vendita fuit Venerabili Collegio, CUM ONERE CENSUS EMPHYTEUTICI DUCATORUM SEX QUOLIBET ANNO DEBITI REGALI MONASTERIO S. CLARÆ HUJUS CIVITATIS *fol.* 2., *&* *fol.* 3. *a t. lit.* A.

Imò ex pretio convento enunciatæ domus relaxati fuerunt in beneficium Collegii emptoris ducat. centum ex causa dicti Canonis solvendi annuatim Monasterio prædicto, quod onus solvendi dictum Venerabile Collegium in se assumpsit, *fol.* 4. *lit.* B. *&* C., *&* *fol.* 5. *lit.* D., pollicitationi postmodum adimplendo, solutionibus quotannis usque ad præsens factis vigore supraenunciati instrumenti, ut ex partitis publicorum Bancorum Neapolis liquet, *fol.* 13. 14. 15. 31. *& seq.*, in una quarum *fol.* 31. pro parte ejus Collegii reproducta exprimitur, & confitetur, etiam domum prædictam fuisse a Collegio emptam cum dicto annuo onere.

Ex his, nempe ab assertione, & confessione contrahentium, rem esse emphyteuticam, & canonum solutionem faciendam esse in beneficium Regalis Monasterii Sanctæ Claræ, maximè cum effectiva canonum solutione sequuta per annos plusquam nonaginta, licet prima concessio, & investitura non appareat nulli dubium est directum dominium esse probatum ad effectum devolutionis, & fortius ad effectum solutionis laudemii, et quindenniorum, quatenus devolutio
8 esset remittenda Collegio, ut in puncto absque hæsitatione docent Card. *Tuschus lit.* E. *conclus.* 152. *num.* 4 *quia*, (ejus sunt verba) *statur verbis solventis*, *&* *confessioni*, *&* *concl.* 188. *per totam*, *Mascard. conclus.* 603., *&* 606. *Jul. Clar. in* §. *emphyteusis quæst.* 1. *num.* 3. *Card. de Luca de emphyteusi disc.* 31. *num.* 7. *&* *latius disc.* 37. *a num.* 5. *Marescot. var. resolut. cap.* 76. *num.* 16. 20., *&* 27. *Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 78. *num.* 13., *&* 15. asserens *quod hoc est veritas.* Horat. Montan. *controvers.* 75. *num.* 14. *& seq.* satidoctè de more scribens, & sic decisum per M. C. Vicariæ referens, Mastrill. *decis.* 227., et ultra innumeros, qui ad nauseam usque allegari potuerint, Julius Caponna *controv.* 33. *per totam*, ubi casus legitur disputatus præsenti controversiæ simillimus in omnibus suis circumstantiis pro Rectore Cappellæ S. Mariæ de Sole, et Luna, et pro eodem resolutus; produxerat Rector Cappellæ in probationem dominii instrumentum de anno 1589., in quo quidam Pollius concesserat aliquibus de Villa Soccavi quoddam territorium francum; excepto a censu annuorum ducatorum duodecim annis singulis in mense Augusti debito dictæ Cappellæ, salvo assensu Rectoris, quatenus opus sit, delegando censum ducatorum duodecim eidem Cappellæ, & quamplurimis DD. auctoritatibus, validisque argumentis concludit, emphyteusim fuisse recta probatam, & de directo dominio dictæ Cappellæ plenè constare.

Accedit communi Juristarum opinioni, Sacræ Rotæ Romanæ, aliorumque Tribunalium venerabilis auctoritas, pluries pro Domino directo decidentium, ut habetur in *decis.* 249., *&* 400.
9 *parte prima recentiorum*, *&* *in decis.* 292. *Card. Cavaleri*, *& in alia relata per Paulum Rubeum decis.* 272. *tom.* 1. cujus verba sunt; *Marcus Antonius de Maximis dedit insolutum Puellis dispersis quasdam canones super vinea sub emphyteusi Cappellæ Juliæ, seu Canonicorum Basilicæ S. Petri; undè cum Puellæ sub hac assertione istos canones in solutum receperint, videntur &c. ipsæ ejusdem Capituli proprietatem fateri; & sic ista dantis, & recipientis confessio benè probat dominium, & proprietatem Capituli*, subjungendo nu. 4. *dictæ decis. Et dum Puellæ cum hac qualitate acquisiverunt, qui erant impositi super re emphyteutica Capituli non possunt amplius hanc qualitatem controvertere, negando emphyteusim præsertim contra Ecclesiam*: præcipuam decisionis rationem affert *num.* 9. *nempè, quia per scripturas de recognitionibus, & assertionibus concernentibus dominium, & proprietatem Capituli præsumitur intervenisse scripturam investituræ, tanquam necessariam antecedens.*

Hoc itidem ut supra dictum est, decisum per M. C. Vicariæ refert Montanus, & solemniter per S. R. C. Neapolitanum resolutum scribit *Anton. Barra Contr.* 17. contra per ipsum allegata, & decisio prodiit pro celebri Jurisconsulto sui temporis Jo: Leonardo Rodoerio contra Collegium
10 Monialium S. M. Charitatis in fortioribus terminis præsentis quæstionis; Actor enim uti cessionarius cujusdam Hieronymi de Luca asseruit debere consequi a Patrimonio Principis Conchæ quamplurimas pecuniarum quantitates ex causa census annuorum ducatorum octo super domibus dicti Principis jam venditis, & petiit avocationem ducatorum quatuorcentum sexaginta quinque contra dictum Collegium, eidem uti Creditori liberatorum, & ad probanda Jura sua, instrumentum produxit initum inter possessores domo-

mo-

morum, in quo asserebatur domos prædictas inter alia onera esse obnoxias censui ducatorum octo debito supradicto de Luca, oxibendo duas apocas publicorum Bancorum solutionum dicti census factarum Principe Conchæ usque ab anno 1602., & 1603., & tamen licet creditor, nec etiam in possessione exigendi census extitisset, S.R.C. condemnavit Collegium ad restitutionem quantitatum exactarum, habito pro vero quod actor esset Creditor ex causa Canonum & per consequentiam potior Collegio.

Non dissimiles fuere decisiones Senatus Mantuani relatæ a Je. *Petro Surdo decis* 10. *nu.* 5., & Senatus Regni Aragonsæ relatæ a *Joseph de Sessè decis.* 33. *nu.* 13. *& sequ.*

Nec obstant quæ ex adverso pro parte Collegii opponuntur satis inania, ut ex quadam instantia *fol.* 11. primum scilicet, quod dum in
11 assertione, & confessione facta in instrumento inito inter Eleonoram, & Collegium ponitur onus annui census emphyteutici debito Regio Monasterio S. Claræ, dicitur justa naturam cautelarum de censu prædicto apparentium, ea quo inane dicitur, quod nullam vim habet confessio & assertio, nisi cautelæ, quibus assertio refertur, producantur in actis, per regulam, quod relatum est in referente; Nam huic objecto satis erudite, & solide respondet citatus *Montan. dicta controv.* 75. *num.* 16 *ad explicationem Tex. Auth. si quis in aliquo C. de edendo*, distinguens casum, quando assertio refertur ad scripturam, cujus tenor non exprimitur, a casu quando refertur ad scripturam cujus tenor exprimitur; In primo enim casu, nisi edatur scriptura; ad quam alia se refert, illa novissima nihil probat; non sic autem in secundo casu, quia exprimendo in nova scriptura id quod erat in prima, non est opus edere antiquam; ut docet *Alex. in dict. Auth. si quis in aliquo num.* 11, & communiter DD. repetentes, & sic fuit decisum in causa penes Montanum, licet in instrumento in dicta causa producto asseretur census emphyteuticus, prout ea instrumento concessionis manu publici Notarii, quod non erat exhibitum. Sic etiam est in casu præsentis controversiæ, namque non asseritur in instrumento venditionis factæ Venerabili Collegio quædam præstatio annua ut ex cautelis, absque alia expressione: sed exprimitur EX CAUSA CENSUS EMPHYTEUTICI, ut ex cautelis, &c. unde supervacaneum est primas cautelas expectare, cum certum sit ex partium confessione censum esse emphyteuticum, & cautela, seu præcedens instrumentum investituræ supponitur uti necessarium antecedens juxta verba Rotæ Romanæ desuper scripta.

Inane pariter est aliud objectum in assertione instrumenti non esse expressum, emphyteusim esse super solo; cuilibet enim innotescit verum emphyteusim, non tantum super solo, sed etiam
12 super ædificiis, & rebus fructiferis melioratis, & pretiosis recte constitui, ut definit Tuschus *lit. E. cap.* 174 & præcipue *num.* 63. Marescott. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 25., *& seq.* Natta *consil.* 49. aliique innumeri; nec aliqua juris dispositione, aut DD. dictis cautum est, emphyteusim non nisi super solo tantum posse constitui, vel non ejusdem esse naturæ illam constitutam super corporibus fructiferis, & pretiosis; Et notum est lippis, & tonsoribus idem dijudicandum esse in utraque emphyteusi.

Et demum si dicatur fortasse, in apocis solutionum annuatim factarum a Collegio in beneficium Monasterii, non fuisse expressum *pro Canone*, *sed tantum pro tot annuis debitis*, unde denumeret Collegium, se non emphyteusim confessum fuisse in apocis: objectio facile solveretur, nam annuæ solutiones omnes factæ sunt vigore instrumenti emptionis, in quo exprimitur summa annuor. ducatorum sex solvi Regali Monasterio S. Claræ pro censu emphyteutico, quare assertio census, vel annuæ præstationis refertur ad præstationem illius naturæ, & qualitatis expressæ in instrumento, & per consequentiam, canonum ex causa emphyteusis, ut in puncto declarat *Tuschus lit. E conclus.* 152. *num.* 21.

Probata igitur emphyteusi domus possessæ a Collegio, & probato directo dominio, seu proprietate Monasterii S. Claræ, devolutio per dictum Monasterium, recte, & justa de causa petita dignoscitur, cum absque assensu directi Domini, ipsoque irrequisito fuerit alienata, & quod pejus in manus mortuas, & potentiores, quæ
13 ad minus domum retinere non possunt, sed illam saltem alteri vendere infra annum coguntur, & relaxate, ut habetur ex *Claro in §. emphyteusis qu.* 23. *& Corbulo de jure emphyteutico tit. de causis privat. ob alienat. ampliatione* 12. & aliis quamplurimis ibi allegatis, & resolvit Rota *decis.* 603. *p.* 1. *recentior. & decis.* 6. *recollectar. a Martino Andrea.*

Nec valet dicere, quod per canonum receptionem tam longo tempore annorum plusquam nonaginta continuatam, censetur recessum a jure petendi caducitatem; etenim indubitati juris est, Monasterii, & cujuscumque alterius Collegiatæ Ecclesiæ Prælatum, præjudicare Monasterio, & Ecclesiæ minime posse, ut cum communi
14 DD. opinione notat Jeson *Maynus in repetit. l.* 2. *C de jure emphyteutico num* 130 *& seq.*, quidquid disputationis esse possit in emphyteusi privatorum; Et fortius, quia in præsenti casu certum est, nulli ex administratoribus Monasterii S.Claræ innotuisse præteritis temporibus, domum de qua agitur fuisse emphyteuticam, & sub proprietate Monasterii, nec notitiam contentorum in instrumento emptionis novissime producto habuere, quæ notio ex solutionibus factis per Venerabile Collegium haberi non poterat causa verborum generalium, & æquivocorum in partitis solutionum appositorum nempe, *pro tot annuis redditibus*, *&c.* quæ emphyteusim absque præcedenti instrumento non suadebat clare, & aperte, ut opus erat ad effectum devolutionem petendi: quo casu ignorantia facti nulli dubium est, præjudicium non esse illatum Monasterio juxta tradita per *Dynum*, *Bald. & Imolam in l. mevius § duorum ff. de leg.* 2. & citatum *Jasonem* ajentem, *intellige si recipiens sciebat illum solventem*, *incidisse in pœnam, alias non.*

Quoties autem videretur practicabilis relaxatio domus, quis negare poterit solutionem laudemii pro prima venditione facta in beneficium Collegii, & in futurum quousque in manus mortuas domus permanserit?

Respectu laudemii omnes DD. supra relati
15 uno ore affirmant, & ultra eos *Guidon Papa consil.* 177. *num.* 1. *& consil.* 379. *num.* 3. *Cravett. consil.* 20. *nu.* 11. *&* 154. *nu.* 1. *Mescard. de probat. conclus.* 554. *num.* 7. *vol.* 1. *&* 603. *num.* 37. *vol.* ubi ait, *hoc teneri per omnes. Velasc. de jure emphyteutic. qu.* 9. *num.* 18. *Petra de fideicomm. qu.* 13. *num.* 301. *Ancharan. consil.* 310., *Menoch. consil.*
16 401. *num.* 7. *vol* 5. & alii quamplurimi: Quod onus laudemii emptor, etiam si sit Clericus, vel ipsa Ecclesia subire tenetur, quamquam laudemia a prædecessoribus possessoribus deberentur, ut advertit *Antoninus Tepatus variar. sententiar. juris tit. de laudemiis vers. laudemium debetur per secundum &c. versic. pro rebus Ecclesiasticis emptis*, *versic. & ad solutionem laudemii emptor*, *&c.*

Quo

Quo vero ad ſolutionem quindenniorum, ultra quod nulla poteſt eſſe difficultas ea inveterata, & inconcuſſa praxi, unus ſufficiat pro omnibus *Julius Caponus controv. forenſ.* 30., in qua doctè lateque originem quindenniorum, cauſam illorum ſolutionis, praxim qua introducta fue-
17 runt, variaſque deciſiones Tribunalium Eccleſiaſticorum, & ſecularium recenſet, totamque materiam diluit, itaut tranſcribere tantum ejus ſcripta opus foret, & omnibus legentibus quidquid dici poſſat in hac materia eſt patens.

Ex omnibus ergo dictis clare innoteſcit juſtitia inſtantiæ Regalis Monaſterii S. Claræ contra Venerabile Collegium Sancti Franciſci Xaverii hujus Civitatis Neap., ac quam inania ſint oppoſita per dictum Venerabile Collegium, præſertim reſpectu prætenſæ affrancationis cenſus ultimo loco deductæ, &c.

Joſeph Caſimirus Capozzutus Advocatus.

FATTO, E RAGIONI

A favore del Venerabile Collegio di S. Franceſco Saverio della Compagnia di Gesù.

18 CONTRO

Il Monaſtero di S. Chiara in queſta Città di Napoli.

DA ESAMINARSI

Nel Tribunale della Rev. Nunziatura Apoſtolica.

J. M. J.

NOn sarà, a noſtro credere, fuor di propoſito apporre ſul principio di queſta brieve ſcrittura, qual ſia la pretenſione, che per parte del Real Monaſtero di S. Chiara ſi è ultimamente poſta in campo contro il Venerabile Collegio di S. Franceſco Saverio della Compagnia di Gesù. Stimiamo, ſe la paſſion non c'inganna, che qual'ora ſi ſappia il vero ſtato della controverſia preſente, egli ſia bene agevole il riſolverla, e ravviſarne ad un tratto l'inſuſſiſtenza. Pretendeſi adunque dal Real Moniſtero di S. Chiara il Diretto Dominio d'una Caſa di più membri ſita in queſta Città avanti il Regio Palazzo vecchio, poſſeduta fin dal 1637. da' Padri Geſuiti. Per pruova del preteſo Diretto Dominio non ſi produce, che una ſemplice, e pura aſſertiva, contenuta in un iſtrumento, in cui ſi fa menſione d'un annuo Cenſo Enfiteutico a lui dovuto. In vigor di queſta aſſertiva domanda ora la Devoluzione di detta Caſa: o almeno il pagamento di un Laudemio, e di ſei Quindennj per lo paſſato, colla continuazione in avvenire. In eſcluſione di tutto ciò
19 sarà noſtro il peſo di dimoſtrare, che pur troppo mal a propoſito richieggaſi devoluzione, e pagamento de' Laudemj, e Quindennj; non appartenendoſi al detto Real Monaſterio Dominio, ma un ſemplice cenſo riſervativo d'annui docati ſei col ſuo Capitale Affrancabile di docati cento ſu la caſa controvertita. Veniamo al fatto.

Nel 1628. Eleonora Bentivoglio vendè a D. Franceſco Narni una caſa di più membri inferiori, e ſuperiori, con tre Botteghe, e Giardino ſita, e poſta avanti il Regio Palazzo Vecchio in queſta Città, per prezzo di docati 3400. col patto di ricomprare. Era queſta caſa contigua al Venerabile Collegio di S. Franceſco Saverio; onde per l'ampliazione della Chieſa, e Collegio ſi domandò nel S. R. C. da' PP. Geſuiti coſtringerſi detto D. Franceſco a venderla in loro beneſizio. Ebbe toſto fine il litigio, La ſteſſa Eleonora cedè il patto di ricomprare riſervatoſi per ducati 400. a' PP. Geſuiti, che con tale ceſſione ricomprarono da D. Franceſco la caſa ſudetta per ducati 3400., di cui tutto il prezzo fu in duc. 3800.: come dall'iſtromento, che nel 1635. ne fu rogato. In queſto s'aſſeri, che ſu la caſa ſuddetta vi era un cenſo Enfiteotico d'anni ducati ſei, dovuto al Real Moniſtero di S. Chiara: ſi diede a queſto cenſo il ſuo Capitale di ducati cento.

Preſoſi indi da' PP. Geſuiti il poſſeſſo di queſta caſa, non ſi è giammai riluttato il pagamento d'annui ducati ſei. Nè prima de' 10. Marzo del corrente anno 1728. ſi è comparſo per parte di detto Real Moniſtero nel Tribunale della Reverenda Nunziatura. Supponeſi in queſto nuovo giudizio, che il cenſo d'annui ducati ſei ſia vero Enfiteotico, e che perciò il diretto Dominio della Caſa ſuddetta a lui s'appartenga. Diceſi, che nella vendita celebrata nel 1635. non vi fu pagamento di Laudemio. Quindi s'arguiſce eſſerſi fatto il caſo della Devoluzione a ſuo beneſizio. Concluderſi però, che qualora non abbia luogo la preteſa Devoluziona, gli ſia certamente dovuto il Laudemio per la vendita del 1635.; a liquidarſi gli altri, che hanno a correre in avvenire a ragione di duc. 76.

Su queſta domanda dal Reverendiſſimo Auditore Commeſſario ſi diede termine ordinario. In aſſo per parte del Real Moniſtero per pruova di ſua intenzione altro non ſi è prodotto, ſe non l'iſtromento di ſopra ennunciato de' 24. Agoſto 1637. Ivi, dopo la vendita della Caſa fatta a favore de' PP. Geſuiti per franca, e libera, ſi aſſeriſce eſſervi il peſo d'annui duc. 6. al Moniſtero di S. Chiara: *Pro franca, & libera, cum onere tamen cujuſdam cenſus Emphyteutici ducatorum ſex, quolibet anno debiti Regali Monaſterio S. Claræ hujus Civitatis Neapolis, juxta cautelam de Cenſu prædicto apparentem fol.* 2. E nel medeſimo inſtrumento ſi oſſerva darſi all'annualità di ducati ſei il ſuo capitale corriſpondente di ducati 100., ibi: *Pro alia ſumma ducatorum centum ipſimet Patri Rev. Rectori pro capitali pretio prædictorum ducatorum ſex fol.* 4. All'incontro per parte del Collegio di S. Franceſco Saverio ſi ſono prodotte le partite di Banco de' pagamenti fatti da dieci anni in quà, ed in queſte partite ſi legge il pagamento dell'annualità di ducati ſei, colla clauſola per *tanti annui*: ſenza ſoggiugnerſi altro: *a fol.* 13. *ad* 17. *& fol.* 31. *ad* 33.

Ritrovandoſi ora di già compilato il Termine, fermamente ſperiamo, che dal Tribunale della Reverenda Nunziatura debba giudicarſi, che il ſuddetto Cenſo d'annui ducati ſei non ſia di ſua natura Enfiteotico, ma puro, e ſemplice Riſervativo, Redimibile. E che perciò del tutto irregolare, ed impropria ſia la domanda della Devoluzione, e de' pagamenti de' Laudemj, e Quindennj fatta dal Moniſtero di S. Chiara; a cui ſu la caſa non ſi appartiene il diretto Dominio, ma il ſolo capitale di ducati 100. da liberarſegli preſentemente, a tenore della noſtra ultima iſtanza.

Per prova del noſtro aſſunto di buon grado tralaſcieremo le queſtioni più intrigate, ed involute. Ci contentaremo ſolamente di porre in chiaro ciò, che per comune opinione de' noſtri Autori, non ammette ombra di dubbio.

Ed in prima, ſappiamo beniſſimo, che in un giudizio ordinario, in cui ſiamo, potrebbeſi da' PP. Geſuiti pretendere di non eſſer più moleſtati all'annuo pagamento di ducati ſei. Non leggiamo negli atti, che ſiaſi prodotto iſtrumento alcuno di fondazione di Cenſo. Altro

non produce in suo favore il Real Monistero, che una pura, e semplice assertiva fatta tra due persone, che non aveano proprio interesse in detto Censo. Ed in somma un' assertiva, in cui non intervenne persona alcuna, che rappresentasse il Monistero, a cui, come supposto creditore, dovea acquistarsi ragione. Or posto ciò; chi non sa le tante dispute nell'indagarsi, se qual prova facciano le semplici assertive; Per l'oppione più ricevuta, possono l'assertive far pruova; se però sieno elle duplicate: se sieno in modo antiche, che altrepassino il corso d'anni 100.: se abbiano la loro origine da' Contratti diversi, e da persone separate, e non sospette, o almeno, se in esse sia intervenuto il preteso Creditore, a cui con tai annociative dee acquistarsi ragione. Rot. Ro. par. 1. recent. dec. 260. nu. 6. *Et primo, quia cum enunciativa esset unica, & sic insufficiens, quamvis antiqua non suffragatur.... Et fuit decisum in causa Asturica. beneficii die* 4. *Novembris* 1585. *coram Domino Cardinali Pamphilia, tunc Rotæ Auditore, & in aliis pluribus causis. Nam ad minus debet esse duæ. Aretin. in cap. cum causam nu* 23. *versic. sed posset responderi de probat.* De Marin. resol. forens. lib. 1. cap. 102. ibi: *Emptor alicujus rei, quæ in emptionis contractu asseritur obnoxia annuo censui duc. tot debitorum Titia, non semel in hac Civitate controversum audivi, num conventus a census domino die solutionis cedenta, possit excipere quod doceat, quomodo sit census Dominus; & sic, ut instrumentum exhibeat, in quo ille fundatur; vel sat erit ad effectum veræ probationis emptorem illum cum tali onore removisse.* Et num. 3. *Contrarium, & melius decisum testatur Guid. Pap. dec.* 23. *per tot. auctoritate Specu. in tit. de Emphyt. §. nunc aliqua, versic.* 74. *nu.* 35., *& per text. in l. fin. in fine ff. de contrah. emt.; cumque secuti fuerunt Guglielm. de Benedictis in repetit.: Cap. Raimutius in verbo; & uxorem nomine Adelasiam num.* 444. *Rebuff. ad cons. Gallic. in tract. de const. red. art.* 2. *Glos. unica nu* 6. *Folle. de censibus in verbo hujusmodi nu.* 98. *Ranch. & Ferre. in addit. ad Guid. Pap. loc. cit. Masthard. de probat. conclus.* 280. *nu.* 3. *Hi enim omnes uno ore fatentur, quod ubi solus venditor in venditione asserat rem, quam distrahit onere census ad beneficium Titii affectam esse, talem assertionem nihil probare, nullamque parere actionem ad effectum, ut emptor ad census solutionem conveniri possit. Hinam assignat rationem Ferre. loc. cit. Primam quia per hujusmodi sic peractam assertionem rerum dominia non trasferuntur; alteram, & efficaciorem, quia assertiones hæ cum sint enunciationes in absentis favorem, sive alterius, qui non contrahat, fidem non faciunt.* Rodoer. in dict. cap. 102. num. 1. ibi: *Notabiliter concluditur in præsenti, quod si in venditione alicujus rei, eam, venditor annuo censui subjectam esse asserat ad beneficium Titii absentis, non proinde ex assertione illa actionem Titio fuisse acquisitam, quin minus possit Emptor censum petenti quæstionem refricare, ut instrumentum exhibeat... Et probatur manifestè ex Tex. in authent. si quis in aliquo C. de eminda: ibi; Quod quæritur, cujus memoria facta est pro veritate debeatur.* Noguerol. Allegat. 27. n. 25. *Nec limitatur hæc resolutio favore Ecclesiæ, vel piæ causæ, quia hoc nulla jure cavetur: ut agnoscit Tiraquell. de Privileg. piæ causæ, privileg.* 112., *qui allegat Text. qui ad hoc solet adduci. Dicit quod confessio extrajudicialis favore piæ causæ aliquid plus probat, sed quod non plenam probationem facias.*

Ecco che pienamente potrebbe da noi impugnarsi il pagamento dell'annuo censo. Non se produce istromento di fondazione. Dopo l'istrumento del 1635, in cui se ne legge una semplice assertiva, non si trova trascorso il lasso d'anni 100. L'enunciative non sono geminate, nè provengono da diverse persone: dacchè la sola Eleonora Bentivoglio la asserisce. Aggiungasi nel caso nostro, che si fà menzione di censo Enfiteotico. Che sia dell'altre spezie di censi: nell'Enfiteusi la scrittura, ed in pubblico istromento, egli è necessariissimo; e non già accidentale, ma essenziale alla natura istessa del contratto, per aperta disposizione del *testo* nella *l.* 1. *&* 2. *C. de jure emphyt.*; per cui dagli Autori comunemente si stabilisce tal conclusio-
21. ne; *Grat. discept. forens. cap.* 188. *nu.* 1. *ibi: In Emphyteusi requiri scripturam, concludit Glossa in cap.* 1. *§. postquam autem in verbo in scriptis de censibus. Ange. in §. adeo post Glossam ibi: in verbo, neque ad locationem in fine institut. de locat. & conduct. Bald. in l. testium Col.* 2. *de testibus.* Et num. 7. *Quibus stantibus dixi verius esse assertionem factam in instrumento, quod recognoscatur res, & pendeat ab Ecclesia, non probare ut Ecclesiæ; cum ista sola recognitio non concludat rem esse Emphyteuticam. Aym. in cons.* 157. *num.* 7. *Ripa in l. si rem aliquam num.* 40. *de acquiren. possess. Soccin. consil.* 92. *nu.* 22. *lib.* 3. *Adeo Dominus directus aliter debet probare jusm dominium;*

Ma pure non ostante tanti dobbj, si contentano i PP. Gesuiti pagare l'annuo Censo di ducati sei. Non vogliono interrompere il pagamento fin ora fatto, usando di loro religiosa puntualità. Non si curano di domandare l'esibizione dell'istromento della fondazione del Censo. Da puntualità sì esatta potrebbe anche il Real Monistero di S. Chiara prendere esempio per astenersi anch'egli dalla pretesa Devoluzione, gli si conceda, che una semplice assertiva faccia a suo favore tutta la pruova. Gli si permetta per ora, che, anche trattandosi di supposto Censo Enfiteotico, non sia necessaria la scrittura. Non troverà però Autore alcuno, che possa sostenere
22 potersi da una semplice assertiva pruovar pienamente il diretto Dominio, ad effetto di pretendere Devoluzione. Gli Autori più favorevoli all'antiche assertive non si hanno giammai sognato di dire, che possano elleno da se sole esser bastanti a provare il diretto Dominio d'un Foodo, per domandarne in qualche caso la Devoluzione. Così Gratian. nel cit. cap. 178. num. 10. *Licet quando agetur devolutione, esset probandum Dominium; plenè Rota coram Cardinali Pamphilia, Romana proprietatis Vineæ* 18. *Junii* 1601. *Unde locatio, solutio, confessio, & alia adminicula non probent. Rota coram Cardinali Millin. Romana Domus* 11. *Maii* 1592. *in fine, & per Reverendissimum Dominum Oran. Romana Domus Sanctæ Agnetis* 19. *Junii* 1579. *Caputaqu. decis.* 280. *par.* 1.

Il dottissimo Cardinal de Luca esamina una consimile quistione nel suo trattato *De Emphyteusi disc.* 37. Pretendeosi dal Rettore d'una Cappella di S. Ambrogio in Milano essersi fatto il caso della Devoluzione a suo favore d'una casa per ragione di linea finita. Moltissimi erano gli argomenti, per cui dimostrava appartenergli il diretto Dominio. Non producensi l'istrumento della prima investitura. Sostenne il detto Autore, che qual'ora vi concorressero più e diversi amminicoli univoci a far credere il Contratto vero Enfiteotico; ed in conseguente a pruovare il diretto Dominio, fossero bastantissimi per ottenere la Devoluzione, anche senza esibizione d'istromento. Ma contrario fu il giu-

di-

dizio, che ne riporto dalla S. Ruota. Si ebbe da quella per vero, che senza l'istrumento non potesse legitimamente pruovarsi il diretto Dominio, per ottenere la Devoluzione. *Ibi num. 1. Secuto obitu Joannis Baptistæ de Magistris absque prole masculina, scripta herede dicto Monasterio S. Catherinæ, prætendens Rector dictæ Cappellæ factum esse casum Devolutionis cujusdam domus de ejus directo Dominio per dictum Joannem Baptistam possessæ, judicium instituit in partibus, ubi duas sententias favorabiles reportavit, quibus introducta per appellationem causa in Rota, hæc sub die quarta Junii* 1653. *coram Melio censuit, locum non esse Devolutioni: ex eo præsertim fundamento, quod non constaret plene, & concludenter, ut probatum est per actorem agentem ad Devolutionem, de directo Domino, de quo constare debet per instrumentum Investituræ, non autem per recognitionis in Dominium, sive per solutiones Laudemiorum, vel Canonum* Et num. 3. in fine *Ad alium vero effectum Devolutionis, & reivindicationis admittebam necessariam esse magis perfectam, & concludentem probationem; pro quo neque Instrumentum regulariter sufficit: præsertim contra eum, quem non constat habere causam ab investito, nisi alia etiam concurrant adminicula subsequentia, non autem præcedentia, quæ non nisi ad ejusdem Investituræ observantiam referenda sint.* Et num. 4. in fine; *Bene verum, quod hæc effectuum differentia satis est considerabilis pro regulanda adminiculorum natura, seu efficacia, ut scilicet ad istum effectum Dominii, & vindicationis adminiculum debeant esse univoca ad eundem finem tendentia, non autem æquivoca ad titulum Census, seu locationis referibilia; ita qua æquivocæ, seu contrariæ possibilitatis ratione totum dictæ decisionis fundamentum in effecta consistere obervabant; quoniam in dubio præsumptio est pro eo titulo, qui minus gravat, ac minorem servitutem inducit. Secus autem ubi adminicula sunt univoca ad Dominium, & Emphyteusim, non autem ad alium titulum referibilia. Atque hanc dicebam mihi videri veram, ac genuinam distinctionem.* Et num. 10. *His tamen non obstantibus sub die* 3. *Junii* 1658. *coram eodem Melio persistitum fuit in Decis. Unde credo, quod Rector acquieverit.*

Conoscendo chi fà le veci di detto Real Monistero quanto ardua, e malagevola impresa si fosse la pretesa Devoluzione, sul fondamento d'una semplice assertiva, nello stesso tempo, che ne fa la domanda, quasi pentito, dalla medesima ritrocede. Si contenta del pagamento del Laudemio per la vendita fatta fin dal 1635., de' Quindennj non meno per lo passato, che in avvenire.

Ma su tala pretensione non sono minori le difficoltà, che su hel principio s' incontrano. Il dottissimo Contradittore sa bena, cha i *Laudemj*, e Quindennj si debbono dall' Enfiteuta in segno del diretto Dominio. Dunque avrebbe dovuto provare il Real Monistero, che il diretto Dominio della Casa a lui s'appartenga: e che presso di Eleonora Bentivoglio, e consecutivamente presso de'PP. Gesuiti altro non risieda, che l' Utile Dominio, per esigger con ragione i pagamenti de' Laudemj, d'onde, a da quai scritture tal diretto Dominio si dimostri; e che per conseguenza il Monistero altro non abbia voluto trasferire, che l' Utile Dominio della Casa ritenendona presso di se il Diretto. Se pure non credesse, che bastanta fondamento sia per la sua Intenzione l' espressa assertiva, in cui si fa menziane specificamente di Censo Enfiteotico.

Troppo vana però si è una tale lusinga. Potrà, perche noi non vogliamo opporci, aver forza l' assertiva suddetta col possesso indi susseguito, a far cha anche in avvenire lo stesso pagamento non si rilutti: ma non già potrà pretendersi, che per essersi denominato il Censo Enfiteotico, debba perciò presumersi esservi stato un vero Contratto d' Enfiteusi, per cui il diretto Dominio della Casa fosse rimasto presso il Real Monistero di S. Chiara. Riflettasi, che nell' istromento medesimo doppo la detta assertiva si soggingne, che tale Censo era di sua natura, giusta le cautele, da cui appariva aver la sua origine, *juxta naturam cautelarum inde apparentium*. Egli è d' uopo per tanto, che tai cautele appunto si riconoscano. Non è nuovo, nè inudito, che i Contraenti abbiano chiamato col nome d' Enfiteusi un Contratto di vera vendita, con una certa riserba d'annua pensione, che chiamasi appunto Censo Riservativo.

Per divisare se siasi voluto celebrare un Contratto d'Enfiteusi, o pure una mera vendita, colla sola riserba di una certa annua pensione, poco cale il vedere di quai nomi sienli serviti i Contraenti. Egli e essenzialissimo osservare attentamente le clausole, che sussieguono. Se si vade, che siasi trasferito solamente l' utile Dominio, ed il possesso puramente naturale, colla riserba del diretto Dominio, e del possesso civile, sarà senza meno il contratto Enfiteotico. Se poi dalle clausule susseguenti, non ostante il nome gia dato al Contratto di Enfiteusi, si vegga essersi in beneficio del Compratore trasferito il diretto, ed utile dominio, il possesso naturale, e civile, colla sola riserba d' un' annua pensione, sarà effettivamente il Contratto di vera vendita, con peso d' un Censo Riservativo su la roba venduta.

Questo troviamo appunto sinodalmente deciso dal Sommo Pontefice Innocenzo III. nel *Capit. Constitutus de Religios. Domib.* Nella Diocesi di Albano eransi dal Vescovo Lavitano conceduto al Monistero, e Monaci Basiliani di Grottaferrata alcune Chiese. Si erano ceduti tutti i diritti, che privativamente s' appartenevano all' Ordinario. Poteano quai Religiosi in tai Chiese consegrare Altari, fare Ordinazione de'Cherici, ed esiggere la terza de'Mortorj consueta in quel luogo. Il Vescovo per tal cessione, e traslaziona de' proprj diritti si avea riserbato l'annua pensione d'otto danai. Erasi questo Contratto denominato d'Enfiteusi. Onde il Vescovo successore vedendo, che per lo spazio di 40. anni non erasi esatta la rata della pensione suddetta spettate per la Chiesa di Castro detta di Paolo, pretese essersi fatto il caso della Devoluzione in suo beneficio per lo pagamento non seguito del supposto Canone Enfiteotico. Il Sommo Pontefice decise in prima, che quantunque il Contratto contenesse cose spirituali, non fosse Simoniaco. Decisa poi, che sebbene il contratto si fosse denominato Enfiteotico, tuttavia altro non fosse che di un semplice Censo Riservativo. Quindi ad altro non fu
24 condennato il Monistero se non cha al pagamento della rata della pensiona corrispondente a detta Chiesa. La ragione di tale Decisiona fu appunto questa. Si osservò che quantunque i Contraenti avessero denominato il Contratto Enfiteotico con tai parole: *In Emphyteusim sub annua octo denariorum usualium pensione Monasterio vestro concessit.* Tuttavia dalle clausole, che susseguivano, a chiare note vedeasi, che il Vescovo Lavitano avea trasferito quanto era presso di se a favor di quei Monaci Basiliani: *Universas Ecclesias ad vestrum Monasterium pertinentes in Diœcesi ejus sitas: Et quidquid juris, tam in Monasterio vestro, quam in eis habebat.*

Sicchè nulla rileva la denominazione di Con-

tratto Enfiteotico, mentre dalle clausole susseguenti non iscorgeasi, che una semplice, e pura riserba di annua pensione; quindi la *Glossa* in *d. cap. Constitutus, verbo juxta ratam*, così appunto riflette. *Vel dic quod vere privari debuit Monasterium jure, quod habebat in prædicta concessione, si vere ille Contractus fuisset Emphyteuticus: ex eo quia non solverit pensionem debito tempore .... Sed re vera hic non fuit Contractus Emphyteuticus, in quo contractu non trasfertur Dominium Directum in Emphyteutam, sed Utile, sed fuit Censualis Contractus, in quo Directum, & Utile Dominium transivit in Monasterium, & quidquid juris tam in Monasterio, quam in Ecclesiis in Diœcesi ejus sitis, unde quocumque tempore steterit, dum non Censum solverit, non perdit propter hoc res donatas, sed Censum totius temporis tenetur restituere.*

Dopo l'insegnamento della *Glossa*, comunissimo è stato il sentimento de' nostri DD., che dalle clausole apposte nell'istrumento, e non già dalla denominazione debba conoscersi, e distinguersi di quale spezie il Contratto si sia. Così ne' nostri termini *l'Abb. Panorm.* nel comento
25. del detto *cap. Constitutus, nu. 22. Et ex hoc, & ex Textu nota aliud singulare, quod ubi in Contractu ponuntur verba, quæ possunt trahi ad varias species Contractuum, non debemus Contractum interpretari secundum vocabula apposita, sed potius secundum naturam ipsius Contractus: Nam per verba Contractus poterat dici Emphyteuticus, sed ex natura illius colligitur oppositum, ex quo fuit translatum universum jus. Et hoc idem post multa concludit Bart. in l. Cotem ferro §. qui maximos ff. de publica, & glos. notab. l. pr. ff. de super aprime fecit. sex. in l. si uno ff. locat.* Avendan. de Censibus cap. 13. num. 5., ibi: *Ex quo verissimo intellectu intelliguntur etiam verba ejusdem Textus*, ibi. *In Emphyteusim, & quamvis concessionem non factam fuisse in Emphyteusim præsupponat; verum tamen Censum ex translatione utriusque Dominii, & possessionis, atque ex natura ejus Contractus formatum fuisse dicendum est; tam ex eo, quod Textus utitur promiscuè verbis Census, & Emphyteusis, quam quod etiam si sola verbo Emphyteusis uteretur: cum tamen effectu translationis utriusque Dominii, & possessionis ex concessione in Emphyteusim non sequatur, verum Contractum Censualem, ex quo transfertur utrumque, fuisse creatum dicendum est: ut nominatim advertit Joannes Faber. in §. adeo col. penult. instit. locati, & post plures tradit Valasc. de jure Emphyte. quæst. 32. num. 28.*

Laonde se nell'istrumento del 1635. si disse, doversi al Real Monasterio di S. Chiara annui ducati sei per ragione di Censo Enfiteotico; ed espressamente si soggiungne, *giusta la natura delle cautele, che apparivano*; chi non vede quanto necessarie si sieno tai cautele; Dalle medesime potrà solamente formarsi giudizio, qual sia stato il Contratto. Se in esso si vedesse trasferito l'Utile, ed il diretto Dominio, il possesso naturale, e civile, qual vantaggio potrebbe indi tirarsi dall'essersi voluto denominare il Contratto Enfiteotico?

